

لشکر

ج

No A

1 - 340

2010




27 a 6.





El P. Josef de Sera  
de la Comp<sup>a</sup> de Jesus  
compró este libro.



Abr.que sabor Nihil. Mjodz. c. depl. cor. =  
R. 1560  
**THEATRVM**

**VETERVM RHETORVM,  
ORATQVEVM, DECLAMATI<sup>ON</sup>VM,  
QVOS IN GRÆCIA NOMINABANT  
UT IN QVIQUIS, expostur **GRANADA**  
LIBRIS QVINOVE.**

IN QVIIBVS OMNIS EORVM DISCI-  
plina, & accedendiratio, morésque produn-  
tur, ut inq. etiam nantur, & magni utriusque lingue  
illustri & emaculantur Scriptores.

Auctore **EUDOVICO CRESOLLO**  
Armerico è Societate IESV.

Soy de Chinchon  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
Sumptibus  
16  
17



de Salazar Alex.



**PARISIIS,  
SEBASTIANI CRAMOISY, via  
Jacobeæ, sub Ciconijs.**

M. DC. XX.

Cum Prinali Ceræ Cæsaræ Maiestatis, & Christianissimi  
Francorum Regis.

El P. Josef de Peria  
de la Comp<sup>a</sup> de Jesus  
compró este libro.

Absque labore Nihil. Mjorū cū deplorabē =  
R. 1560

# THEATRVM VETERVM RHETORVM, ORATORVM, DECLAMATORVM, QVOS IN GRÆCIA MOBILIBANT Σοφίας, expositum LIBRIS QVINOVE.

IN QVIBVS OMNIS EORVM DISCI-  
plina, & dicendi ac docendiratio, morēsque produn-  
tur, vicia damnantur, & magni utriusque lingue  
illustrantur & emulantur Scriptores.

Auctore LUDOVICO CRESOLIO  
Armorico è Societate IESV.



PARISIIS,  
Sumptibus SEBASTIANI CRANOISY, via  
Iacobea, sub Ciconijs.

M. DC. XX.

Cum Privilegijs sacre Cesareæ Maiestatis, & Christianissimi  
Francorum Regis.



Digitized by srujanika@gmail.com

Digitized by srujanika@gmail.com



AMPLISSIMO VIRO  
D. NICOLAO  
VERDVNO  
SENATVS PARISIENSIS  
Principi.

Pv s hoc qualemque, tuum in sinum, tanquam in Palatium Apollinis Templo euolare gestit, Praeses amplissime: non tam ut inde mutetur gloriam, decus, & aeternitatem, qua donare facile potes, quam ut tuo amplissimo nominis consecretur & honori. Tu enim tuo merito es dignissimus, cui ut Gallico Msonycti, longe antiquo  
ā ij

illo Palatino Apolline, cognitione  
sapientiāque præstantiori, omnes  
omnium ingeniorum fætus reli-  
giosè deferantur. Merito inquam  
tuo : nam si velut in Theatrum  
inducimus eam vetustam Rheto-  
rum nationem, qui ornatum ele-  
gantissima orationis adinuenisse  
primi dicuntur, atque eloquen-  
tiam in omnium luce populorum  
singulari ingenij commendatione  
docuisse, si diuertimus in histo-  
riam prisci æui, si excutimus Græ-  
cos Latinosque scriptores, & eo-  
rum doctissima monumenta illu-  
strare, atque enodare conamur:  
quis melius ijs de rebus censere po-  
test, quam qui omnes gentium  
annales, & Philologiae arcana  
ingenij magnitudine continet; qui

Atticam eruditionem & venu-  
statem consequutus est; cui deni-  
que in augusta Curia & sapien-  
tissima, ut principem honoris lo-  
cum, sic eloquentiae principatum  
communi omnes iudicio detule-  
runt? Id ego reuerens assentandi  
suspicionem minimè dicerem, ni  
splendida earum rerum & quo-  
tidiana essent documenta, que  
declarent, pauca in humanis tibi  
esse ignota, in ijs vero ad quæ  
animum appellere voluisti, facile  
omnium esse primum atque per-  
fectum. Sic enim Senatus consulta  
pronuntias, ut non modo vete-  
rum leges ac omne ius cognoscere  
videaris, sed magna mentis ora-  
cula fundere, & è beatis animi  
cimelij tam varia & abstrusa

de promis, ut operosum sit dicere,  
utrum magis Græca eruditione,  
quam Latina lingua humanitate.  
Et cognitione præcellas. Itaque de  
te verè dicam, quod de Iouio cla-  
rissimo viro S. Paulinus: Om-  
nium poetarum floribus spiras,  
omnium oratorum fluminibus  
exūdas, Philosophia quoque fon-  
tibus irrigaris, peregrinis etiam  
dives literis Romanum os Atti-  
cis fauis implet. Äquitatem verò  
sic tueris Et attollis Eunomia  
Mystes, O Themidis Hierophan-  
ta, ut te omnes Simonideum illum  
esse tergavov, aut ut Mercurium  
in quadro Veritatis consistere fa-  
teantur. Sed inter animi tui de-  
cora, Et beatissimæ vitæ insignia,  
nihil forte gratius hominibus Et

amabilius lucet , quām singularis  
tua illa humanitas , quæ facile  
omnes alliciat , neminēque re-  
pudiet & apernetur . Hæc studia  
plurimorum exfuscauit , qui  
cūm viderent te meritissimò in  
ēg̃ac̃as p̃aud̃ias numerari , quod Iu-  
stinus Martyr imperatoriam  
laudem esse putat , existimarunt  
te dignissimum unum esse , cui  
honestæ mentium lucubrationes  
& doctrinarum specimina dedi-  
centur . Est illa mihi ratio com-  
munis cum multis studijs huius of-  
ficiūque deferendi , qui sciam tuo  
patrocinio l̃atos & erectos habere  
quo se tueantur , & in quo tuti  
conquiescant . Est enim Hippo-  
cratis Cui dictum sanè verissi-  
mum , prestantes viros præsidio

ā iiiij

esse consueuisse hominibus, neque  
turres aut mænia propugnacula  
esse populorum, sed οὐφῶν αἰδρῶν  
οὐφᾶς γνώμας. Sic euenire necesse  
est, ut quod tuo politissimo iu-  
dicio comprobaueris, id positum  
extra omnem aleam, hominum  
aliorum iudicium & reprehensio-  
nem minus vereatur. Quæ si om-  
nia nunc deessent, quæ perma-  
gnam habere vim ad concilian-  
das voluntates aiebam, tua ta-  
men in religiosos omnes Ordines  
tam clara insignisque beneuolen-  
tia facile prouocauisset, ut te  
appellarem, & hoc laboris inge-  
niique mei monumentum Xdētos  
βωμῷ quasi tibi litaturus impo-  
nerem. Itaque minus vereor, ne  
me ullus reprehendat ut auda-

*cem, nimiumque importunum,  
qui te magnis rebus impeditum  
interpellare voluerim, & has te-  
nues commentationes amplitudi-  
ni tuae dedicare. Quin potius spero  
futurum, ut & qui omnes probent  
hanc meam siue tui ornandi vo-  
luntatem, siue grati animi atque  
obseruantiae testificationem. Tibi  
certè cuius in omnem partem nota  
est bonitas & beneficj animi ma-  
gnitudo, gratam & iucundam  
fore confido.*

A. T.

Deditissimus

LUDOVICVS CRESOLLIUS  
è Societate IESV.



# TOTIVS OPERIS DIVISIO ET *oīxovo μία.*

**H**oc veterum Declamatorum Rhetorūmq. Theatrum quinque in libros tribuitur, quorum

PRIMVS agit de Sophistis déque illorum arte generatim : de antiquitate , déque ipsis initijs & progressione: de primorum Sophistarum excellentia & inuentis : de honoribus illi artificio delatis : de fine eiusdem , & cur tandem Sophistice in contemplationem odiumque venerit.

SECUNDVS LIBER vnum genus Sophistarum complectitur , quod Philosophorum similitudinem habuit, nominatum *Eenikōr & Contentiosum*: vbi Sophisticæ illorum captiones & laquei , & perplexa argutandi confuetudo clara in luce ponitur.

T E R T I V S de secundo genere tr-  
at Sophistarum, qui doctores fuerunt  
eloquentiae: & primùm considerantur  
publicè Declimantes. Explicatur ~~omnes~~  
materia multiplex, apparatus, pompa,  
theatrum, auditoria, &c. & ipsorum de-  
clamantium cultus, actio, pronuntiatio,  
styli ornamenta, plausus, aliaque.

Q U A R T V S de ijsdem in Schola Do-  
centibus memorat. vbi quis Sophisticus  
thronus, quòdve illi adiunctum sala-  
rium, quæ legendorum Professorum  
ratio, quæ inauguratio, quæ ~~memoria~~ Scho-  
larum siue declamationes & commu-  
nes exercitationes, quæ discipulorum  
conditio & varietas, & similia copiosè  
explicantur.

Q V I N T V S Ηθικές χαρακτῆρες seu Vitia  
continet, quibus olim ut plurimūm fue-  
re infames Sophistæ.

Atque in his non modò quod est pro-  
prium disputationis conquisita varia-  
te explicatur, sed ritus quoque antiqui,  
& varij subinde scriptores Græci Latini-  
que illustrantur, vel etiam emandan-  
tur, adeò ut in multis Commentario-  
rum vicem obtinere possint.



# INDEX CAPITVM SINGVLO RVM LIBR O- rum,in quo totius Disputa- tionis imago relucet.

## LIBER PRIMVS.

### CAP. I.



#### RÆFATIO.

*Quid sophista sit apud Græcos & Latinos. res ad ipsa cubilia renocata, deducta inde gradatim. Solon primus donatus eo nomine: plurimi, quod effet inuidiosius, obtentu aliarum artium id dissimularunt. In Ciuitate sophista & Rhetor distincti. Pindarus, Tatianus, Pandectæ illustrantur.*

### II.

*Discriminati & compositi accuratius διάτερος φίστης πολιτικοὶ, φιλόσοφοι, unde lux superioribus. Notata D. Gregorij Nazianz. versio, & aliquot eius loca expofita. πολιτικοὶ apud Ciceronem & Rhetores Græcos diversi.*

### III.

*Ciuiiles seu πολιτικοὶ qui nominati. λέξεως πολιτικῆς autor. Sophistarum πολιτικὸς θρόνος Athenis. Oratio Themistii Βασιλικῆς. Dicta sapientum de sophiste & Philosophi discrimine.*

### IV.

*Antiquitas Sophistices, & cursus quidam illius atque progreſſio. Sophistarum Heroica proles tunc prin-*

cipe: quem in eo genere consecuti *Aolus*, *Sisyphus*, &c.  
Etates 4. Sophistarum notatae. Denotat poliptychus mi-  
gravit in Sophisticen. Romani Imperatores eam artem  
insigniter promouerunt.

Quanta gloria et nominis exultatione primi in  
Grecia Sophistæ præsiterint. Philopœia Platonis: quid  
in quoque ex principibus illis arguerit. Hippæ kareo-  
lovia. Kamposia Pro dici. Cur Socratis μωλὺ ριπορό-  
μυκτες. Gorgias aureus in Pythij templo: eius ora-  
tiones dictæ λαμπταδες. Γόργια quid. Apud Theffalos  
ριποροθεν est γρηγάζεν. Illius laudata ἱπορεία et sty-  
lus.

V.

Num primi Sophiste artificium dicendi adiuenerint.  
Pericles quomodo πλεωπατος εἰς τὸ ριπερχλω. qui scri-  
pserint τας καλουμένας τέχνας. Antiphontis μηνίδες  
αιροδοσες. quid sit inuentum ab unoquoque Sophistarum  
ad locupletandam eloquentiam. Diodorus sic. et M.  
Tull. illustrati. Emendati Philostratus et Suidas.

VI.

Ars Sophistarum à multis laudata, et Sophistæ ipsi  
honorati. Dicti δημιουροι. ars eorum ποικιλη. Reges  
appellati. Pompa excepti à Ciuitatibus. ut Genij culti.  
etiam in honore apud Christianos.

VII.

Genera honoris quædam memorantur quibus affecti  
Sophistæ. statuae publicæ et priuatae Hermæ. αὐροαρτώ  
Ἐπιχύσες. in Tribubus Ciuitatum inscriptio. Decretæ le-  
gationes et præsertim βασιλεοι φρεσβεται. Immunitates  
et legibus, annonæ, dignitates. in palatiis honor. Musei  
στροφæ. Δωρεæ Imperatorum et δῶρα. Tractoriæ, &c.

VIII.

Appellationes quædam honorificæ quibus ornati  
etim Sophistæ fuerunt, velut in tabella ante oculos po-  
nuntur.

IX.

Cur Sophistæ nomen et res tota in inuidiam et  
offensionem inciderit, cause duæ explicantur. Prota-

X.

goras in exilium actus, eius monumenta combusta. Elo-  
quentia Sophistarum inuidiosa. Lege prohibiti causas  
agere. Vnde eorum in iudicijis duxerat. dicti sententias.  
cur Amor nominatus à Platone Sophista.

XI.

Tertia causa iusti odij in Sophistas. Ήπειρούς quis,  
eius autor Protagoras. Exercitatio Sophistarum ἡπειρούς  
τυπωτέρην λόγον. Reprehensum id artificium à sacris pro-  
phanisque, & in maledicto positum. Sophistarum in-  
stitutum τε μεταίκα μερά, & μερά μετάλλα ποιεῖν. Id di-  
centibus utile & à Rhetoribus exceptum.

XII.

Causæ aliæ tanguntur cur Sophistæ odiosi. Eorum  
ars αλαζών. Electi è Græcia, legē & edicto Regum,  
Civitatum, Rerum publ.

XIII.

Varie appellations recensentur quæ odium & con-  
temptum eorundem significant. Δεινοὶ πύτερες in malam  
partem. Γόντες qua ratione vocati sophistæ. an magia  
infames. Emendatus Aristophanes.

XIV.

Quid propriæ Ars Sophistica vetus complectebatur,  
& cur dictum à doctissimis Sophistarum εργον διδοὺς  
duplex videlicet esse munus operamque.

XV.

Finis sophisticæ ἐκπλήξει, hoc est ingens audientium  
stupor & admiratio, quem dicendo multi consecuti  
sunt. quid sit ἐκπλήξει, διδυμος, stupor. in eum finem ad-  
hibita ab iisdem κανά, τοῦ θόρηκτος, τερετος, διδυμata, &c.  
Emaculatus Philostratus.

LIBER SECUNDVS.

CAP. I.

DIVISIO quedam Sophistarum. At Philoso-  
phie nomen sustinuerint quæsumus. Eorum παν-  
τηνοσων φιλοσοφων, τοιοντων φιλοσοφων. quos  
mols Philosophian praetererent. Omnes φιλοσοφοι  
diuolum Philosophi. Ciuis scientiae αληθινη φιλοσοφία.

Sophistæ cur μεδόεια, Hippocentauri, θηρίου nomi-  
nati. Illustratus Gregor. Naz. aliisque.

Insincera & umbratrica atque inanis fuit Sophistica  
Philosophia. Proprium veræ Philosophiae contemnere  
pecunias. Sophistæ δοξόσοφοι, εν σοφοῖς φάυλοι. Eorum  
Philosophia φαῦται, εἰδωλοπική, κακοπεχία, ματαιο-  
πεχία, κλεπτική, φαῦται, τόδος σοφία, &c. Plato  
& Clemens Alex. emendati.

Sophistarum propria philosophandi ratio aperitur.  
Εεικοί, μπορικοί, ἀγωνισταὶ τῷ λόγῳ. Contentioſi, litigatores furioſi, &c. Res ipsa varie Græcis Latinisque  
descripta. Εεικὴ propria hæreticorum, quod expressum  
à D. Augustino. Sophistæ λίγεις θηρώστες, ventilantes  
syllabas, &c.

Sophisticæ captiones & argutiae varie à doctissimis  
scriptoribus explicatae. nodi, nexus, vnci, retia, ansæ,  
laquei, labyrinthi, &c. Aristoteles cur sepius dictus.  
Emendatus locus D. Hieronymi, & alij illustrati  
complures.

De eadem re dictum. Illustratus Themistius aliisque.  
Captionum Sophisticarum duo genera, alterum in am-  
bagibus fallaciosis, alterum in contortis interrogatiōn-  
culis. Quid sit minutiloquium apud s. Irenaeum.  
Hæretici μηροὶ ζεινται.

Sophisticarum captionum formæ quædam pro-  
punctur, Crocodilites, Electra, Opertus, Vtis, Ceratinæ,  
&c. Eas plagas Stoici texuerunt. ἐπωτᾶν λόγοι. Inter-  
rogationes nominatæ captiones. Lex prisca Dialectico-  
rum in disputando. Philetæ Coo pernicioſa captio So-  
phistica. Argutiae aramearum medic. similes, inutiles.

Quis primus Sophistass Εεικοὺς proseminauerit. Quiā  
potentes fuerint in captionibus. αἴτιοι εἰσηγητοὶ illis tri-  
buitur & iniuctum genus disputandi. aduersus eorum

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

dem argutias se docti studiose comparabant. Reprehensi  
ab omni scriptorum genere Eristici. ερωτικαὶ σοφίουματα.  
Vindicatur Athenaei locus, illustrantur alij.

## LIBER TERTIVS.

### CAP. I.

**S**ECUNDVM genus Sophistarum in docenda aut  
ostendanda eloquentia versantium. Δογματιδεῖοι.  
Rhetorici, Professores, disertores, διδάσκαλοι δοκισταῖς,  
et pluribus alijs nominibus vocati. Declamare aliquando laudare. Technici an minuti tantum artium  
doctores. εἰ κόρης βινοῦ.

### II.

Alicē quædam eloquentium Sophistarum appella-  
tiones illustratæ. Δογματιφοι. Proprium Sophistarum  
scribere. λογογράφος et λογοποὺς an differant. quis pri-  
mus Logographus. quæstus ex ea re. Logographi odio-  
si. ijdem in iure Tabularijs. Sophiste Σογγεῖς, Scho-  
lastici, Principes huius sœculi, Tractatores.

### III.

Sophistæ Rhetorici aut παιᾶται, hoc est vagi et erro-  
nes, aut στρατοι, diutiū videlicet uno in loco mor-  
rantes. Eruditæ peregrinationes antiquorum. isofinotæ  
quid. χρυσηνια. Cur vagarentur Sophistæ. περιστού-  
τες, φθύριτες, erratici. περιστούται in iure qui. Pan-  
deictæ illustrantur. errores etiam quidam poetæ. Άlia-  
nus et Hesiodus, alijs, consenserunt in patria.

### IV.

Vagorum Sophistarum concertatorie declamationes.  
ἐπαγγέλματα αὐτοῖς, αἵματα τιμων. Niger è Sophistico  
ceramime interiit. Victi abiecli, victores lætitia effe-  
reabantur, plausu et alijs honoribus excepti. Cur iucun-  
da sit hominibus ερεσιν, ex Aristotele.

### V.

Declamationes ad pompam seu ὅμιλον Sophistarum.  
δεῖξει hora. ὁμιλητὴ. παρηγείλει. Ostentatio.  
fimula iactatio. dicere populo. αἱροδοτεῖ quid: ea aut  
publicæ

publicæ aut priuatae. ἐραστοὶ ἀκροστόχοι. ὑπερίζεις ἔμμι-  
σοι. Prodici ὑπερίζεις περιηνταῖς παραχωροῖς. sophisticus  
ille mos damnatus. quid in iure Ostentatio vulgaris.

VI.

Ἐπιδείξεις Sophistarum in Olympijs. Ολυμπικὸν λόγον.  
Is conuentus ad conciliandam famam idoneus, ubi  
etiam παθεύσεως ἀθλα. Philosophi quoque in eo se ostend-  
abant. De quibus rebus Olympicæ orationes. Locus  
in quo vulgo habebantur. Philostratus emendatus.

VII.

Celebres ὑπερίζεις materiae in quibus sophistæ se  
ostentabant. Laus Deorum, hominum, ciuitatum. Pa-  
negyrici Imperatoribus Consulibusque dicti à Professo-  
ribus eloquentiae. Panegyricorum mendacia. Funebres  
orationes sophistarum. Viuperationum quoque ὑπε-  
ρίζεις.

VIII.

Ἐπιδείξεις de Marathone, Salamine, &c. Campus  
Rhetorum ubi omnia τελετούματα sive ornamenta sua  
explicabant. Cur Sophistæ id argumentum studiosè arri-  
puerint. Tropæa Marathonia, templum Euclie, ἐορτὴ  
ob victoriam & publica Encomia. Eam laudem Ma-  
rathonis plerique ineptè obtrudebant, eo nomine à do-  
ctis illusi.

IX.

Materiae infames celebrium Declamationum, quæ  
Græcis ἀδόξοι, ἀλεξάδοξοι, φαῦλαι, ἀτοποι, πονηροὶ γνωθέονται.  
ex propriæ sophistarum. quinam earum inuentores.  
assumebantur exercendi ingenij causa vel ostendandi.  
Indiculus earum materiarum. quidam id studium re-  
prehendunt.

X.

Aliæ ὑπερίζεις materiae colliguntur, Florida, γρα-  
uas, bella, historia, &c. Quis hominum concursus in  
ὑπερίζεις Libanij. εὐδαι μελετᾶς. non solum sua, sed  
aliena quoque scripta ὑπεριενύθροι recitabant.

XI.

Extemporales ὑπερίζεις, sive Declamationes subi-  
tariae ad pompam, quæ ἥδια sive αὐτορέδιοι λόγοι



*I*ssiūs inuenti parens *Gorgias*. Parati olim sophistae de quaque re dicere. Id επιγένεται notatum ab eruditis. *M*ulti olim repentini. quidam à scholis αυ-*noxīdīzēn* remouent. εὐεῖ. vomere de subitaria di-*ctiōne*. *E*mendatus *Irenaeus*.

**XII.**

De apparatu publicae Declamationis ad pompam institutæ, ἐπί primū de loco, is fuit θεατηρ. θεατηριουτα Rhetorum. θεατηριοποι. πομπηιοποι. Theatra Sophistarum tum publicatum priuata. Agrippum. auditorium Capitolinum. Athenaeum. Αedes cōmodatæ οἰκεῖσθαι. solennis aliquando Declamatio in Curia & Basilica.

**XIII.**

Auditorij Sophistici delineatio. Cunei, anabathra, orchestra, Spōros ὑψηλὸς dicentium. quorundam sophorum nulla subsellia. Puluini Sophistarum. reprehensa eorum κατακλιση seu mollior sessio. sedentes ut plurimum dicebant. Thronus quoque excelsus magistratum & Episcoporum. ὑψηλὸς ἀπλάς de sublimi Spōro. Emen-*dati* Eunapius, Gregor. Naz. & Cyrillus, plures illu-*strati*.

**XIV.**

De inuitatione ad publicam Declamationem ea res variè explicata. ἀζεροντις de circulatoribus sophistis. ἀγύρται & ἀζεροντις unde appellati veteres athletæ. δυοκοπεῖν. formulæ inuitationis. inuitare per nuntios. In crastinum aut diem perendinum facta vulgo inuitatio. quantum appeterent auditorum frequentiam. magna solicitude dicturi sophistæ.

**XV.**

De ingressu in publicum auditorium, deque vestitu & cultu Sophistarum. Toti accedebant ad dicendum & veste conspicui. annulis decori. quis primus ē sophorum numero sordes in vestitum induxit. αὐτοδοσία Sophistarum. alter humororum neglectus. vngues ferini. Is squalor index vanitatis irrigus. quid sapientes de vestitu philosophico senserint.

De tribonio seu Pallio Sophistico. quis eius color, & quomodo à philosophico dispareat. ἀπημενοί οἱ repentini in pallium inuolantes. quo ritu dabatur pallium Athenis. δέχεσθαι τὴν τελετὰν. ἐγινεται μνεῖον. initiationes εἰς τὴν τελετὴν Sophisticę. honoris causa tribuum Sophiste nomen.

Qualis fuerit publicè declamantium Sophistarum Actio. salutatio & conciliatio benevolentie. Sophistarum οὐχιμορ. θηριόδειν in oratione & κροκήν. Eorundem ιριν. ακμαῖεν, πιθεῖν, βαυχθεῖν, κορυφαῖν. quid sit αἴσιον in re Sophistica. Tribuebant sibi εὐδοκίασμον seu diuinum afflatum in dicendo. Pleraque autorum loca emendata, illustrata.

De pronunciatione Sophistarum & vocis in declamando flexione. Tria maxime in eo genere notata. Quid Rhhythmus lingue. θειορός. balbuties. plasma. ταρπυζεῖν de sophistis usurpatum. λαρυγγία, λαρυγνίουδα. Eorundem Tragacantha, λακύνος. οὐροταραχή. Cantus in dicendo & tinnula declamatio. Id olim Asiaticorum proprium. Tatianus, Plutarchus, alijs emulati, illustrati.

Alia publicae Declamationis adiuncta, & quid perfecta Declamatione fieret expositum. Superba illorum ostentatio in verbis, in gestu. υπεράξειν. οὐεξιτεῖν. in vngues erigi. φιλομία Demosthenis. Post Declamationem osculis, laude, gratulatione excepti: speciosa pompa honorifice domum reducti.

De plausu declamantibus Sophistis dato: ubi de cota plaudendi & acclamandi apud Veteres ratione enucleatè fusque differitur.

I. Quid sit plausus, & quibus nominibus dicatur. κρόνος & δόρυς quomodo differant. κρόνος in statua Sardanapali quis. aduersa acclamatio.

XVI.

XVII.

XVIII.

XIX.

XX.

- II. *Præter manuum plausum et clamorem, alia quædam ab auditoribus fieri ad laudem solita. Erumpere, subsultare, circumagi furenter, vestes mouere, &c.*
- III. *sophistas plausum atque laudum fuisse audiſimos. Dio Præſeūs illustratus.*
- IV. *Quam frequentes fuerint in Declamationibus plausus, quamque vehementes. Illustratus Gregorius Magnus aliisque.*
- V. *Quæ acclamations fieri solitæ ad dicentium laudem tum apud Græcos tum apud Latinos. Emendata Luciani versio.*
- VI. *Interdum clamor tantum ἀσημος fuit plaudentium : is qualis fuerit explicatur.*
- VII. *silentium auditorum nonnunquam ad Declamantium laudem. Intentionis silentium et μωσηλαδες.*
- VIII. *Empti plausus et dati ēι ψεγειλματος. In eam rem chorum domesticum habuerunt. Eunapius emendatus.*
- IX. *Quibus in locis plausus dari consueverit. Emaculatus Lucianus. De plausu Christianis in templis dato accurate.*
- X. *Prohibitus aliquando Sophisticus plausus, damnatus hominum sapientum iudicio et repudiatuſ.*
- XXI. *De stylo Sophistico generatim. Eius mirabilis elegancia et pulchritudo varie à scriptoribus adumbrata, et composita cum Iunone, Sirenibus, auro, purpura, margaritis, &c. πομπή, κομψία, &c.*
- XXII. *Duo quidam fontes Sophistarum unde mirificum orationis genus exuberauit. Σοφισταὶ ἔννοιαι sine animi conceptus noui, suaves, mirabiles. hinc φιλοξενοζογία,*

Ταῦμαστολογία. In eorundem oratione ὄρμη, unde orie-  
batur σεμιολογία ἐμπνοι. Sæpe lenior fuit spiritus in ver-  
borum flumine. Horoscopus Sophistarum. Plures autores  
emendati, illustrati.

De multiplice sophisticæ dictionis ornatu, & pri- XXIII.  
mū de verborum delectu.

I. Verba Sophistarum mollia, meretricia, florida.

Propter orationis ἀφροδίτιω nominati Sophistæ.

II. Vocabula poetica Gorgias primus adhibuit,  
deinde plerique omnes. Pater Sophistarum Ho-  
merus, mater Tragœdia. Id studium reprehensum.  
Plato illustratus.

III. Tumida & διδυεχμέωδης Sophistarum dictio.  
Tumidum oppositum sano. hinc orationis insanias,  
furor, παρένθυσσος. vomicus morbus. fanatici  
Oratores. Gregor. Nyssen. emendatus.

IV. Præsca verba & obsoleta. Eorum usus apud  
sophistas. μορμολύκεια, Ταῦματα, περιπλογία,  
monstra & portenta verborum.

V. Nouata verba. sophi & sophistæ διπετά λόγων.  
Τεχνολογιαδην scientia. Detorta à communi lo-  
quendi ratione vocabula Rhetorum. ψυχὴ seu  
frigus in dicendo εἰς χρημάτων. Tertullianus leui-  
ter emendatus, illustratus Gregorius Nazianz.

VI. Attica vocabula in penu Sophistarum. lau-  
dati vulgo αἴσιοις ὄντες. nimia affectatio illusa.  
Idem Rethores Platonicas & Demosthenicas  
vocabulas studiose captabant. Luteus Plato.

De figuris Sophistarum. Gorgias in ijs princeps.  
quantum exornent orationem. aliquot exempla. Iis  
abusi permulti. Inde frigus, πομελεχιώδες, πελψία, ca-  
cozelia, quæ docti viri illusserunt.

Concinnitas in oratione Sophistarum, quantum in ea  
ē iij.

XXIV.XXV.

delectationis auctum. fallit aures animumque elaborata concinnitas. exemplis id illustratum. Sophistæ in hoc genere conseruando nimis et eo nomine reprehensi.

XXVI. Exquisitum periodorum artificium in apparatu sophistarum. scalpta, rasa, et tornata periodus. Rotundus orator. Orbis seu κύκλος propè definitus circino. In quadrum directæ sententiæ. modulamenta orationis et φρεσμα. quales numeros ambirent sophistæ.

XXVII. Quid κρόνος, ἡχος sine ἡχᾳ in dictione sophistarum. ea res varie à scriptoribus explicata. Sophistæ amantes sonoritatis. τυπωτικη in oratione et κοὐδωνας puliare. reponunt stylus. κλυτος, κρότος, ποθμος linguae. λαμπωτειρηνη quid scriptores quidam illustrati, emendati.

XXVIII. Quid magni viri de stylo sophistarum senserint. Laudatur a quibusdam, ab alijs carpitur. Sancti patres duas ob causas illum repudiant. Ea de re quedam illorum effata atque sententiæ. Hæretici κρητικο sophistico vti. Emendatus Gregorius Nazianzen.

## LIBER QUARTVS.

### CAP. I.

SOPHISTÆ professores quoniam modo lecti fuerint. Thronus sophisticus Athenis Imperatorum beneficio stabilitus. quando id primum factum, quisve primus illæ eloquentiæ ludo prefectus. θεοτοκη δρου lecti aut Imperatoris iudicio aut Principum suffragijs. Nominum professio. inaugratio. αιαγορειαδαι sophistæ, ιδρυεδαι, et c. Αιφωμπαι. θεοτοκαι διδασκαλεις, et c.

### II.

Docentium sophistarum discriminem quoddam atque varietas. quidam nominati ουταις εροι, alijs διωατωτεροι, eminentissimi. hi regnare dicti. φιλοπαιia et con-

tentio ἀποστολῶν. Ab ipsa iuuentute quidam in sophisticum thronum electi.

Quæ salario Throno sophistico adiuncta fuerint. Imperatorum ea de re constitutiones, & quis primus honorarium Sophistis attribuerit. θρόνος duplex Athenis, πολιτικὸς & σοφιστικός. Philostrati versio tribus locis emendata. Ipse variisque autores illustrati. Απίλεια Sophistarum.

De schola docentium Sophistarum. Ea vel publica vel priuata. de utraque notatum. Ordo sessionis in auditoribus, qui aeris campani sono aduocati & dimisi in schola. Quoties in die Sophistæ docuerint. quidam scholas duas complexi.

Quid in scholis Sophistæ profiterentur. Antiquissimi scientias omnes complexi. Medicæ etatis doctores orbe humanitatis definiti. Musarum tradebant, Grammaticæ magnam partem, poeticam, historiam, eloquentiam. νομικοὶ ποιητæ. Sophistæ plura quam Latini Rethores docuere.

Scholarum exercitationes apud Sophistas. Μελέται siue αἰσθητα τῆς προτεκτῆς, Declamationes umbratiles. quis declamandi primus autor: eius rei cupidi olim Sophistæ. Rethoris proprium declamare. commentare. εὐπομπαῖς εἰς μέλέτας. Puerorum Scholasticæ declamationes. in ipsis plausus. augent eloquentiam.

Declamationum Scholasticarum varietas atque divisione. Suasoriæ inter rudimenta dicendi. quid πλάσματα. πλασματικοὶ λόγοι. figmenta Rethorum, eorum autor Æschines. Controversiæ coloratae, εχθραπομέναι, figuratae. figuræ caussidicorum. figurati morsus. suspicioſa actio. silentium & significatio in Controversia, & in silentio καὶ τοῦ quando figuranda oratio. Primus id fecit Iacchus. Illustratus Gregorius Naz. aliquippe.

III.

IV.

V.

VI

VII.

**VIII.** Modus & orationis Declamationis Scholasticae exponitur. Praefatio qualis. poscere controverson. θεωρία, θεωρεία, diuisio. Quorundam ambitio peticionum à quo verbo inciperent. Initium à iure iurando. Opus in declamatione. οἰκεῖα θεωρέσσι. Digressiones in plausibilem locum. Quæ probabantur in Sophistarum declamatione.

**IX.** Vulgares materiae declamationum in schola. θεωρήματα λόγοι & μορφαὶ Sophistarum. Elucubracionem certamen. Suspectae illustrium virorum laudationes proprie sophistas. fictæ declamationes de summis viris ex omni antiquitate. ηγέται Christianorum. θεολογιαὶ Sophistis à viris principibus obiecta.

**X.** sophiste ob discipulos glorioſi. quanto ardore eorum multitudinem affectarent. hinc fatalis inter illos inuidia. quibus artibus conciliarent discipulos. Atheniensium Sophistarum in ea re consuetudo miranda. Σοφισματικοῦ πειράτη, θεοσαγωγοῦ λημματῶν. Illustratus Plutarchus, Tzetzes, aliique.

**XI.** Inter auditores Sophistarum discriminem. quidam simpliciter discipuli, alii etiam sectatores, qui dicti ακόλουθοι, θεωρηταὶ, ἐπάροι, ερεσταὶ, τέκνα. Prodeuntem Sophistam comitabantur & dicenti plaudebant. Bionis ambitio & commentum. Lege coercita iuuenium affectatio, &c. Laertius aliique illustrati.

## LIBER QVINTVS.

**CAP. I.** PROPRIA nota Sophistarum ηγέτεια & tumidi animi elatio. Illorum ars φίλωτος καὶ ηγέτων. ambitiosi institores eloquentiae. à sui lande vulgo exordia orationum ducebant. ante scipiones & trabeas ponebant Sophiste nomen. Exempla quædam Sophisticæ ηγέτειæ.

*Arrogantes Sophistarum pollicitationes επανέληστο. Eorum commune elogium πάντα εἰδένει. nobebant videri à quoquam didicisse. Communis sapientum voce illorum vanitas reprehensa.*

II.

*Avaritia sophistarum in docendo. quis Musam primus efficerit mercenariam επειρον. sophi φιλοχρήματοι. Cupiditas Sophistarum varie à doctis expressa. Αλιεῖς σοφισταί. Idem venatores. Socratis κυνήγων quale. ἄγρα de flagitio. magna mercede nihil discere miserādum. Illustratus Lucianus. ετεροι.*

III.

*Quantam mercedem peterent ab auditoribus sophistæ. Varia illa fuit, μελα, χλια, ετεροι. Vnde orta varietas. Scholæ μετεπραι επιδιδοσκαλικοι. Merces vulgo semel data. nonnunquam pro singulis lectionibus, quæ εργανοι εμπιστοι έπιδειξεις siue ανηροστοι. Ostentatio sophistica, επιλαμβανει τοι τύτω τη διαγνώσματα. Quorundam in discipulos tenuiores benignitas. Suidas, Plutarchus, aliquique emendati, illustrati.*

IV.

*Alij quidam modi quibus pecuniam conficiebant Sophistæ, επειρον sordes exponuntur. Acromitis data pecunia. Calendariæ strenæ επειρον sporula. Εγιτισαι λόγοι. feneratores Sophistæ. pactio de mercede cum syngrapha. eorum in probandis nummis ἀγορικα. docendo opulentii facti. Rhetorice villa Heraclidis.*

V.

*De crudelitate Sophistarum in extorquenda à discipulis pecunia, quos eo nomine varie excruciant. Castigandorum adolescentium modi. Στονυμπατιζειν. φανιζειν. Solea castigati pusiones. Scutica, Bupotin, taurea. Ea ex anguilla, vel canino aut bubulo corio. Leuis ferula cur dolorem infligit magnum. qualis ferula verberatio. Pueri olim castigati ampelopraso, potri scapo επειρον, myrto, maluæ folijs, palma, ετεροι.*

VI.

- VII. *Amplius de adolescentium castigatione dictum.*  
Ærumnæ olim puerorum in studijs. παιδεία cur disciplina dicta. potestas Preceptorum in discipulos. ἀρεταὶ παιδέων pueros apud Themistium & καλοχόρεων εἰ ταῖς βασιλείαις. ad palum deligari & verberari. Volutaria Sophorum supplicia. Paxillus cur in os iniectus. φίμως. Epigrus. fune, ferro, ligno, spongia, pannulis os damnatus obturatum.
- VIII. *De Sophorum & Sophistarum impura libidine. flatiōsi præceptores quantum iuuentuti noceant. Spurcus Socrates. Cinædus Prodigus aliisque. Amicula Sophistarum & scorta. Plato dictus Σάτυρος, qui obscenos impiè collocauit in cœlo. Phraotæ Indici Regis dictum. Veteres Sophi & Sophistæ adulteri. Lex in Græcia laudabilis. δουμα θύης.*
- IX. *Alienorum scriptorum fures Sophistæ. Autolyci. Æsopij gracci. Declamatores Romani sacerrimam eloquentiam violantes. Veteres Sophi diuinorum dogmatum fures. Lauerniones quoque Poetae. Exemplis illustrata omnia.*
- X. *Vanissimi Sophistæ & mendaciorum consarcinatores. ψευδῶν τέχνη τὸ φύσεων. qualia fuerint aut in quibus Sophistarum mendacia. Veritas δρύκος & propugnaculum philosophiae. Sapientes quam eam fecerint. S. Basilius emendatus, illustrati alij.*
- XI. *De importuna Sophistarum loquacitate. βαθεῖσει. In balneis quoque se & sua tinniebant. Thrasymachus Sophista cur dictus balneator. Iis attributa cymbala Dodonea, crotala, σωδειαὶ κροκουρία. Sanctorum Patrum ea de re testimonia. Emendatus Eginhartus.*
- XII. *Sophistæ maledicentissimi, in conuictando exercitati. Eorum ἀρεταὶ λοιδεῖαι, quarum artem factitabant. φαυλοῖσθοι. αἰγρωχοι. Ars Sophistica ὑπειζει. λοι-*

Sdeūa eorundem acropolis. Impudentes habiti. mores  
Rhetorum qui dicantur. Ipsorum maledicentia repre-  
hensa. Proprium quoque hæreticorum id virium.

Contentiosi in disputando Sophistæ. Eorum quæ-  
stiunculæ, λογισμοί, clamores, sibili. Γλώσση πολε-  
μιζετ. cum rani comparui. audientium febres, disci-  
pulorum pernicies. Damnata eorum consuetudo. σκυ-  
λάνα. Caniculae. latrare.

De inuidia Sophistarum in Condoctores. Hesiodi  
versus Καὶ κεραυνούς νεφελῶν, &c. è mente sapientum  
explicantur. Οὐ μόνοις quomodo αἰπέχοι fatalis So-  
phisti inuidia. Ea de re quid viri granissimi censuerint.

XIII.

XIV.

---

## FACVLTAS R. P. PRO- uincialis Societatis I E S V.

Stephanus Charletus Provincialis Socie-  
tatis I E S V in Provincia Francie, po-  
testate ad id mihi facta ab admodum R. P. N.  
Preposito Generali Mutio Vitellesco, faculta-  
tem concedo, ut Ludouici Cresoly è Societate  
I E S V sacerdotis, Theatrum veterum Rheto-  
rum, Oratorum, declamatorum, &c. expo-  
situs libris quinque, & quorundam eruditio-  
rum iudicio probatum typis mandetur. Datum  
Parisii 11. Junij anno Domini 1619.

STEPHANVS CHARLETVS.

---

*Summa Priuilegij S. Cæsareæ Majestatis  
Vicary.*

**F**RIDERICI V. diuina fauente clementiâ Comitis Palatini Rheni, Sacri Rom. Imp. Electoris & Archidapiferi, in partibus Rheni, Sueviæ & juris Franconici Provisoris & Vicarij, Ducis Bauariae, Comitis Veldentiae & Sponheimensis, diplomate cautum est, ne quis *Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, &c. expositum Libris quinque*, auctore Ludouico Cresollio Armorico è S. I. citra consensum ac voluntatem Sebastiani Cramoisy Bibliopolæ Parisiensis Iurati, intra Sacri Rom. Imperij fines, imprimat, vel alibi impressum adducere & venundare audeat per integrum decennium, sub pœna decem marcharum auri, prout in *Originali pleniū exprimitur. Perscriptum Heidelbergæ, ultima die Iunij, anno Domini millesimo sexcentesimo decimonono,*

**F**RIDERICVS Comes Palatinus Rhoni, &c.  
sacri Romani Imperij Vicarius.

*Ioannes Christophorus de Grun  
Elect. Palatinatus Cancell.* *Ad mandatum se-  
renissimi Domini  
Vicary proprium.*

---

*Summa Priuilegij Christianissimi Regis.*

**V**DOVICI XIII. Francie & Nauarrae Regis Christianissimi authoritate concessum est Sebastiano Cramoisy Bibliopolæ Parisensi Iurato, typis mandare & vendalem habere librum qui inscribitur, *Theatrum veterum Rhetorum, Oratorum, Declamatorum, expositum libris quinque, &c. aliisque cuiuscumque conditionis interdictum est intra decennium, ut patet in diplomate Regio dabo Turoni 6. Iulij. 1619.*

Subsignatō,

RENOVARD.

Biblioth. C. P. de Rho oamys Grand  
1635



21

THEATRI VETERVM  
RHETORVM, ORATORVM,  
Declamatorum, quos in Græ-  
cia Σοφιστας nominabant,

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

**S**CRIPTORES multi Græci Latinique eorum hominum meminerunt, qui sunt nominati Σοφισται, plenāque sunt Philologorum monumenta grauissimis hominum iudicijs, qui tanquam è tribunali voce & tabella de illo genere eloquentium pronunciauerunt. Eorum vitæ ab elegantissimis Rhetoribus memorie posteriorum & æternitati cōmendantur: artem quam ijdem factitarunt, quaque omnium gentium famam, & communem existimationem aucupati sunt, quidam laude & honore persequuntur, damnant alij, & aperta ludificatione proscindunt. In illis quidem exagrandis Dia-  
logi Platonis aliquot, Lyceique scholæ, Isocra-

A

tis, Themistij, & aliorum orationes insumentur. Quorum scripta cum in manibus sint, & eruditissimorum hominum quotidiano studio & contentione voluntentur: mirum sanè videatur, extitisse hactenus neminem, qui eam gratiam à studiosa iuuentute inierit, ut Declamatorum illam agendi rationem uno quopiam in Syntagma via & ratione sit complexus. Et tamen res quidem est meo iudicio & lectu iucunda, & digna adolescentiae institutione, & quod facile doctiores iudicabunt, ad cognitionem antiquitatis opportuna. Sunt enim multa in veterum Commentarijs ex intimo Sophistarum penū, artificioque deprompta, in quibus hærcere inuētutem est necesse, nisi quidpiam de consuetudine eorum Rhetorum & institutione libarit. Ego verò non me frustra laborem hunc meum impensurum putaui, si qua ratione possem efficere, ut iuuentus ad bonarum artium studia & humanitatis elegantiam efflorescens, tanquam in tabella contueretur, quæ sit illa natio Sophistarum in veterum monumentis famosa, quæ dicendi, quæ docendi ratio, quæ studiorum exercitationes, quæ vita, qui mores fuerint: si denique illorum characteres ut Theophrasti penicillo expressos bono in lumine collocarem. Quæ tractatio plurimos omnium æratum scriptores, Græcos & Romanos illuminabit, de Sophistis multa memorantes: cum præsertim ita mihi res elaborata fuerit, ut variorum autorum collatione, illustrior omnium rerum facies appareat. In quorum autorum locis studiosissime componendis, nec

me labor à suscep<sup>t</sup>o consilio reuocauit, quod plurimis fore utile gratūmque videbam; nec delicatorum quorundam fastidium, qui testimoniorum aggregationem & varietatem, ut Mercurij aceruos, non nisi  $\lambda\eta\theta\epsilon\alpha\lambda\omega\pi\epsilon$  prætereunt. Quinetiam eo lubentius ad hanc Diatribam & Notationes animum applicui, quod viderem doctissimos alioqui viros in Græcis libris Latinè vertendis fuisse delusos, minimēque sensum affecutos, quod ad ea quæ Sophistarum sunt propria, neque stylum neque animi cogitationem retulissent: quod suis locis  $\sigma\alpha\mu\delta\epsilon\alpha$  significabitur. sed ne vitio labore ipse videar &  $\delta\gamma\alpha\zeta\sigma\epsilon\alpha$  Sophistarum, rem ipsam aggrediar, à nomine, ut fieri amat, exorsus.

*Quid Sophista sit apud Grecos & Latinos. res ad ipsa cubilia reuocata, deducta inde gradatim. Solon primus donatus eo nomine: plurimi, quod esset inuidiosus, obtentis aliarum artium id dissimularunt. In ciuili iure Sophista & Rhetor distincti. Pindarus, Tatianus, Pandectæ illustrantur.*

## C A P. I.

Artifices dicti  
Sophistæ.



Atè patuit in vltima antiquitate *Φιστ* nomen, & ad eos omnes accommodabatur, qui peritiam & utile quodpiam artificium ostenderent. Σοφιστ, ait Suidas, πᾶς τεχνικ. rationem tangit Hesychius, nam πᾶς τεχνικ. Φιστ ελεγον. Sed præsertim ijs hominibus tributum fuit, qui animi ornamentis excellerent, quorum ingenij monumenta atque decora plurimum haberent in vulgo utilitatis aut suavitatis, quomodo Medici fuerunt, & Musici, & Poëtae propriè nominati Sophistæ. Athenæus cùm de illis memorat, qui Musicam eximiè tenerent, πύρτας, inquit, τὰς χεωμέρις τῇ τεχνῃ τελτῇ Φισταὶ απεργάλου. Omnes hac vientes arte nominabant sophistas. Subiicit Æschyli testimonium;

*Εἰτ' οὐδὲ συφίστης καλά φέρεται χέλων.*

*Deinde probè testudinem pulsans Sophista.*

*Quo eodem modo sumit Anaxandrides Poëta*

Musici.

*Athenæus l. 14.*

vetus de Musico loquens. *Ad Argam*, inquit, te certaturum volo mittere prius exploratum, ita & ov  
nikas τὰς Σοφιστὰς καὶ φίλε, Sophistas amice queas ut vincere. De Medicis est apud Suidam: οὐδέποτε περὶ Μεδικῶν νόσων γνωστές σοφιστὴν ἀντρον. aduersus dolores & morbos summum fieri Sophistam. Sed in hoc genere laudis & elogij glorioſi, lucent omnino eminēntque Poëtæ, qui primi animi sui cogitationes li- Poëtæ  
teris mandasse feruntur, inusitato eo quidem tempore dictionis lenocinio, & indoctæ plebis incredibili voluptate. Ij cùm mentis impetum suæ, diuinitus afflatæ, ad modeſtanos ciuium mores contulissent, nominati ſunt imprimis Φρονιſτας, veluti modeſtia præceptores, & οὐ- *Lil. Gerald. de*  
φιστας, ut πεπαθευμένων coryphæi. Ex hoc more Poet.  
doctiſſimus & religioſiſſimus Clemens Alexan. Clem. Ale-  
drinus in Protreptico Θράκιον σοφιſτὴν appellauit xand. initio  
Orpheum, & alio loco Theocritum θεῖον Φριſτὸν. Protrept. Ο  
Pindarus cùm clarorum hominum laudes ca- *alías ſapē.* Pindaro lux.  
nit, Ex heroibus, inquit, strenui bellatores famam *Pind. in Isthm.*  
reportarunt pro lucro, &c. *ad. 5.*

Μελέτας δὲ σοφιſτῶν

Διὸς ἔκαλον περισταλλον τελεῖονθρον.

sophistiſ quoque iouis voluntate declamationis mate- Casaub. in  
riam præbuerunt. Animaduertiones in Athenæum Athien.  
volunt hoc loco σοφιſτῶν nomine Poëtas intelligi:  
quod non planè damno ego quidem atque re-  
iicio, nam & vetus Scholiastes eo nomine do-  
natos fuiffe Poëtas ait: Sed quid obstat, quomu-  
nus hīc intelligamus soluta oratione & dicendi  
copia clarissimos, qui res Heroum cum ipsa  
xternitate magnifico genere dictionis xqua-  
rent? Nam & Pindarus hīc disertè ponit μελέτας

quæ propriæ fuere Sophistarum , & aliâs idem ipse prorsæ orationis scriptores , quos λογίς vocat, disertos videlicet & elegantia principes, ad poëtas adiungit, ad illustria hominum fac-

Pindar. in Nemeis. nora prædicanda. sic enim vates in Nemeis:  
meis od. 6.

Γαρ οὐχιδίαν γέλεπων  
αἰσθάνεται τὸ λόγιον τὰ καλά  
σφιν δύναται εὔκομιξας,

vertunt : nam vita functionum hominum præclara opera poetae & prose scriptores ipsis sermonibus imposuerunt. Quos hic λογίες, in priori loco meo iudicio nominarat σοφιστας, eo sensu quo dicti sunt illi, Rethores in dicendo politi, & præsertim in laudando exercitati. quæ causa fuit

Sidon. l. 4. ep. 1. cur Sidonius Apollinatis elegantissimo vir iudicio Sophistam appellari panegyristam.

Sapientes.

Solon 1. Sophista.

Isoctr. ἀρρ. αἰδος.

Sed ut redeat unde paululum aberrauit oratio , à poëtis abiit τὸ σοφιστὸν nomen ad viros graues & sapientes , qui lucem ingenij sui & cognitionis alijs impertirent. Qua ratione primum omnium , quod quidem monumentis annualium sit proditum , Solonem indigitatum fuisse constat. sic enim de illo scribit Isocrates:

Σόλωνα μὲν τὸν πολιτῶν τὸν πολιτῶν λαβεόντα τὸν ἐπωνύμον τοντων, πρεστάτην ἡγίωσαν τὴν πόλεως Εἴδη. Solonem , qui primus ciuium hoc cognomen sortitus fuit, ( de Sophista loquitur ) gubernatorem ac principem ciuitatis esse voluerunt. Idem propè dixit Themist. or. 4.

mihius: ὅπις δὴ πάλαι σεμνόν τε τῶν & επὶ αἰξιώσα, καὶ οὐ Σόλωνα σοφιστὸν ὠνόμαζον, &c. quod igitur olim honorifica ac plena dignitatis fuerit appellatio, solonem appellabant Sophistam. Tatianus eundem σοφιστὸν nomine intellexit , cum ita loquitur: Itane ab-

Tatian. or. contr. Gent.

*surdum existimatis, καὶ τὸν αἰκίον ὑπὸν οὐρανὸν, μελῶν  
ἀεὶ πάντα (mallem πάντα) σιδησομέθως.*

Qui eadem tempestate fuerunt homines, aut deinde floruerunt, eruditi & intelligentes, atque artium scientiam consecuti, cùm augustius Sophistæ nomen existimarent & glorio-sius, ne in suorum ciuium offensionem inuidiāmque inciderent, alijs quibusdam nominibus inobscurare conati sunt, & in vulgo dissimulare. nam quidam, ut monuit Plato in Protagora, obtendebant poësim; alij sacrorum & oraculorum appellationem. Iccus etiam Tarrentinus & Selybrianus Herodicus cùm perfecti absolutique forent Sophistæ, artem suam appellauint Gymnasticam. Pythodes etiam Chius Sophista doctissimus aliisque multi sub Musicæ artis velamine Sophisticam facultatem occuluerunt. hi omnes, ait Plato, ob deuitan. *Plat. in Prodam inuidiam, ταῦς τεχνας ταῖς τεχναῖς αὐτοῖς ταῖς τεχναῖς.* *τεχναῖς, harum artium obtentu, ut velo ac parapetasmate quodam sunt vti. Id fecisse quoque Daemonem* *ἄρχοντας θεοὺς* ait Plutarchus, virum *Plutarch. in sanè de summis vnum, qui Pericli dux fuit ad Pericli.* politiorem humanitatem: cùmque foret eloquentia & peritia singulari, se tamen vocabat musicum, ut specioso hoc nomine *τεχνόπολιν ταῦς άρχοντας, eximiam dicendi facultatem επει Sophisti- cen occultaret.* neque hoc mirum, cùm id ipsum primis temporibus in Philosophia contigerit, *vt autor est Maximus Tyrius, cùm nimirum Dissert. 22. ο φιλόσοφος, βαρὺ δε τεχναῖς τοῖς πονοῖς ακονοματο- graue & molestum esset vulgo nomen philosophi. Ita- que primi illi sublimiū rerum doctores, poē-*

*tas se nominabant, vt ipsa carminis suavitate pellicerent animos & teneret. Nonnulli etiam,*  
*Dissert. 15. p. 156.* *quod aliás animaduertit idem Maximus, occulta sacra, alij mysteria disciplinam suam appellabant; quidam fabularum, alij musices, alij postremò diuinationis nomine eam induabant: quod Platonis credo imitatione Sophus ille Tyrius prodit.*

Sophistarum  
aurca seges.

*Verūm enimvero cùm temporibus Socratis illa elegantium hominum seges erupisset, qui veluti gloriæ in Circo, summa ingeniorum contentionē decurrenter, tantum abest vt dissimulandum esse putarent, vt audiē omnes sibi id nominis adsciscerent. Itaque tum maximè celebrari cœpta est Sophistæ appellatio, & totius rei fama longè fusa: quæ diuturna esse potuisset, si terminos cupiditati illi suæ posuissent. sed cùm nimium se in opes ingurgitarent, cùm ea pollicerentur quæ præstarent minimè, atque adolescentiam in fraudem inducerent; inuisum nomen effectum est, & sophistæ habitus απαντῶν, διδάσκοντος πανθρῆος, fallaciosus, doctor verisipellis, vt ait Hesychius. Hinc illi tum Sophistæ nominati, qui sapientiam venderent, qui se gloriose venditarent, qui speciosa oratione fucum facerent: illi præsertim qui à scriptoribus αἴλονται & Σιστοί vocantur, qui contortis & fallacibus conclusiunculis impune animos audientium illudenter, de quibus alio loco dicetur vberius. In eos stylum acuit Plato sāpe, & multi alij, philosophia & humanitatis cognitione nobiles: idque malum ortum primū in Gracia, in alijs quoque oris terrarum pullu-*

Iauit. Sanè apud Hebræos istiusmodi quoque Hebræorum  
fuere Sophistæ, quos sacra opinor historia Li- Sophistæ.  
bertinos appellat, homines promptos ad refel-  
lendum, ad contendendum & agitandum pa-  
ratos: de quibus agens Occumenius, ait illos *Oecumen. in e.*  
*τοῖς σοφισταῖς τὸ κράτες ἀποδρομόν τοπ' εἰσεγίοις, in 7. Att.*  
Sophistica apud Hebræos veluti familiam du-  
cere.

Tandem *σοφιστὴς* nomen in ijs conquieuit qui  
docerent eloquentiam, quorum plurimi sin- Eloquentiæ  
gulis ætatis summa in ea re gloria præstite- Doctores.  
runt, & monumentis annalium celebrantur.

Hinc apud Suidam: λέχεται δὲ οἱ σοφισταὶ καὶ οἱ δι-  
δάσκαλοι, ὡς σοφιζῶν, dicitur Sophista et magister, ut  
qui sapientiam doceat. opinor sumpliit à veteri  
Scholiaste Aristophanis: σοφισταὶ, inquit, νόος τοις In Arist.  
διδάσκαλοις, ὡς τοις διδάσκοντας. eos Plutarchus νεφέλη.  
σοφισταὶ λόγων eloquentiæ Doctores nominat, & In Lycurg.  
Thucydidis Græcus interpres τοις διδάσκαλοις ἦν l.3. Thuc.  
τερησσον πρεβλημάτων, rhetoriarum quæstionum ma-  
gistros. Atque hactenus sit à nobis notatus hu-  
ius nominis veluti quidam cursus in Græcia.

Quod ad Latinos attinet, tenuis omnino Sophista apud  
fuit in Italia ante M. Tullium Sophistarum Latinos quis.  
mentio: rem ipse ignorare minimè potuit, ut  
qui plurimos audiuisset in dicendo præstantes,  
& parandæ eloquentiæ causa totam Græciam  
Asiamque peragrasset. Duobus igitur fere mo-  
dis Sophistæ nomen accipit: primo, pro capro-  
ne doctrinarum sopho & διαλέξι, ut in Academicis  
qq. cùm de Anaxagora loquitur: *Quis fuit hic? Academ. 2.*  
num Sophistes? sic enim appellantur ij, qui ostentatio-  
nis aut quæstus causa philosophantur. Pari modo

Senec. ep. 29.

grauissimus autor Seneca, *Illos*, inquit, *mihi circulatores sophistas qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt: sumit deinde pro disseris hominibus*, qui flosculos omnes orationis carpant & delibent, atque omnia dicendi lumina cōflectentur. Itaque in Oratore pēfecto, cūm de stylo oratoris disputat, huius dulcem & temperatam orationem distinguit à molli & vmbratili copia Sophistarum, quæ lepore & veneribus redundet, atque adeò pictum & expolitum ornamētorum genus refert ad fons tes Sophistarum. eosdem libris de officijs appellat Rhetores, sic enim ibi, *hinc Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis, &c.* quam fuisse communem materiam ἡγεμονίας Sophistarum, in qua iuueniliter exultarent, post videbitur. Iudic. 1. de Orat. sunt Rhetorici doctores, & aliâs ἡρόεστης, qui artes rhetoricas expōnunt. Ab his rhetorice dicere, est Sophistarum more pereleganter, compositè, illuminatè, admirabiliter dicere. Potest id quidem (inquit 3. de Finib.) fuisse & copiose & omnibus electissimis verbis grauissimi que sententijs rhetorice & augeri & ornari. veteres id rhetorissare dixerunt, ut est apud Nonium.

In iure tamen ciuili Sophista & Rhetor distinguuntur, sic enim ponitur D. de excusat. l. 6. Grammatici, sophistæ, Rhetores, Medici qui meos dñtrij vocantur, &c. à tutela requiem habent. Accursius & alij præterea quidam minorum veluti gentium iinterpretes per Sophistam Dialeticum hic intelligunt: quod esse falsum alijs è legibus ostendi potest. Esterim Rhetor hic pro-

Illustrantur  
Pandectæ.

priè qui dat eloquentiæ præcepta Latinè, So-  
phista qui Græcè; quo vno, in iure distinguun-  
tur. Nec audiendus est hoc loco vir in iure in- Cuiac. ad l. 6.  
P. de excus.  
terpretando clarissimus, qui Rhetorem potius  
eum esse dicit, qui eruditioñem habet, siue do-  
ceat, siue non doceat; Sophistam autem qui in  
dicendo occupetur: nam & hoc ita probat, vt  
minimè proberet, & refelli potest è duorum Im-  
peratorum lege, quæ Cod. de stud. liberal.  
Vrb. Ro. ponitur, & disertè illam habet di-  
stinctionem quam posui: hæc Imperatorum est  
sanctio: *Habent igitur auditorium specialiter no-* Rhetor. &  
*strum, in his primum quos Romanae eloquentiæ do-* Soph. docto-  
*ctrina commendat, Oratores quidem tres numero,* res eloquen-  
tiæ.  
grammaticos verò decem: in his etiam qui facundia  
græcitatis pollere noscuntur, quinque numero sint so-  
phistæ, & grammatici æquè decem. Hic locus men-  
dosus est in vulgatis libris, legitur enim facun-  
dia grauitatis, vbi quidam Glossatum auctores  
corrigendum putant garrulitatis, alij grauitas,  
&c. sed rectè in Cod. Theodosiano facundia  
græcitatis, quod viri doctissimi retinent. Sensus  
illius Edicti clarus; Genera duo professorum  
eloquentiæ facit; Oratorum quos Romanae elo-  
quentiæ doctrina commendat, hoc est Rhetorum  
qui Latinè doceant; & Sophistarum qui facun-  
dia græcitatis pollentes, Græcè nimirum insti-  
tuant. Et ne quis forte cum Accursio per So-  
phistam intelligi velit Dialecticum, subdunt  
Imperatores, ad hos humanitatis præceptores  
vnum esse addendum, qui philosophiæ arcanari-  
metur. Alius igitur philosophus à Sophista.  
Quod autem hoc loco Oratores ponuntur pro

Rhetoribus, id tritum est in legibus, ut Cod. de Profess. l. 11. D. de excus. l. 6. D. de stud. lib. vr. R. Cod. Theodos. de med. & pr. l. 11. vbi vox *Oratoris* pro facundiæ magistro sumitur.

Sit igitur hoc fere certum quod aiebam, vulgo in iure Sophistam ponи pro Græco eloquentiæ professore. Vulgo dixi, quod etiam quemlibet aliquando significet, seu Græcum, seu Latinum, qui dicendi artificium tradat: quo modo sumitur Cod. de profess. cum sic edicunt Imperatores, *Grammaticos tam Græcos quam Latinos, Sophistas & Iurisperitos, in hac regia vrbe professionem suam exercentes, &c.* Quemadmodum etiam *Rhetoris* nomen utrumque genus aliquando complectitur, ut Cod. de profess. & med. l. 2. & 11. & D. de excusat. l. 6. §. 8. quare semper in vetustis scriptorib. ad Rhetoris nomine discriminis causa quidpiam adiungitur. ut videlicet intelligatur,

*Tertull. l. cōtr. de Græcōne an Latino sermo fiat. Tertullianus, Valent. c. 8. Suet. c. 18.* *Rhetor Latinus Phosphorus nomine. Sueton. in Vespasian. Primus ē fisco Latinus Græcisque Rhetoribus annua centena constituit, hoc est Rhetoribus & Sophistis. Sic Cod. Theod. de med. & pr. l. 11. Rethores Atticæ Romanæque doctrinæ. Addam & istud εποδω, Rhetoras visos digniores Sophistis, hoc est Latinos Græcis eloquentiæ doctoribus. Sanè eodem Cod. Theod. eodemque tit. Grammatico Latino viginti, Græco vero duodecim tantum annonæ præbentur.*

*Professor elo- quentiæ.* Sed vt à iure abeamus, apud alios quoque Latinitatis autores, Sophista eum significat, qui in docendo artificio dicendi versetur. Ita sumit Iuuenalis,

— hæc alij sex  
*Vel plures uno conclamant ore Sophistæ,  
 Et veras agitant lites.*

Inuenial. Sat. 7.

Proprie ~~metræ~~ artifices Declamatorésque intelligit, & vt ait vetus Scholiastes, professores. *vt & Fab. Quintilian. I. II. Urbanè, inquit, Flavius Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset. Hinc apud Ausonium in quadam epistola, Sophistica, nominantur ornamenta oratoria. & aliâs, Nam poeticam, inquit, vel Sophisticam levitatem ( mallem lenitatem ) necessitas obseruationis exclusit: ait sibi deesse illam dulitudinem & concinnitatem propriam Sophistarum: sophistæ, ait D. Augustinus, appellantur Latinarum literarum elegantsimi autores. Qui ~~metræ~~ viasque ad eloquentiam traderet, eum Sophistam appellavit Priscianus. Et quoniam eorum Rhetorum propria videbatur esse eloquentia, Sidonius Apollinaris laudans Consentium, elegantia nobilem & plurimarum attium choragio circumfluentem, nominauit Sophistam.*

Lib. II. c. 3.

Auson. Idyl. 5.

S. Ang. I. 2. de Exod.

Sidon. Carn. 23.

*Iuncta est femina quæ domum ad mariti  
 Prisci insignia transferens louni  
 Impleuit trabeis larem Sophistæ.*

Sed vulgò Sophistam pro sapiente ponit atque Philosophus philosopho, vt ep. I. l. 4. sic Tertullianus *sæ*- Sophista. *mium Sophistam pro Pythagora lib. de Anima; l. de an. c. 24.* & in Apologetico, *Quis poetarum, quis Sophista- In Apolog. 6.  
 rum, qui non omnino de Prophetarum fonte potauerit?* Eadem mente Prudentius barbatos sophistas, cùm vellet dicere Philosophos, carminibus suis inseruit. Atque haec tenus honorifica est

l. 2. in Sym-  
 mach.

*Senec. ep. III.* appellatio, gloriæque tribuitur: sed quemadmodum in Græcia, sic etiam apud Latinos id nominis in inuidiam est adductum, nec nisi odiosa contumelia imponitur. Quare Boëtius Sophisticen nominat *Caillatricem*: & quæ ab illa generantur Sophismata, Seneca autore Cicerone dixit *cauillationes*, nimirum *quæstionulas* ut ipsemet exponit *vafas*, quæ nectuntur fructu nullo. Hinc Sophistæ & Sophistici, versipelles & plani, qui lingua ingenioque abundantur ad inobscurandam veritatem, & decipiendas hominum mentes argutula machinatione. Eleganter Gregorius Turonensis: *B. Domnolus roganit Regem, ne permetteret simplicitatem illius inter Senatores Sophisticos, aut iudices Philosophos fatigari.* Hæc de nomine.

*Discriminati, & compositi accuratiūs, ῥητῶρ, σοφιστῆς, πολιτικός, φιλόσσοφος, unde lux superiorebus. Notata D. Gregory Naz. versio, & aliquot eius loca exposita. πολιτικοὶ apud Ciceronem & Rhetores Græcos diuersi.*

## C A P. II.

Vid sit discrimen inter Rhetorem & Sophistam apud Latinos, paulò antè monuimus, quod Latinus ille fuerit doctor, hic Græcus. Quod ita est intelligendum, ut tamen aliquando, in Italia quidem, unus & idem

& Græcas haberet scholas, & Latinas, & in utroque genere orandi laboraret, nam cùm in toga Latinè declamauisset, mox sumpto pallio, quasi persona mutata, redibat in suggestum, & Græcam orationem fundebat. Ex eo genere fuit Sabinus Clodius homo minimè malus, sed minimè bonus in dicendo, quem Seneca pater *Senec. contro.*  
*lineamentis expressit*: de quo Seuerus Cassius, *26.*  
cùm ab eius auditione rediret, interrogatus quonam modo dixisset, venustissimè respondit,  
*Male εἰ κακός*. Nunc subit in mentem querere, num etiam apud Græcos inter φίλοτερούς & συφιστῶν aliquid sit discriminis: ex cuius rei cognitione, haud exigua opinor lux ad scriptores magnos intelligendos accedet.

Et quidem fuisse distinctos, multi autores *ρήτωρ* & *γραμματικός* eruditissimi haud obscurè significant. φιστῆς diuersi Aureus Chrysostomus cùm vellet ostendere apud Græcos, antiquos omnes sapientes, qui doctrinam excoluissent, à veritate aberrauisse, sic numerare incipit, εἰ φίσται, καὶ ῥήτορες, καὶ φιλόφρονες, καὶ συγχειφέτες, *In c. 2. 1. ad* &c. & in ep. ad Thessalon. veterum calamitas *Corint.* inquit, narrant καὶ πιντῶν, εἰ ῥήτορες, καὶ συφισταῖς, καὶ *In c. 1. 2. ad* λογογράφοι πατέτες. Aliâs similia reperit. eandem habet distinctionem Apollonius Tyaneus apud Philostratum: καλῶς δὲ συφοῖς μὲν, πιντῶν, μεταπόντων, *Philostr. 1. 8.* αἱρονομίας, συφιστῶν, καὶ τῶν ῥητόρων ποὺς μὴ αἱρετάς. *Sa. c. 3.* plentes autem artes appello seu poesim, musicam, astronomiam, sophistas, εὖ rhetores non circunforaneos. Dion item Prusaeus negat se vel ῥήτορα, vel *Dio. orat. 12.* συφιστὴν esse. Est eadem apud Gregorium Theologum distinctio, cuius locum eo proferam libentius, quod, opinor, doctus interpres non

clarè satis eum expresserit: agit de Magni Basili laude, quem maiori præditum eruditione quām pro ætate fuisse contendit, & hoc mo-

*Gregor. Naz.* do illustrat: ρήτωρ ἐν τοῖς, καὶ ταῦτα τὸν σοφιστὴν Σπορνῶν, φιλόσοφος ἐν φιλοσοφίαις, καὶ ταῦτα τὸν φιλοσοφὸν θογυμάτων, τῷ μέγαστοι ἵερῳ τοῖς χριστιανοῖς καὶ ταῦτα τοῖς ἱεροσυνοῖς, vertunt, Rhetor inter Rhetores, etiam ante Sophisticam exedram εἰτ. Sanè ego sic maluissem, Orator inter oratores, etiam ante scholas εἰτ declamationes Sophistarum, &c. Sophistæ etenim qui tum fuerunt doctores rhetorici, hoc spectabant, ut oratores efficerent in dicendo perfectos, hoc est πῆγες, qui que in foro & curia, dictionis suæ elegantiam possent ostendere. Sensus igitur eruditissimi Gregorij est, Basilium adolescentem tam præstanti fuisse ingenio & orationis copia, ut etiam priusquam ad Sophistas & eloquentiæ scholam accederet, iam esset orator: quemadmodum & priusquam philosophiæ mystérijs initiatetur, iam philosophus erat, & ante consecrationem, sacerdos: quæ postrema explicationem illam nostram eximie comprobant. Atque ex hoc loco iam quædam elucet inter πηγες & discriminis ratio inter πηγες καὶ σοφιστὴν apud Græcos: viam hic pandit & directas regiones ad eloquentiam, ille iam peritus & paratus ad agendum orator. Et quidem ita videntur appellati etiam Sophistæ πηγες, propter mirabilem in dicendo vim & facultatem qua pollebant. Sic Nicetem clarum Sophistam & probatum Smyrnei honoris causa nominabant πηγες,

*Philost. de vit. Soph.*

*Diodo. Sicul. l. 12.*

vt ait Philostratus, apud quem etiam Herodes Atticus dicitur ποικιλωτὸς πηγες. Diodorus Siculus

culus de Gorgia Sophistarum veluti parente,  
Τοπίας οἱ πότιπ δενόπη λόγου πολὺ ωρέχων, &c. Gor-  
gias orator qui dicendi facultate plurimum præstigit.

Sed hæc diffenitia tam nota est, tam- Et πότιπ &  
que in medi posita, ut superuacaneum σοφιστής do-  
esset monere, si sola fuisset. Verū cùm cœrunt  
πότιπ non modò apud Græcos eum signi-  
ficet de schola politum, & iam in orando  
perfectum; sed præterea illum, qui non minùs  
quām Sophista, ad docendam iuuentutem, &  
aperiédos eloquentiæ fontes adhiberetur, qua-  
ratione inter se differrent quærebam. Nam id  
quoque munus fuisse τὸ πότος, D. Chrysosto-  
mus Dauidis cantum sapientiāmque expo-  
nens clarè significat, vbi de ijs loquitur qui ado-  
lescentiam erudiunt: εἰς εἰς μουσῶν ἀπέραν δεῖ, γέδε  
Ζεύματα αἰανίσκεν, γέδε παρδελωγοὶς μαθεθεῖ, γέριπό-  
εις, γέ σοφιστής. Non est eundum in Museum atque  
Gymnasium, non consumendæ pecuniae, non condu-  
cendi pædagogi, Rhetores, & Sophistæ, ut hanc di-  
cendi artem discas. An igitur Sophistæ plus ali-  
quid quām Rhetores in docendi muneribus  
complectebantur, quod Romæ aliquando  
valuisse meminimus? Nam cùm eloquentiæ  
sint plurimæ exercitationes, in quibus Roma-  
na iuuentus erudiebatur, de ijs temporibus lo-  
quor in quibus ingenuæ mentes ad studia hu-  
manitatis ciuium approbatione se confere-  
bant: cùm sint, inquam, oratoria scholæ medi-  
tationes plurimæ atque variæ, vt Prosopo-  
pœiæ, Laudes, Suasoriæ, Declamationes, The-  
ses, Controversiæ, Loci communes, & quæ  
Deliberatiæ nominantur & Iudiciales, alia-

S. Chrysost. in  
Psat. 4.

que eius generis; Sophistæ, hoc est facundia  
Græci Magistri, hunc omnem declamandi  
complexum tuebantur. Rethores autem Latini,  
tantum partem. Causa est, quod Gram-  
matici in eorum munera partem innolauis-  
sent, apud quos etiam Protopopœia & Suasori-  
æ declamabantur, quæ propriæ tamen vide-  
*Fabius l. 2. c. 1.*  
bantur esse Rethorum. Vnde siebat quod ani-  
maduertit Quintilianus, ut Græcis priùs, quam  
Latinis Rethoribus pueri parui committeren-  
tur. Sed hoc discrimen in Græcia valere non  
potest, apud quos Latini Rethores haud opi-  
*2. Discrimen.* nor docuerunt. Hic mihi differentia quædam  
obijcitur, quam notasse videor apud eruditissi-  
mum Gregorium Nazianzenum, ut πολιτηρ,  
cùm quidem ad docendum refertur, sit poli-  
ticus veluti eloquentiæ professor, qui præcep-  
pta modò communia explicet: οὐδεὶς autem  
qui præterea plurimarum artium scientiam  
complectatur, & dictionem mirabilius exor-  
net, omnibus luminibus pictam, flosculis &  
*Greg. Naz. ep. 117.* copia redundantem. Nam commendans Eu-  
doxio Rethori Nicobulum adolescentem affi-  
nem suum, *Velim*, inquit, *eum à nobis accipias*,  
πόλιτηρον ἔειο τῷ πατέρι χαείρεμόν, πόλιτηρ,  
ηπάν. Rethoricam quidem tñiam patri, Sophisticam  
autem nobis largitur. Hic enim meo iudicio  
per πολιτηρ intelligit ciuilium rerum guarum  
& facundum interpretem, & iudiciorum can-  
didatum, qualem genitor Nicobulum suum  
cupiebat: per πολιτηρ verò præterea doctum,  
elegantem & concinnum oratorem, qui Gre-  
gorij & summorum virorum expectationi at-

que eruditis auribus inseruiret. Atque hoc eodem in sensu grauissimus Tertullianus Sophistæ nomen accipit, pro præstanti nimirum viro, qui excellenti varietate & copia notiones animi sui explicet, cùm Miltiadem nominat, Ecclesiarum Sophistam, os veluti atque tubam religionis, qui sanctos ritus singulari iudicio & eloquentia confirmaret, qualem esse dicere- mus Lactantium Firmianum, alijsque stylo diuinos atque doctrina. Quo fortè modo Clau-dianus etiam Mamercus D. Augustinum nomi-nauit Sophistam. Hoc ipsum aliâs quoque idem ipse Nazianzenus opinor significat in literis ad Sophistam Adamantium, cui cùm quædam rhetorica mitteret, monet ut illis Sophisticam adiungat, quasi quædam illustrio-ra ornamenta. Tu vero, inquit, ὁ φιλοσόφης μὴ μαρτυρῶς μηδὲ αἰάνθρως, αὐτὰ τὸ θεοποιῆς καὶ φραιώς, Sophistiken adhibe, non minutè & ignauè, sed perquam ambitiosè ac splendide. Sic intelligo Iulium Pollucem diligentissimum ἐρωματικὸν, qui cùm magistros ὑπειημῶν ieratē-pow veluti sub signis decuriat, ita Rhetorem à Sophista seponit, ut Rhetorem eundem faciat cum πολιτικῷ. Verba illius hæc sunt, ῥήτωρ, ῥητορίκης οἱ αὐτὸς καὶ πολιτικός, σοφιστής, &c. &c. paulò post ῥητορβέν ait esse πολιτικὸν τοῦ, & distinguit ab eo σοφιστὴν τοῦ. Nec repugnat Iulius Pollux M. Tullio qui πολιτικὸν distinguit à Rethore: sic enim illum scribere memini de L. Torquato, quem Cic. in Brut. tu non tam cuò Rethorem dixisses ( eisī non deerat oratio ) quam ut Greci dicunt πολιτικὸν. Alio enim Qui apud quodam modo sumit πολιτικὸν Cicero, nimirum Ciceron-

Ecclesiarum  
Sophista.  
Tertull. contr.  
Valent.

Mamerc. l. 2. dō  
stat. an. c. 10.

Poll. l. 4. c. 1.

pro graui & honesto ciue & prudenti qui con-  
silio remp. moderetur, quales barbati olim fue-  
re Patres conscripti & qui deinde consecuti  
sunt eorum similes, in dicenda sententia po-  
tiūs maturi & religiosi, quam floridi, copiosi,  
redundantes. Et quoniam huius rei cognitio  
non modò plena est honestissimæ voluptatis,  
sed ad veterum intelligenda monumenta pro-  
pè necessaria, age paulò altius repetamus  
quam breuissimè fieri poterit, & deinde vi-  
deamus quod est proprium nostræ quæstio-  
nis, quid πολιτικὸς à Sophista & præstantissimo  
dicendi artifice dissentiat.

*Civiles seu πολιτικοὶ qui nominati. λεξεως πολιτικῆς  
autor. Sophistarum πολιτικὸς Spōros Athenis.  
Oratio Themistij Baetoris. Dicta Sapientum  
de Sophiste & Philosophi discrimine.*

## C A P. III.

Sapientes  
πολιτικοὶ.

Πολιτικοὶ  
Philosophi.



VIT tempus aliquando, cùm  
præsides reipub. viri, vt Tire-  
sias apud manes, sic inter cines  
omnes alios sapere soli vide-  
rentur. Illi honoris causa πολι-  
τικοὶ nominati fuerunt & συφοι,  
quod magni autores meminerunt: & qui dein-  
de prodierunt magnarum artium magistri,  
quod sententias proponerent ad ciuilem rem  
accommodatas, dicti sunt πολιτικοὶ Philosophi,

vniuersarum rerum publicarum nomine, vt loquitur Cic. l. 3. de  
 M. Tullius de Orat. lib. tertio Eorundem fuit Orat.  
 munus fundare vrbes, leges condere, politiam administrare, directis vijs ad portum otij  
 & felicitatis prouehi. Et quoniam sententiam  
 s̄a pe suam de pace, de bello, cæterisque nego-  
 tijs exponebant, oratores ijdem habebantur:  
 quod his verbis declarare videtur Fabius ope-  
 ris sui initio. Cūm vir ille verè ciuilis (πολιτικὸς) εἰσ  
 publicarum priuatarumque rerum administrationi ac-  
 commodatus, qui regere consilijs vrbes, fundare le-  
 gibus, emendare iudicijs possit, non aliis sit profe-  
 ctō quām Orator. Sed officia illa tandem fuere  
 distincta, vt Orator non sermonem modò ha-  
 beret tacitæ mentis interpretem, sed copiam  
 & vbertatem, & magnum vsum humanitatis  
 atque doctrinæ: politicus verò tametsi impa-  
 ratus ab eloquentia, propter cogitationem ta-  
 men ciuitatis, morum, consuetudinis, & tra-  
 standi rationem, ciuitati esset adiumento & in  
 rebus ciuibibus occuparetur; cuius artem σπεσι-  
 eior στέλεον vocauit Plutarchus veluti prudentiam Plut. in The-  
 negotiosam. Hoc fere modo sumit Cicero, cùm miscl.  
 Torquatum πολιτικὸν nominat potius, quām  
 rhetorem. Eodem sensu dixit aliâs se neminem  
 cognosce M. Cœlio πολιτικόπερον: & scribens ad l. 2. ep. famili.  
 Atticum, Διπολιτικόν nominauit totius reipub. l. 8. ad Att. ep.  
 ignarum, & re gerenda propè hospitem &  
 peregrinum. Græci autem cùm oratorum ge-  
 nera duo facerent, alterum πολιτικὸν βῆτον di-  
 cunt, quem paulò antè Iulius Pollux distingue-  
 bat à Sophista: qua de re prout sumus polliciti,  
 nunc agendum,

Genus dicēdi  
πολιτικόν, &  
σοφιστικόν.

Certum est enim & πολιτικού fuisse numeratos inter dicentes, & φεύσιν quandam esse, quæ propriè πολιτική nominetur, seclusa ab ornatisimō & splendidissimo dicendi modo, quem plerique σοφιστοί dixerunt. In utroque genere

Herm. l. 2. de mentis australium proditur. Hermogenes de form-

Æschine: Οὗτος πολιτικός μὲν ἔστι, εἴπερ ἐπέρος περί, σοφιστικὸς δὲ καὶ γεννός, &c. Gregorius presbyter in vita S. Gregorij Nazianzeni, ait par illud eruditio-

nis Basilium & Gregorium utraque in forma dictio-

nis excelluisse, & habuisse πολιτικῆς λεξιῶν καθηρότητα, & ῥητορικῆς τὸ τῆς φεύσις κάλος,

et forensis dictio-

nis puritatem, et Rhetorice elegan-

Politici genera- tie pulchritudinem. Generis Politici autem

ris dicendi fuisse ferunt Antiphontem Rhamnusium, de

autor, quo οὗτος idem scriptor ita refert: οὐδὲντος λέγεται

τὸν μετελθεῖν τὸ εἶδος, καὶ ὅλως διέρετης καὶ δραματικὴ θεωρία

τὸ πόνον τῆς πολιτικοῦ. Dicitur primus coluisse hoc ge-

nus, atque omnino autor est huius characteris politi-

cī; quippe antiquissimus inter illos decem

Græciæ Oratores fuit. Excepit eam deinde for-

matam & mirificè excoluit Demosthenes, sic ut

docti eloquentia præceptores, istius generis

eum specimen & exemplar fuisse velint. Quin

& schola fuit Athenis πολιτικῶν λόγων, delectique

magistri, quos pollutos avaritiæ sordibus haud

minūs quam Sophistas, aut ipsius artis ignaros,

pungit oratione sua Isocrates: τοῖς, inquit, τῷ

πολιτικοὺς λόγους οὐτοις μηδένας αἴτιον ἔπιπμονται. καὶ γὰρ

εἰκένοι τῆς μὲν αἰνεῖας καὶ τὸ φροντίζειν, ἡγεωτειν δὲ τὸ

τὸ πέχειν, &c. Sunt etiam accusandi ciuilium

orationum magistri, qui cum et ipsi veritatem ne-

Isoer. constr.  
Sophist.

gligant, hoc artis esse putant, &c. Subdit eos tam  
esse vācordes, vt cūm detiores orationes  
scribant, quām aliqui indocti habeant ex tem-  
pore, oratoriam tamen artem eāmque abso-  
lutam polliceantur. Hinc πολιτικὸς θρόνος in prin-  
cipe Græciæ ciuitate, cui qui præcesser istius  
facundiæ professor annuo salario talentum  
accipiebat. De Apollonio quidem Sophista  
Atheniensi ita Philostratus: *Docuit Athenis nō l. 2. devit. So-*  
*πολιτικοῦ θρόνῳ τεχνεώς ὅπεραντω, ciuili suggesto ta-*  
*lenti salario præfuit. Ad politicam eam scholam*  
regendam maximè adhibebantur, qui vel cau-  
sas in foro egissent, vel priuatis & Scholasticis  
declamationibus ad illud genus dictio[n]is ani-  
mum appulissent: qualis Apollonius ille quem  
nomenau, de quo idem autor, *ἰκανὸς, inquit,*  
*τὰ δικαινία τὰ αὐθὶ μελέτων μεμπός, ciuilium re-*  
*rum foreniūmque sat peritus, & minime ineptus in*  
*declamando: & paulò pōst, οὐαρετής ἦν τὸ πολιτι-*  
*κὸν θυρόδρομος. Itaque Sophistæ ut plurimum utro-*  
que genere valuerunt. De Nicete Philostra-  
tus, πολὺ γό δικαιού, σοφιστὴν πολὺ δικαιολογούσκομην,  
πολὺ σοφιστὸν κέντρῳ δικαιοῦ επέβοισεν. *Iudiciale* ge-  
nus Sophistico quodam amictu ambituque exornauit,  
contrā vero Sophisticum iudiciale aculeo corroborauit. De Antiocho: *τινὶ ιδεῖσαν τὸ λόγου δικαιοῦ μὴ σο-*  
*φιστηπόρος, σοφιποὺς ἐστο, δικαιοπότερος.*

In quibus autem πολιτικὴ oratio discrepet à  
Sophistica seu panegyrica, docet Hermogenes  
lib. 2. de formis, vbi etiam vltimi huius gene-  
ris venustissimi exemplar dicit esse Platonem.  
Quod an verum sit non dispto: hoc addo, ex  
magnorum autorum sententia, multū Sophi-

Hermogenes lib.  
2. *α&ειδε.*

Philosophi & stam à Philosopho differre: qua de re quid viri Sophistæ discrimina.

grauissimi sentiant, hoc extremo loco monendum proposueram. Plato negat esse Philosophos nominandos, sed ὡμοίς τις φιλοσόφους.

Clem. Alex. l. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. ex subiecta materia petit eorum differentiam: οὐδὲ μετρῶν οἱ ποιηταὶ, καὶ τῆς λεξεως οἱ σοφισταὶ, καὶ τὸν συλλογισμὸν οἱ διάλεκτοι, καὶ οἱ φιλοσόφοι τῆς κατ' αὐτὸς θεωρίας απλανεῖσθαι.

Poetæ modos, dictionem Sophistæ, Dialectici syllogismum, &c. Philosophi apprehendunt eam quæ ad se pertinet contemplationem. Alio tamen loco magnam esse ait similitudinem inter Philosophum & Sophistam, & proinde quasi Lydio lapide esse utendum ad eos discernendos. Itaque Themistius primam suam orationem, qua de vero genuinōque Philosopho disputat, nominavit βασινιστὴν, planè illius doctissimi Patris imitatione, cuius locum animo intuebatur: eum hīc proferam in gratiam Themistianæ editionis: πολύπειρος θητὸς τῆς αἰνιδείας ἔχοντις, καὶ τῷ ὄντι πολύματις δίκινη τῆς βασινιάς λίθου, ἦσι βέβαιος Λυδὸς, φέρεται πεπιστευθεὶς τὸν νόσον Στόν τὸ ιδαγμόν τοις χρυσοῖς, οὐκανός ὁ χωρίζειν οἱ πολύπειροι οὐδὲν καὶ γνωστοῦς, σοφιστῶν μέρος φιλοσόφῳ. Vult dicere hominem mente & iudicio præstantem qui multorum rerum cognitionem percepit, instar Lydij lapidis, qui verum autum ab adulterino distinguit, Sophistam à Philosophia posse discernere: qui vnicus & verissimus scopus est orationis Themistij.

Sed pergo alias differentias exquirere inter Alcin. de doctr. Philosophum & Sophistam. Alcinous ait differre περὶ τῶν ὑπὸ moribus quidem, quod mer-

cede doceat iuuenes , & videri magis quam  
esse bonus honestusque velit : materia au-  
tem , quod Sophista φάσι μὴ δύναται  
que ita tenebras ne appareat qualis sit secte-  
tur. Maximus Tyrius virtute separat , μηδέπατος Max.Tyr.Diss.  
που καὶ φαρμακοπώλις ιατρού , καὶ συκοφάντης ῥύπεραι , καὶ σε- sert. 10.  
φιστής φιλόσοφον : agyrtia imitatur medicum , Sycophan-  
ta oratorem , Sophista Philosophum . Sed περιαρέστι  
propositio distinguitur Orator à Sycophanta ,  
τέλει fine medicus ab agyrtia , φερτῇ virtute So-  
phista à Philosopho . Alias dicit Sophistam  
esse κόλακα τῆς φιλοσοφίας . Denique Hermogenes Idem Dissert. 4.  
distinctionem ponit εἰ τῇ δημόσῃ in vi dicendi ,  
quod Sophistarum δηνός fit tantum φαρμακοπώλις  
καὶ μηδέπατος , apparens et non vera . Quanquam è  
veteribus Sophistis multi genus quoddam  
Philosophiae professi sunt , de quibus suo loco  
memorabitur .

Hermeg. l. 2.  
παρ. idem.

*Antiquitas Sophistices, & cursus quidam illius  
atque progressio. Sophistarum heroica pro-  
les Ioue principe. d'q'v'nt' m'g'rauit in  
Sophisticen. Romani Imperatores eam ar-  
tem insigniter promouerunt.*

## C A P. IV.

i. Ætas So-  
phistarum he-  
roica.



**O**MERVS quem propter ex-  
cellentis ingenij magnitudinem  
omnium artium fontem esse di-  
ixerunt, ad Iouem diuūm & homi-  
num parentem Sophisticæ pri-  
ma initia retulit. Nam de Gno-  
so & Minoë, laudans ita canebat.

Toῖος οὐ ἐν Κυκλαδεσ, μεγάλη πόλις, ἐνθε δὲ Μίνως  
Ερέτιος βασίλειος, Διὸς μεγάλος οἰαειςν.

Iuppiter So- Quam laudem esse maximam quaque nihil ma-  
phista. gnificentius dici queat Plato opinatur, & poë-  
tæ locum diuinitus sic illustrat. Οπ ρφ ψδ ο Ζεύς

Plate in Minoe, σοφιστής θει, καὶ τέχνη αὕτη παγκαλής θει, πολαχθή αἱ λα-  
οθι δηλοῖ, αἴσαρ καὶ ἀνθεῖται. λέγει ψδ πὸν Μίνωα συγγενέας  
ἐνάτῳ ἔτει τῷ Δῆτε λόγοις, καὶ φοιτᾶν παγδευθοσθρον αἱ  
ταῦτα σοφιστῶν ὄντος τῷ Διοῖς. hoc est, quod enim Iuppiter  
sophista est, eaque ars præclarissima, cum alibi sepe-  
numero, tum hoc in loco, vel maximè patefacit.  
Nam Minoem annos nouem cum Ioue colloquutum  
inquit, ad eumque disciplinæ gratia proficiisci solitum,  
quasi Iuppiter sophista sit. Atque huius rei argu-  
mentum ex ipsius Poëtæ verbis dicit: οἳαπο

namque sermones sunt: *οὐεινές* autem est in sermonibus congregiens: Minos itaque annos non  
uem (alij nono quoque anno malunt) ad Louis antrum erudiendus accessit. *Æqualis Ioui Platon Socratis.*  
ton, quem *Ἄρην* Græci vocant, non alias item fuit, quam præstans & diuinus Sophista. Sanè *Plat. in Craty-*  
*ipsum nominauit Socrates πέλειον σοφιστήν*, perfe-  
ctum sophistam, qui, inquit, *ἀπό τῆς πάντας τε καὶ καλὰ εἰ-  
δῶν τε καὶ δικίων*, vel certè *ἀπό τῆς δέου τε καὶ νίκηντος*,  
quod eorum neminem qui ad se abeunt, & ne Sirenas quidem ipsas redire patiatur, non vi quadam adhibita, sed exquisito genere orationis & suavitate: *ἀπό τῶν καλάτερων παντας ὅπιστας λέγειν*  
*κόσμοις οἱ Αθηναῖς*, adeò pulchros elegantesque sermones dicere nouit Pluto. Hoc Aristides quoque Sophista notauit Platon. 2. *Quem*, inquit ponit sa- *Aristid. 10. 3.*  
*pientissimū Deum Plato*, & omnis veritatis consicum, *τὸν δικτυον πέλεον σοφιστήν κέκλικεν*, perfectum viisque sophistam vocauit. Ab his principibus qui deinde sunt cōsequuti insignium rerum effectores, celeberrimi hac arte fuerunt & famosi, qualis *Æolus*, *Æolus* quem *πολυδύπον* ideo vocant: hinc *αἴολον* Græcis hoc est *ποικίλον*, *varium*, *versutum*, *veterarium*. Lycophron de Cassandra.

*Εἶναις ψηφισμῶν αἰσθαντίς αἴολον τίσει.*

Aīolov, inquit Scholiares, *διὰ τὴν ποικιλίαν* οὐ *σφο-  
φῶν χρησιμῶν*, *ἀπό τῆς παλαιᾶς Αἰολος πολυδύπου οὖτος*. *Sisyphus Sisyphus*, item Sophista, hinc apud eundē Lycophronem Calchas dicitur *ποιηθεὶς*, id est *σοφὸς*, ait Græcus interpres: *ἐπὶ οὐ οἱ Σισυφος σοφὸς*, οὐ *παντρύγετος*, quia versutus homo fuit Sisyphus atque *vaferrimus*. ea causa Æschines or. *πρ. θρησφεοβ.* vocauit Demosthenem *sisyphum*, ut *callidum veterato-*

*Aristoph. in  
Acharn.  
Proteus.*

*Tzetz. hist. 44.*

*Eunap. de vit.  
Soph.*

*Schol. Arist. in  
Nub.*

*Hercules.  
in Euthydem.*

*Heroes.  
Plato in Cra-  
tylo.*

rémque Sophistam. Et Aristophanes Sophisticos dolos nominat Σισύφος μηχανάς. Sed in ea re plurimum excelluit Proteus, quem Αἰγυπτίον συ-  
γιστή nominat Plato in Euthydemo, & D. Basilius Magnus homil. 24. Tzetzes autem cùm de eo memorat, cùm varias opinio-  
nes retulisset, ait fuisse illum ἡγεμόνα τῶν  
δρεπόντων μηχανῶν, disertissimum Rhetorem eximie  
scriptitatem. Ab hoc edocti facundiam Aegy-  
ptij & Sophisticam elegantiam, diu fuerunt  
in honore & gloria, & communi apud omnes  
existimatione. Itaque Eunapius de Eusebio  
loquens Alexandrino Sophista, qui Romæ  
docuit, τέ καὶ, inquit, καὶ ἡγεμόνην Καρπεῖν ποτῦπον  
εἶπεν οὖν λέπιον Αἰγυπτίον. quod ad oratoriam facultatem  
attinet, id dixisse satis sit quod Aegyptius fuerit. Sa-  
nè callidi ad excogitandum & struendum sem-  
per habiti Aegyptij. Aeschylus,

Δέροι πλέκει ταῖς μηχαναῖς Αἰγυπτίοις.

Et αἰγυπτίαζεν est ὄποια περίτελλεν, ut ait  
Scholiastes Aristophanis, hoc est subdolè & malitiosè quidpiam machinari. Hercules  
præterea non tam clava, quam singulari co-  
pia dictionis admirabilia multa præstitit, ut  
cùm superior fuit Hydra σοφιστής τοι, ait Socrates,  
cui propter sapientiam pro uno sermo-  
nis capite amputato, multa repullulabant: &  
Cancrum Sophistam etiam alium confecit, ho-  
minem mari & nauigio delatum. Denique an-  
tiquissimi Heroes Sophistæ omnes fuerunt, ut  
Academiæ magister opinatur: sic enim in Cra-  
tylo disputat: ἵπως dici ab εἰπεῖν, à dicendo,  
quod sapientes Rhetoresque fuerint, scilicet

facundi & ad interrogandum differendūmque promptissimi : & concludit, ὅτε πητόρων καὶ σοφιστῶν οἵος γίγνεται τὸ ἡρωϊκὸν φῦλον. *Vnde rhetorum Sophistarumque genus heroica proles existit.* Atque hæc illius artis prima est veluti ætas , quam in ultimam æui memoriam referunt.

Quod si licet è diuinis literis aliquid depro-  
mere, Sophisticam illam in decipiendo positam  
& cauillatricem , non è fabulis poëtarum , sed  
ex Mosis oraculis , cum ipso mundo natam re-  
periemus : cùm infandus humani generis ho-  
stis serpente indutus , argutando & excogitata  
blandiloquentia Euam in fraudem induxit. ser-  
pens , inquit Moses , erat callidior cunctis animan-  
tibus : vertit Aquila πανθράστης , D. Hieronymus  
versipellem . hoc est propriè veteratorem Sophi-  
stam , qui autore Hesychio est ἀπαπών καὶ πανθράστης .  
Hinc D. Gregorius Nazianz.or. 14. Dæmonem  
vocat σοφιστὴν τῆς κομικῆς , Sophistam struendæ malitiae  
primarium. Sanctus autem Basilius homil. 22.  
pag. 548. eundem appellat πρώτου καὶ μέγιστου , καὶ αό-  
εστον τῆς κοσμικῆς σοφίας σοφιστὴν , primum & maximum  
& inuisum mundanæ sapientiæ Sophistam. Rupertus <sup>Rupert. l. 3. c. 7.</sup>  
l. 3. in Gen. odibilium sophistarum maximū. Eiusdem  
deinde serpentis cantum spiritūmque hause-  
runt , qui in sacris monumentis Pharaonis Ma-  
gi dicuntur , & sapientes quos lxx. Interpretes  
nominarunt σοφισταῖς. Quos sicut & Pharaonem  
ipsum D. Basilius ait esse primarij illius impro-  
bique Sophistæ μαθητὰς καὶ ζηλωτὰς , discipulos &  
amulatores. Diro illius afflatu contaminati etiam  
fuere , quotquot haec tenus varijs temporibus  
insanierunt hæretici , παντρυῖσαι Sophistarum ,

in eo præsertim genere volutati, quod ~~est~~ appellant. Sed quoniam ea de re agendum est suo loco vberius, plura non addam: Illuc redeo.

Post illam primam ætatem quam Philologorum testificatione definij, sonitus illi magnifici huius artis, & dicendi vis mirabilis artificiumque siluit tantisper, & inobscurata est gloria: donec Solone & quibusdam aliis vita functis, qui sapientes habebantur, euigilarunt quidam excitatique sunt ad eloquentiam & sophisticam instruendam, sed ita sanè modicè & tenuiter, ut illius non dicam splendor, sed exigua scintilla micuerit. Rem Plutarchus attigit in hunc modum, cum de Mnesiphilo refert qui

*2. Ætas So-  
phistarum.*

*Plutar.in The-  
mist.*

*Cic.in Bruto.*

ἐν δρόμῳ πολιτείᾳ summus erat. Hic, inquit, cūlēm prudentiam est amplexus, & tenuit velut sectam ex successione solonis, λογική τε καὶ δικαιονομία μηχανῆς ήχεις, γένεσις ἀπό τῶν πράξεων των αὐτονομών τὰς λογικές, σοφισταὶ προσωπεύονται. quam sequentes cum artibus confuderunt forensibus, & ab actis rerum traiecerunt meditationem ad verba, unde sophistæ sunt appellati. Sed res ut dixi mansit obscurior, usque ad ævum Socratis, quo vberima quedam seges, non ut Cadmi olim ferrea, sed Rhetorum planè aurea enata est, qui Sophistæ nomen propè in cœlum laude & prædicatione sustulerunt, quæ veluti secunda possit dici ætas. De qua peritè M. Tullius & more suo eleganter. sed ut intellectum est, inquit, quantam vim haberet accurata & facta quodammodo orationem etiam magistri dicendi multi subito extiterunt: tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Cius, Hippias Eleus

*in honore magno fuit, alijque multi temporibus eiusdem, &c.* Diu laus illa splendórumque effloruit, etiam longè & latè fusus abusque Græcia in Asiam, cùm Rhodi constitutum fuit emporium humanitatis. sed Mars tandem inhumanus Mineruam Athenensem afflxit. Nam à Sylla Romano duce, penitus afflcta prostratāque ciuitate Græciæ clarissima, quam κορυφὴ τῆς ἐμαδός iure quidam appellant, quāmque primam in orbe terrarum fuisse docti viri prodiderunt, deinde vexata ab alijs, Musæ fractæ debilitatæque iacuerunt.

Sed refloruit iterum Sophistica sub Imperatoribus præsertim Adriano, Antoninis, & quibusdam alijs qui liberalium artium cognitionem hominūque studia benivolentissimè promouerunt: quam tertiam ætatem me non inuito quis appellat. Nam Adrianus Imperator <sup>3. Etas Soph.</sup> Athenas instaurauit bellorum turbinibus afflctas, & ornauit, & ita impensè Græcis studuit literis & Latinis, ut cum disertissimo quoque rhetore contenderet, vt Silenus apud Iulianum Cæsarem non sine ratione σοφιστὴ nominet Adrianum. Tum igitur maturitas quædam visa est efflorescentis eloquentiæ, & quod historiæ scriptores notant, ætas illa tulit πολὺ τὸ πλῆθος αὐθόων σοφῶν, magnum sapientium virorum prouentum. Tum Dio Prusaeus, Phauorinus Gallus, Herodes Atticus, tum Scopelianus, Polemio, Hermogenes, alijque multi viguerunt, quorum vitam Lemnius Philostratus literatum monumentis prodidit. Hinc Antoninus Pius Imperator ζητηπος factus, ait Dio: M. Aurelius <sup>Pausan. in At-</sup> <sup>tic.</sup> <sup>Herodian.</sup>

Antoninus Herodis Sophistæ auditor ἐκ πολλῆς  
αἰσχύνεται, propter multā literarum exercitationem im-  
becillior corpore (tanta fuit studiorum appe-  
titio) ad Hermogenis scholam auditoriūmque  
se conferebat, ut Sophistam illum adolescen-  
tem, sexdecim tantum natum annos, summa  
omnium admiratione differentem audiret. Ille  
idem inter præcipuos amicos & familiares ha-  
buit λογίας, eloquentiae & humanitatis laude claros,  
ait Herodianus: ille Polemonem Sophistam  
vnum primarium suum nominabat ξύμβουλον  
consiliarium, ut Philostratus monuit: ille præfe-  
cturam Ægypti concessit Heliodoro Sophistæ,  
propter εὐπολιτειαν πρωτεύων, vim & facultatem ad  
dicendum, ut est apud Xiphilinum. Hinc salario  
constituta, præbitæ annonæ, decretæ immuni-  
tates, δρόσος stabilitus, ornati Professores.

**4. Ætas Soph.** Iterum Suada elanguit, & lusciniæ illæ vo-  
cales longo interuallo vix auditæ: successit  
quarta veluti ætas Sophistarum, post Magnum  
Constantinum publicæ quietis fundatorem,  
qua tempestate fuere magni Rethores Proæ-  
fessi, Julianus, cæteri, quorum vim in dicen-  
do mirabilem Eunapius est prosecutus. Sanè  
tum ingens fuit concursus ex omni propè orbe  
terrarum Athenas, quas sibi aureas dicit fuisse  
Gregorius Nazianzenus, vbi tot ingenia è va-  
rijs nationibus delecta, emulatione laudis &  
gloriæ ad studium acuebantur. Præter eos qui  
celebrantur ab Eunapio, alij fuerunt bene  
multi eo etiam tempore, sed fortè ideo sunt  
ab eo prætermitti, quod religioni se Christianæ  
dedidissent. Inter cæteros multis laudibus &  
eloquen-

eloquentiæ antistes & clarum decus literarum effertur à Basilio magno Sophista Leontius, quem tanti fecit ille Pontifex & iudicio & eruditione maximus, ut cùm libros contra Euno-<sup>S.Basil.ep.83.</sup> mium scripsisset, eos ad Leontium, vel comprobandos, vel castigandos mitteret. Nominat etiam quosdam Gregorius Nazianzenus, ad quos sanè cùm mittebat affines suos erudie-<sup>Greg.Naz.ep.</sup> dos, & eloquentia illa vicitri ci instituendos, declarauit celeberrimi nominis fuisse, & magna existimatione in Græcia: quibus etiam quodam in loco tribuit <sup>πημεχλων ἡγεμονίας διατρύπανον ηχόν-</sup> 194. <sup>στα,</sup> dicendi facultatem sublime quiddam & canorum tinnientem. Scio quidem alijs temporibus atque locis alios quoque fuisse præstantes eximisque Sophistas, qui memoriarum suarum præcōnem non inuenierunt. Certè in Gallia Rhetores fuisse ab omni memoria claros & nobiles, & <sup>Strab.l.3.</sup> Massiliæ Academia docet, quam Romani præferebant Athenis, & Ara Lugdunensis, & Heduorum scholæ, & nominati Ausonio professores, & auditoria Gallicana laudata à multis, & denique tot in omni genere ingeniorum monumenta declarant. Sed non id ago ut ingrediar in hunc sermonem immensum & insipitum: hîc sufficiat breuiter cursum triumphantis veluti Sophisticæ delineasse.

*Quanta gloria & nominis existimatione  
primi in Gracia Sophistae prestatent. Φι-  
λοποια Platonis, quid in quoque ex prin-  
cipibus illis arguerit. Hippiae κεντόλογια. καμι-  
κονια Prodici. cur Socratis μωκτηρ ρητορόμικης.  
Gorgias aureus in Pythij templo : eius ora-  
tiones dictæ λαυπάδες. γέραια quid. Apud  
Thessalos ρητορίου est γερνάζεν. Illius lau-  
data παρέα & stylus.*

## CAP. V.

**R**E MOTIS Poëtarum fabulis &  
quæ supra de heroica Sophista-  
rum ætate protulimus, primi  
omnium confessione Sophisti-  
cam sunt professi Leontinus  
Gorgias, Protagoras Abderites,  
Prodicus Ceus, Hippias Eleus, Thrasymachus  
Chalcedonius, Polus Agrigentinus, Tisias &  
alij quidam, quorum nomen in annalium mo-  
numentis æternæ hominum memoriæ con-  
secratur. Qui quoniam tantæ artis satores inuen-  
toresque fuerunt, institutum nostrum petit, ut  
quales & quanti fuerint in dicendo, strictim vi-  
deamus.

Aio vero mihi videri magnos quosdam fuis-  
se viros, singulari & propè diuina facultate ora-  
tionis, qui magnitudine & facilitate ingenij res  
potuerunt excogitare subtilius, & easdem co-

pla magnifica & lautissimo dictionis instructu  
ornare. Plato quidem illos vexat, qui homi-  
nes gloria & pecuniis supra omnem hominum Platonis intui-  
opinionem locupletatos, earundem ipse re- dia in Sophi-  
rum appertenissimus, non nisi limis oculis, &  
inuito animo contuebatur. In omnibus gene-  
ratim sordes avaritiæ, inutilem & fallacem dis-  
putandi rationem carpebat: in singulis velli-  
cabat etiam quædam, & florem ipsum infringe-  
bat. Nam in Thrasymacho, ut animaduertit S.  
Basilius, τὸ Σπαστὸν γῆς ιταμὸν, audaciam & temerita- S.Basil.epi.167.  
tem perstringit: in Hippia τὸ κεφόν τῆς Διοροίας γῆ  
χαῦρον, leuem animum & remissum: in Protagora τὸ  
αἰλαζονικὸν γῆς ερογκον, arrogantiam & tumorem. Sed  
taciti animi cupiditatem, & Platonis inuiden-  
tiam, doctissimi quidam homines aperue-  
runt. Plato, inquit Dionysius Halicarnassus, Dion. Hal. ad  
scripsit contra Sophistas εἰς τὸ βελπῖτον, sed Pomp.  
τὸ φιλοπρίας. Philostratus quadam epistola de  
Platone Sophistisque disputans idem notat:  
Plato, inquit, φιλοπρίας μὴν τεθές αὐτὸς εἶχε, ἐπιδί Ep.adul.Aug.  
διεφοίτων δέλευτες μηράς τε γῆ μετ' εἰς πόλεις, τὸν Ορφέως  
γῆ Θαμύρα τρόπῳ, studio quodam ambitionis agrè fe-  
rebat, quod obambularent magnas paruasque ciui-  
tates pariter demulcendo ad Orphei & Thamyrae  
modum.

Nolo vitijs, si quæ in illis hominibus fuerunt,  
patrocinari, & arcem veluti in cloaca exædifi-  
care. Scio quosdam reprehendi à suminis viris.  
Maximus Tyrius Hippiae tribuit κενεολογίαν, ora-  
tionis vanitatem, fortè non iniuria: nam cùm fo-  
ret in Græcia omni clarus, & iucundæ glorio-  
la titillatione efficeretur, de se multa fundebat.

*Plato in Hippia*  
*Cic. 3. de orat.*  
*Apuleius in Florid.*

Ambitiosi  
valgò elo-  
quentes.

*Pausan. in*  
*Chal.*

*Symmach. ep.*  
*37. l. 1.*

*Sidon. l. 8. ep. 13.* quod foret sine iactantia literatus.

*Plat. in Gorg.*

*Idem in Men.*  
*Max. dissert. 7.*

In Olympijs, in conuentu ipso Græciæ, profiteri est ausus, nullius se rei ignoratione teneri; nec se modò cognitionem habere excellentium doctrinarum, sed earum quoque artium, quæ mechanicæ vilésque nominantur: itaque annulum quem haberet, pallium quo amictus, socios quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Ambitionem hic quidem video eruditæ animi & vigentis, sed in eo ipso diuitis ingenij præstantiam videre licet, omnia suo veluti sanguinem comprehendentis. Itaque à Græcis fuit cognominatus ὄρφες, ait Pausanias. Fuerunt & alij ostentatores gloriosi, fateor; nāvus ille eloquentium est communis, autore Symmacho v. c. cuius illud est oraculum, *successu enim eloquens insolescit:* & Sidonius Apollinaris præstans quiddam atque eximium in Nouetio prædicat,

Alia fuere quorundam vitia, quæ non mihi mens commendatione obtegere; hoc dico, mirificos illos fuisse homines in dicendo, qui nouum & inusitatum eloquentiæ splendorem in Græciam intulerunt. Hoc si negat Plato, ingratius, & Socrates qui gloriari est ausus, se Polium & Gorgiam conterruisse, & dedisse in ruborem, vix ieiuni animi notam poteſt effugere. Habuit enim ille Sophistas præceptores humanitatis & facundiæ, & ut est in Menone, Prodigum audiuit summum virum, cui à Maximo Tyrio ut propria dos ingenii atquelinguæ καμηλογια tributa est. Itaque Socrates ab eo institutus, sic primis temporibus eloquentiæ deditus fuit, ut illam etiam post doceret, quippe & nō

ρητοροῖς δόγμασι, ut ex Idomeneo refert Diogenes  
 Laërtius: quæ causa fuit cur à Timone in Sil-  
 lis, μωκτὸν ῥητορόμυκτον οὐδενὸς illi tribuatur.  
 ab Alcuino Philosophus Rheticus sit dictus. Alcuini libri de  
 Reth. & Socratis  
 titus autem fuit à xxx. Tyrannis πέντε διδάσκαλοι Reth.  
 λόγων, dicendi artem docere, autore Xenophon.  
 te. Et verisimile est, eam ob causam Hūsum ab  
 Aristophane, & Sophistam nominatum, ut qui  
 modū etiam doceret, quo *causa inferior posset fieri*  
*superior*. An igitur fuit æquum, eum hominem  
 irrideri à Socrate, à quo vim illam dicendi per-  
 cepisset? Hunc Prodicum primum Sophisticam De Prodico  
 artem professum quidam aiunt, cuius laude inci-  
 tatus Gorgias opportunum tempus arripuit,  
 quo ad eam nominis gloriam perueniret, quam  
 deinde est consecutus. Prodicus enim nullo  
 fretus artificio dicendi, quod quidem esset  
 mandatum literis, sed eximia quadam natura  
 excellentique iudicio, cum quædam bellè ex-  
 cogitauisset, quæ mirabiliter illius temporis  
 hominibus placuerunt, quale est illud de Her-  
 cule adolescente, quem mulieres duæ exqui-  
 sita orationis varietate ad se pellicerent, cœpis  
 Græciæ vrbes singulare omnium voluptate &  
 nominis sui existimatione lustrare.

Quanquam Protagoram sunt qui vetustio- De Protago-  
 rem esse putent: eum sanè Plato περὶ τῶν ἡγεμόνων Γοργίας η 1a.  
 Προδίκου, *Gorgia* & *Prodoico* anteriorem fuisse con-  
 tendit. Hic igitur inter primos signum adoles-  
 centiae sustulit ad eloquentiam acri & inflam-  
 mato studio prosequendam: quam apud eos  
 delitescentem, qui, ut verbis utar Plutarchi, Piat. in Them.  
 τὴν καλυρδίλην σοφίαν, siue διγότητην πολιτικήν, exer-

cerent: sed tum quidem nudam, incomitatam, & omnibus ornamentis spoliatam, ipse mundo veluti muliebri dotaram, omni instructu ornataque regio insignem, planè περιενεί Περιθώ, in medios hominum cœtus induxit. Pendebant ab eius ore beati iuuenes & inhiabant ut auidam sitim explere cupientes, & fortius quam Galici Ogmij catenulis detinebantur, quos non modò dulcissimæ orationis cantu & mellea suanitate, sed multiplici omnium artium varietate pascebat. Quippe audierat Persarum Magos, ut quidam volunt, à quibus de Deo déque cœlestium rerum cognitione multa percepérat: quidam malunt χρηματά scribam fuisse Democriti; quæ non satis cohærente videntur. Hoc constat, & ingenio illum fuisse diuinum, & non vulgarem habuisse maximarum artium intelligentiam. Hermias in irrisione gentilium Philosophorum, Protagoram philosophantem inducit, & hæc illius profert axioma: Πρωτεύεις εφέκται με φάσκων, Ορος καὶ κρίσις τῶν ψευδημάτων οἱ αὐθεντοι, &c. Quod eius quoque effatum Sextus Empiricus Pyrrhon. hypoth. l. 1. attulit: *Protagoras, inquit, vult πύρτων χρημάτων μετέγραψεν, omnium rerum mensuram esse hominem.* Atque ut intelligamus hominem fuisse in suo genere perfectum, Plato memoriæ prodidit quadraginta illum annos Sophisticam artem docuisse.

*De Tisia &  
alijs.*

*Arist. ὥρ. ε-  
λεγχ. l. 2. c.  
vls.*

Post hunc multi artificio dicendi clarissimi floruerunt, & eodem quidem saeculo, ut antea monebamus, de quibusdam loquens Aristoteles, *Tisia, inquit, μέτ' ητούς πρωτοτοις, Θεοφύλαχος δὲ μέτ' Τισια, Θεόδωρος δὲ μέτ' θεον.* Academiat magister

*Hermias.*

*Sext. Emp. l. 1.  
c. 32.*

*Plat. in Menon.*

cum recenset chorum eum χρυσεῖς αἰδηψῶν (licet de illis dicere quod de Saturni aeo canit Hesiodus) Prodicum Ceum, Gorgiam Leonti- Plat. in Theag. num & Polum Agrigentinum coniungit. Longum esset de omnibus dicere, Gorgiam omittere non possum, quem vnum omnium coryphaeum puto fuisse.

Is legatus è Sicilia missus Athenas, orationem habuit in Olympijs numerosam & concin- De Gorgia. nam, & omnibus luminibus distinctam, qua nihil vnam fuit visum admirabilius. Exordium duxit ab eorum laude qui primi tales instituerunt conuentus: meminit Aristoteles & Fabius Quintilianus. Id initium fuit commen-

Arist. in Phil.  
ab. l.3.c.8.

dationis illius apud Græcos, qui eo dicente obstupescabant, & Mercurium se audire opinabantur. Qua de re Pausanias ita memorat, Αἴσθηται δὲ τὸν Γοργίαν λόγων ἔρεκτον, ἐν τῷ πανηγύρει τῷ Ολυμπιακῷ φασι, καὶ ἀφικόμενον καὶ πρεσβεῖαν ὁμοῦ Τιτία παρείηται. Pausanias.

Atheniæ. Gorgiam aiunt summa gloria celebratum fuisse in Olympijs propter eloquentiam, &c. Nec diu post etiam Pythicam habuit orationem, quæ quantam in vulgo admirationem fecerit, è Philostrato licet intelligere: χρυσεῖς, inquit, αἰρετέοις ἐν τῷ τῆς Πυθίας iερῷ, aureus in Pythiū templo erectus est. Itaque nullo non dignus honore visus Atheniensibus Gorgias, qui cum multa excogitarent ad ornandum hominem, inusitato artificio dicendi & copia diuina triumphantem, cum visum est omnibus, ut eos dies, quibus habitæ orationes ab eo fuissent, εορταῖς, festa, & orationes ipsas λαμπαδας nominarent. Et recte meo iudicio Lampades, nam & splendorem ha-

Orationes bunt maximum, & faces omnium pectoribus  
Gorgiae Lam- subdidit ad diuinum illud genus orationis con-  
pades.

Gorgiae imi-  
tatores. alij, qui dici vix potest, quantum ex eo profe-  
cerint. Critias & Thucydides acceperunt à

Philostr. in  
epist. Gorgia μεγαλόγονον καὶ τιὸν ὄφρων, ait Philostra-  
tus, hoc est magnificentiam quandam & altitudi-  
nem exaggeratæ & amplissimæ orationis. Plato τὸν  
Γοργίαν κατασκευῆς ἐγράψεις, ut est apud Dionysium  
Halicarnasseum, nouam lucem dictioni suæ  
adiunxit. De Isocrate Plutarchus autor est cum

Plutar. in vita. Panegyricam orationem μετεπνοχένται ἐκ τῆς Γοργίας  
τῆς Λεωνίδης καὶ Δυσίας, ē Gorgiae Leontini & Lysiae scriptis  
transstulisse: sic videlicet furtum honestè nomi-  
nauit. Aristoteles verò quidquid habuit Rhetori-  
ci artificij, id Gorgiae debuit totum, quod  
est à D. Hieronymo animaduersum: Legimus,

D. Hieron. apol.  
adu. Iouin. inquit, o eruditissimi viri, in scholis paruer &  
Aristotelea illa de Gorgiae fontibus manantia. De-  
nique omnes qui tum aliquid in dicendo po-  
tuerunt, & mirati & amulati sunt Gorgiam:  
factumque inde est, ut quoniam illius propria  
esse videretur cultæ orationis elegantia, figuræ  
luminosæ maximè atque pulcherrimæ & γόργια  
nuncuparentur. Et ut solet euenire in asotis, vt

Γόργια quid. si quando in nouum genus cupediarum, & scu-  
tellam dulciculæ potionis inciderint, intem-  
perantiū se oppleant: ita multi illis γόργιοι,  
illis eloquentiæ delitijs infaturabiliter inhian-  
tes, in eas se audiū ingurgitabant. Platonem  
certè quidem ait Dionysius Halicarnasseus γόρ-  
γιοι ποιητοῖς φειδαμενοῖς αὐδιάν, καὶ μάλιστα τοῖς γόργιοις

Ep. ad Pomp.

ἀκέρας καὶ μετεπιωδῶς ἀνθρώπος, figuris poeticis & maximè Gorgiana illa pompa iuueniliter & intempestiuè luxuriari. Qui etiam doctissimus historicus aliâs scribit, Prodicum Cœum, Gorgiam Leontinum, & Tisiam, habuisse μέγα ὄνομα τὸ τῆς Ἑλλονοῦ θητὸν σοφία, magnum in Græcia nomen propter sapientiam. Rectè ait generatim in Græcia: neque enim eximius ille Gorgias de quo loquimur, vni tantum ciuitati atque oppido lucem ingenij sui facundiæque impertijt: abiit aliquando ad Thessalos, à quibus ut λόγιος quidam Ep̄us diuinis propè honoribus fuit exceptus, & ut gratam illius memoriam in posteritatem omnem honorificè propagarent, communione omnium doctorum consensione decretum est, ut ῥητορθέου appellaretur Γοργιάζεν, quod illum unum omnium hominum Rhetorem existimarent eo nomine dignum & gloria. Quare non sine causa Maximus Tyrius cùm in Sophistarum mentionem incidisset, τὸν Γοργίαν ῥητορέα prædicauit: nam præter summum in orando artificium, duo quædam habuit dictionis ornamenti, noua, eximia & diuina, quæ singulari industria iuncta, & concinnè sociata, mirificam vim haberent ad mulcendos animos, penitusque capiendos. Eminebat enim sublimitas quædam regia plena dignitatis, quam attigit Isidor. Pelus. l. Isidorus Pelusiota, cùm ait Gorgiam πολιτικοῖς 2. ep. 42. χόροις, hoc est ciuili orationi adiunxisse τὸ ὑψηλὸν καὶ τὸ τερατικόν, altum quoddam, magnificum & tragicum dicendi genus. Efflorescebat in eius oratione venustas, ex omnium elegantiarum specie, & pulchritudine venerum admirabiliter col-

Dion, Halic. in Iosocrat.

Γοργιάζεν.  
Philostr. in ep.  
ad Aug.

*Themist. or. 7.* lecta, de qua memini sic proditum fuisse à Themistio: καὶ τοι Πρόδικος οὐδὲ Γοργίας πολυπελεῖς τε ἐπεδίκνυστο καὶ νέμονται ὑδονῆς λόγους. *Prodicus & Gorgias* sane ornatissimas atque omni suavitate plenas orationes ostentabant. Sed de phrasī quidem politoque stylō eorum Principum, aliās erit commodior dicendi locus. Hæc pauca ut inductorium gustum libare volui, ut à primo limine salutem eloquentium hominum facundiam, qui acri & fœcundo ingenio, & luxuriante copia differendi, Sophistarum nationem progenerauerunt.

*Num primi Sophistæ artificium dicendi adiuenerint.* Pericles quomodo πλεωπας εἰς τὸ βυζαντῖον. Qui scripsérint τὰ καλλιθέα τέχνας. Antiphontis νηπιάς ακροάσεις. Quid sit inuentum ab unoquoque Sophistarum ad locupletandam eloquentiam. Diodorus Siculus & M. Tullius illustrati: emendati Philostratus & Suidas.

## C A P. VI.



V i primi eloquentiæ doctores bene dicendi artem excogitarint, quæsi inter homines eruditissimos video, neque satis inter eos conuenire. Nonnulli, vt Plinius & Suidas, Pherecydem orationis inuentorem esse volunt, vel Cadmum Milesium: alij Empedoclem,

qui tamen Poëtica venustate potius de arcanais & sublimibus rebus disputauit: quanquam eius auditores fuerant Corax, Tisias, Gorgias, summi viri & in agendo excellentes. Fortè Pericles Pericli vnde eloquentia. primus in Græcia videatur oratorium opus, ut longè operosissimam elegantissimamque picturam, bono in lumine collocauisse: sic enim de illo Suidas, Περικλῆς ἡρώπος χαρτίον λόγων ὡρ διηγεῖται εἰπε. Pericles primus scriptam orationem in iudicio habuit. Et quidem à Platone dicitur πάντων τελεώτερος - Plat. in Phedr. τος εἰς τὸν πρωτεύειν τὴν φύσεων, perfectissimum fuisse oratorem: unde fuisse nominatum ὀλυμπος ait Plutarchus, & in eius labris leporem habituisse, dictum est suauissime ab Eupoli. Dubitari tamen potest, num ille ingenio fatus & naturæ præstantia, quam eruditis Anaxagoræ disputationibus acuisset, sine ullo dicendi artificio, admirabilia illa præstiterit quæ feruntur, an via quadam & ratione in orando sit usus. Nam Plato quidem ait Periclem ex Anaxagoræ consuetudine mentem atque exercitationem ἔπει τῷ λόγῳ πέχειν, ad eloquentiae artificium præclarè traduxisse: contrà Cicero nullam doctrinam tum dicendi fuisse contendit. Mihi vero dubium nullum est, quin Sophistas Pericles audierit longè politissimos, à quibus si non perfectionem quandam artis ceperit, plurimum tamen in concionando sit adiutus. Nam Damonis fuit auditor, quem historiæ monumenta nominant ἀκρον σοφιστην, summum sophistam (quique propter excellentem animi prudentiam ostracismo fuit Athenis eiectus) & cum primis clarissimis illis versatus, quilumina fue-

Cic. in Brug.

runt Sophistarum. Quippe ferunt cum cum Protagora solidum vnum diem aliquando consumpsisse in quæstione vna disputanda. Est igitur vero simile, è iucunda cum eloquentissimis hominibus congressione, hancisse Periclem nescio quem venustatis colorem illis temporibus insuetum, quo mirificè in concionibus se in ciuium benevolentiam insinuabat: licet forte non præceptiones artis vllas, quæ quidem literarum monumentis proditæ forent sequeretur. Rectè etenim obseruauit in Thucydidis vita Marcellinus, non solutam omnem orationem τῆς ἀντεραγῆς οὖτος, hoc est non Rhetorico artificio compositam & instructam esse: quod veluti opinione sua comprobans M. Tullius, scribit quosdam præclarè locutos, qui tamen ornare nondum poterant ea quæ dicebant.

Atque ut in eo progrediamur quod cœpiimus, & primos eloquentiæ artifices inquiremus, Græci cùm mentem in vltimam antiquitatem intendant, primum artis scriptorem aiunt esse Antiphontem Atheniensem. Is auctore Plutatcho Ἀριστοτέλης πέχει τὸν εὔρεγκον οὐδεὶς αἰγάλευε, cùm excellenti ingenio præstaret, primus oratoriæ artis præcepta inuenit. Sic autem ferunt euensis, vt cùm ingenij motus haberet ad percipiendum celeres & acutos, & solutum & expeditum genus orationis, eam ipsam promptæ mentis facilitatem ad mœrentium hominum dolores mitigandos accommodaret. Nam αἰγάλευε, hoc est indolentiæ artem est professus, habuitque in clarissimis vrbibus, vt Phi-

Cic.l.3.deorat.

De Anti-  
phonite.

Ars d'Junias.

Iostratus nominat, ἡπερδεῖς ἀκρότος, disputatio- Philost. l. 1. de  
nes veluti quædam amuleta luctus, quibus ho- vit. Soph.  
mines mærore afflitos oratione solabatur. Id  
quoniam incredibili suavitate efficiebat, Nestor  
est appellatus. Eundem ait Quintilianus ora- Fab. l. 3. c. x.  
tioneum primum omnium scripsisse & nihil  
minus artem composuisse. Et quidem citat  
Ammonius eius locum ἐν τῷ οὐρανῷ, verb. οὐρανοῦ.  
Quæ omnia de Antiphonte Rhamnusio intel-  
ligenda sunt, cùm duo fuerint eiusdem nominis  
Antiphontes eloquentia nobiles, vt Hermo- Hermog. l. 2.  
genes animaduerit. Ego verò qua ratione de formis.  
præclarum id inuentum tribui illi homini ve-  
rè possit, haud sanè video. Imprimis enim An-  
tiphontis genitor fuit Sophilus, vt Plutarchus  
meminit Ὁριστής, qui non modò filium, sed  
plurimos illustribus è familijs adolescentes, at-  
que inter illos Alcibiadem in cognoscenda hu-  
manitate instituit. Itaque Sophilum doctissimi Philostr. de vī,  
quidam scriptores Διδάσκοντος ἐν Τερεντίῳ λόγων no- Soph.  
minant: quomodo igitur primus in ea re filius  
Antiphon dici potest: Præterea Suidas de An-  
tiphonte ita scribit, ἦρξε τὸ δικαίωμα χρηστῆρος  
μῆτρα Γοργία, post Gorgiam, inquit, &c, vt notauit  
Plutarchus ὁλίγου νεανίπερος αὐτοῦ, paulo ætate posterior  
eodem.

Liceat igitur mihi arbitrari, vel opinari po-  
tiūs & dicere, Sophistas illos coryphæos, quos  
superiori capite memorauit, vel instituisse pri-  
mos artem, vel eam mirabiliter exornauisse.  
Quos æmulati deinde plurimi, cùm tantæ glo- Antiquissimi  
riæ cupiditate raperentur, artes & ipsi adorna- arris Rhet.  
re cœperunt. Nam præter Antiphontem, Ly- scriptores.

sias eadem ætate scripsit quoque πίχας ἐνθεωράσις  
quique fuit paulò pòst Isæus, reliquit etiam

*Plutar. in vit. Plut. contr. So-*  
*phist.* ταῦτα ιδίας πίχας, ait Plutarchus. Isocrates primùm id studium reprehendit, & aperte quadam oratione carpit scribentes ταῦτα καλεσθέντας πίχας. Postea tamen dulcedine laudis vicitus ad eam ipsam

*Tzet. chil. 9.* rem animum appulit: itaque sic de illo Tzetzes; scripsit λόγοις βασιλικοῖς πίχας, & παραπέστις. Sequens Aristoteles laurum ex eodem mustaceo appetiit, qui etiam plures alios eiusdem artificij scriptores meminit: laudat enim καλύπτου πίχας, πίχας Γαμφίης, &c. qui Pamphilus idem ipse opinor est, quem M. Tullius ad Coracem & Tisiā adiungit, cùm de fundata & certis præceptionibus comprehensa eloquentia disputat.

Iam igitur opinionem nostram de Sophistis primis stabiliamus, doceamusque brevissimè, quid ab illis in oratorium facultatem, vel constituendam, vel ornandam sit profectum. Diodori Siculi clarum est illud testimonium de Gorgia: οὐδὲ πίχας ἐνθεωράσις περισσότες θέτει, & καὶ τινὰ ὀρφιστικὰ πονητὸν τοὺς διογούς ωρθεῖσθαι,

*Lux Diodoro & Tullio.* vertunt, hic varias dicendi artes primus inuenit, &c. Illud varias, omnino superfluum est, & obscuriorē reddit sensum, nec satis animaduertit Interpres Græcum morem: vocant enim artem rhetoricaν ταῦτα πίχας, vt constat ē Plutarcho, Isocrate, alijs: Cicero tametsi vt plurimum dicat artem dicendi, Græcos tamen imitatus, de Isocrate ita loquitur, totumque se ad artes componendas transstulisse: ubi per artes unicum dicendi artificium intelligit. Sed ad rem. Ille

idem à Pausania dicitur Gorgias, αἰαστῶνδις Παυσαν. εἰδέτω λόγον τεκτονού μηδημάριων ἐς ἄπον, primus exer- Ήλιαχ. citationem rhetorican, & declamationem tam penitus abiectam & incognitam in adolescentium usum reuocasse, qua nihil dici potest ad parandam eloquentiam utilius. Quid dicam de illis tribus ornamētis ab eodem ipso Gorgia diuinitus excoigitatis, quibus omnis illuminatur & distinguitur oratio? Audiamus Siculum Diodorum Diod. Sic. l. 12.  
rursum; τεκτονού εἰχοντας τὸ λόγεων γημαλιομοῖς τεκτονίποις, & τὴν φιλοπεχχίαν διεφέροντες αὐτούς, &c. pri-  
mus eximias dictioṇis figurās adhibuit, &c. Quæ  
præterea sint ab illo inuenta ad splendorem,  
& elegantissimam speciem dominantis facun-  
dīæ, cūm scriptores alij, tum Philostratus mul-  
tis verbis explicat lib. i. de vita Sophistarum.  
Huius inuitante & extimulante gloria, Peri-  
clem Olympium nouis luminibus ornatorem  
in dicendo factum, vero simillimum esse dice-  
mus, si cogitemus quid Thucydidi euenerit  
eius æquali, quo cum ciues diu consilio &  
autoritate moderatus est: nam qui eius vitam  
annaliū monumentis consignauit, ait eum  
τὰς τὸ Γοργίας αἱ πάθεσσις & τὰς τὸ Προδίκου δῆται τοῖς ὄρόμαστι Marcell. in vie.  
ἀκριβολογίᾳ securum.

Pergo de alijs dicere. Socius fuit Gorgiæ  
Tisia & cum eodem legationem obiit, vt me- De Tisia  
minit Pausanias: an hic igitur quidquam ad  
rhetoricum artificium contulit? non dubita-  
uit Socrates hunc autorem inuentorēmque  
tantæ rei facere: sic enim quodam loco ex- Plat. in Phad.  
clamat: φεῦ, δηρός γ' ἔστικεν ξεποκεκρυμμένων πέχησ  
αἰδοψέν οἱ Τισιας, &c. O quam callidè absiruſam artem

ad inuenisse videtur Tisias, &c. Hunc audiuit Ly-  
sias inter Græciæ oratores clarissimus, qui nisi  
dictionem adamasset iudicio maturo dimen-  
sam & eximiè κεκολασμένω, eminere facile inter  
omnes potuisset. Thrasymachus item Sophistes  
è primis vnuis dicendi facultatem mirificè lo-  
cupletauit: primus enim οὐδὲν & τελεόδος in  
orationem inuexit, autore Suida; primus in-  
tellexit, etiam in soluta oratione, dum versum  
effigeres, modum tamen & numerum quen-  
dam oportere seruari: igitur ad illum nume-  
rosæ orationis principia referuntur. Theo-  
phrastus primum illum memorat induxisse  
συρρεθεσταν πὰ νοιματε & σρογχύλως ἐκφράσταν λόξην.  
De hoc eodem sic in Phædro Plato: τὸ γε μέσο  
σικτογέων δῆτι γῆρας & πνιγὴ δύκαρδίων λόγων κεκρα-  
κέται πέχῃ μοι φάνεται πὸ τὸ Χαλκιδῶνις θένος, hoc  
est, in commiserationibus autem à senectute & pau-  
pertate commouendis Chalcedonius orator excelluit.

Χαλκιδῶνιος vocat Thrasymachum: malè proinde  
est in Philostrato, Καρχιδῶνιος, Carthaginem sem.  
Rectè apud Suidam Θρασυμάχος Χαλκιδῶνιος συ-  
φιστής. malè autem facit eumdem μαθητὸν τὸ  
Γλατῶνος φιλοσόφῳ & Ισοκράτῃ πὸ ρήπτορος, hoc est  
Platonis Isocratisque discipulum. Peritè M. Tullius  
libro de Claris Orat. posteriorem Isocratem  
illo ponit: & alio loco, *Thrasymachus & Gorgias,*  
qui primi traduntur arte quadam verba iunxisse. Sed  
hæc satis, nam alia quæ à quoque Sophistarum  
diuinitus excogitata sunt, prodit Socrates.

De Thrasy-  
macho.

Cic. in Orat.  
Dionys. Hal-  
eum.

Emendati  
Philostr. &  
Suid.

Cic. in Orat.

in Phædro.

ARS

*Ars Sophistarum à multis laudata, & Sophiste ipsi honorati. Dicti θεωροι. Ars eorum μακρη. Reges appellati. Pompa excepti à ciuitatibus. Ut Geny culti. Etiam in honore apud Christianos.*

## C A P. VII.

V M M A quondam in gloria fuerunt qui Sophisticam artem profitebatur: siue illos intueamur primos veluti architectos huius tanti operis atque studij, qui omnium propè artium dignitatem ingenij sui amplitudine complexi, de omnibus rebus disputabāt, quos Philostratus τοὺς σοφιστές εἶπεν δόξην τῆς φιλοσοφίου nominat: siue oculos intendamus in eos, qui postea consecuti sunt, eloquentiæ magistri, & in docenda bene dicendi facultate admirationi omnibus fuerunt, quos idem Philostratus ait κωίως περιπτέντας σοφιστάς, vere & propriè nuncupatos Sophistas. Neque enim hic de illis ago, qui facundia abusi, & ingenio malitiæ studijs eruditio, propter sordes & veteratoriam in agēdo calliditatem, Sophistarū nomen odiosum effe- Sophistæ ho- cerūt, de quibus à me pleniū suo loco explicabitur. Est igitur verissimum quod Themistius Themist. or. 43 animaduertit, ὅτι πάλαι σεμνῶν τε λόγων ἐπὶ αἰδιώσῃ, quod sophistæ plena olim dignitatis & honoris fuit appellatio: sic enim omnes existimabant, tam

D

politos in dicendo, tamque abundantes incredibili rerum varietate, qui iuuentuti admirabilia quædam polliceretur, magnos quosdam esse oportere, & reipub. fructuosos. Illos pro-

Emissores.

Plato in Pro-  
tag.Philostr. l. I. de  
Soph.Iris quædam  
Ars Sophista-  
rum.

inde Atheniensis Hippocrates ἡθοφάλη θετικο-  
νας vocabat, omnis eruditio compotes, qui res ad  
sapientiam pertinentes intelligerent. Nam ro-  
gatus quem Sophistam intelligeret, εἰώ, inquit,  
ώστερ ποιόμα λέγει, τὸν δὲ τῷ σοφάλῃ θετικογρά-  
φου. Quo mihi effato significare videtur, ne-  
minem id nomen sustinere pro dignitate posse,  
qui non inde ab adolescentia peccus suum  
omnium propè scientiarum varietate comple-  
uerit. Itaque Marcus Byzantius eloquentia  
clarus, de hac arte apud se reputans, & ut ver-

bis utrū Philostrati, ὡς πολὺ γέ ποιίαν, quam varia  
sit atque multiplex, cum Irise illam componebat.  
Si quis enim in Irise colorem tantum unum  
intueatur, erit quidem quo reficiat oculos, &  
splendore illo ut circino dimeso recreetur. At  
si omnes spectet colores ea temperatione con-  
iunctos, & cælesti velut manu discriminatos,  
tum rem totam mirabitur longe vehementius  
& iustius. Quod idem euenire illi necesse est,  
qui Sophisticæ artis pulchritudinē animaduer-  
ret, non doctrina tantum una, sed complurium  
varietate constantem. Hinc illustria eruditissi-  
morum elogia, qui huius artificij gloriam lau-  
dibus in cælum evehunt & omnibus antepo-  
nunt. Himerius quidem apud Photium, alios  
homines lögē inferiores Sophistis opinabatur,  
Sophistæ Aī-  
quos honoris causa nuncupabat Αἴθινος Αἴθινος,  
Zenū Αἴθινος. qui ipsum Codrum aurea prosapia & nobili-

tate superarent: & in quadam elegantissima oratione, quam in Phœbum Proculis filium dixit, Scholam Sophistarum nominat *τὴ βασιλικὴ μουσεῖον, regalia veluti Musarum domicilia.*

Ita verò crenit dignitas & huius artis existimatio, ut amplissimi honoris loco & commendationis, doctissimis hominibus tribueretur Sophistæ appellatio. Eliano, cùm in Italæ sinu Græcis fuisset Latinisque literis studiosissimè In Sophistæ imbutus, qui tum præsides ei rei fuerūt atque nomine quā omnium coryphæi, nomen Sophistæ detulerunt. Sed homo vel cōscius imbecillitatis suæ, vt qui tantum sustinere dignitatem non posset, vel modestiæ retinens, id decus honestè recusauit, & se potius ad scribendum contulit. Eius amici & qui in senatu eloquentium censebantur, mirati plurimum sunt, eum ὄνομα Στράτω μέγα δο, ait Philostratus, *tantum nomen et tam gloriosum Philostr. l. 2.* abnuere voluisse. Sic D. Gregor. Nazian. verè *Greg. Naz. or.* opinor *πολυμέντη σοφιστὴν* nominauit, celebratissimam artem Sophistarū. Quin fuerūt etiam aliqui sapientiæ nomine celebrati, qui Sophistam esse plus propè ducerēt, quam Romæ triumphare, quam sceptro & diademe potiri. Qua fuisse in opinione puto Libanium, cui cùm magnus Imperator honorificum genus dignitatis, nimirum Aulæ, seu palatij præfectoriam obtulisset, quæ non nisi clarissimis hominibus deferri consuevit, gratias egit Imperatori, & munus repudiauit, vt ait Eunapius, cùm diceret *πώς οὐ φίσνεις τὴν μείζονα, Sophistam esse quiddam gloriosus atque maius.* Ab hac mente non longè abhorret Themistius, qui paria propè aiebat esse philo- *Themist. or. 4.*

Sophistæ Reges. sophum & Imperatorem. Et quidem vulgo Sophistæ Reges nominabantur. Eunapius de Juliano Sophista, ἐνεργεῖ τῷ Αὐτοκράτορι, regnum veluti quoddam Athenis obtinuit: & aliás de similibus doctoribus, τῇ λόγῳ βασιλεῖαν εἶχον. Sic doctissimus Gregorius Naz. in ep. Themistium βασιλέα τῷ λόγῳ vocat: & S. Hieronymus Ciceronem, Regem oratorum. Rufus Sophista Herodem Atticum nominabat θεωρίαν καὶ ἐκλίων γλαῦπα, & λόγων βασιλέα dominum, Græcorum linguam, et Regem eloquentiae, ut est apud Philostratū l.2. Apud

Procœm. qq.  
Hebraic.

Lucian. c. psl.

Pompa ex-  
cepti.

S. Chrysost. in  
ep. ad Ephes.

Culti vt Ge-  
nij.

Liban. decla-  
29.

βασιλέας εἶχον, rex eris eloquentiae, orationis moderans quadrigas. Hi reges cum in oppida & ciuitates ingredierentur, siebat omnium concursus ad nouum & iucundum spectaculum, quasi heros, aut quispiam fortunatus in pace aut bello princeps adesset. S. Chrysostomus Julianū Monachum laudans, cōfert ingressum illius in ciuitatem, cum Rhetorum & Sophistarum adventu, docētque longè splendidiorem factum fuisse omnium concursuim, ad sanctum virum cōtuendum: πούπου εἰς τὰς πόλες ἐμβούτες, σπανιότες δὲ τὴν ἐγκέλαδον, ἔπει τυπών, ὡπει σοφιστῶν, ὥπει δῆμος εἰσελαύνοντος, πιαιτη πει εἴθετο συνροφή, hoc ingredientे ciuitates, quod raro siebat, neque Oratoribus, neque sophistis, neque ullo alio ingredientе tantus siebat con-

cursus. Quiddam etiam longè magnificentius, atque ad laudem & commēdationem illustrius dixit Libanius, nimirum Sophistas non tanquam reges fuisse habitos, sed ὡστε δαιμονας πα-

τε χρήσιμα ζωτικά δηλοῦντα ποὺς λόγοις, velut genios & au-  
gustioris formae indigentes ubique gentium admirationi  
fuisse, ob excellentem & mirabilem dicendi rationem.

Itaque eorum fama longè disseminata per  
regiones orasque omnes terrarū, etiam barba-  
ris hominibus in extrema India positis, acrem  
& honestam cupiditatem iniiciebat videndi  
Sophistam & cōueniendi: quod si fieret, haud  
exigu boni accessionem fieri sibi credebant.

Amitrochates ab ultimo Oriente, tria quædam *Athenaeus l.*  
quæ plurimi fieri didicerat, per literas ab An-

14.

tiocho petiit, & ad se mitti postulauit, dulce vi-  
num, caricas, & Sophistam, empta omnia sua  
pecunia. Rescripsit autem ad Indum illum Im-  
peratorem sic Antiochus: *Vinum dulce, & caricas*  
*ad te nos mittemus; sophistam verò apud Græcos vedi*  
*leges prohibent.* Non barbarus sed Græcus fuit,  
specimen ingenij veræque laudis Phocion, qui  
pro ingentibus muneribus petiit ab Alexādro  
sibi donari Echeratidem Sophistam; tanti ho-  
minem faciebat. Cautus ille in tyrannide Dio-  
nysius minor, aliquid etiam ex ea gloria So-  
phistarum, utilitatis capiebat: Sophistas enim  
alere multos ferebatur, cupiens δι' ὀκείρων θε-  
μάτες, ait Plutarchus. Hinc Luciani pulcher- *Plutar. in apo-*  
*ritum illud elogium, σεμνότατον & πανδημονον ὄνομα φησι.*  
*σοφιστής. Sophista nomen est cum primis honorificum, &* *omnium ore celebratum.* Et ne quis forte id in pro-  
phanis tantum hominibus verum esse putet,  
postum ostendere etiam in luce Christianæ reli-  
gionis eos habitos in honore & cōmendatione  
fuisse. Nam in publica disputatione Manetis *Epiphan. he-*  
*Patriarchæ Manichæorū cū Archelao Episco-* *ref. 66.*

*Elian. l. r.**Lucian. in**Rhet. prece.*

po Catholico in Mesopotamia, constituti sunt communi iudicio quatuor iudices, inter quos unus fuit Sophista, qui rem obscuram & per difficilem autoritate & sapientia sua terminarent.

---

*Genera honoris quedam memorantur quibus affecti Sophiste. Statuae publicæ & priuatae Hermae. ἀκροατὴ θηρίον. in Tribubus ciuitatum inscriptio. Decretæ legationes & presertim βασιλεῖον φερεβεῖαι. Immunitates è legibus, annonæ, dignitates. In palatijs honor. Musei αὐτοῖς. Δωρεæ Imperatorum & dñe. Tractorie, &c.*

## C A P. VIII.

Statuis ho-  
norati publi-  
cū.



V L T A honoris & commendationis genera animaduerti, quibus antiqui gloriosos illos eloquentiæ & humanitatis promos condos insignire voluerunt. Statuis imprimis ornabantur, haud vulgari testificatione laudis & gloriæ, ut ad perennem hominum memoriam in amplissimis virbijs locis diutissimè hærent. Atque ut omittam quod parenti Sophistarum Gorgiæ solidam ex auro positam fuisse statuam ferunt, in eo Græciæ loco, quo nullus potuit esse splendidior: certè in hoc genere vicit omnem expectationem quod Sophistæ Proæresio contigit. Nam cùm cum Imperator Romain ire voluisset, do-

micilium imperij atque gloriæ, vt pulchritudinem illius vrbis, & nondum obsoletam maiestatem videret, ita senatum populūmque deliniuit, inusitata numerosa dictionis suavitate & lenocinio, vt de illo eximiè ornando cogitarent. Statuam igitur, ne suauissimi hominis memoria moreretur, pari magnitudine & colosseam celeberrimo in loco ponendam curāt, cum magnificentissimo hoc elogio: REGINA *Eunapius.*  
 RERVM ROMA REGI ELOQVENTIAE. Athenas inde redeuntem donis plurimis cohonestauit Imperator, insulas non paucas numero neque eriguas concessit: primariam dignitatem adiecit, vt Σβατηδάρης vocaretur. Consimili etiam honore cohonestatus fuit Aristides, sed à Smyrnensibus, qui locarunt ei simulachrum in foro, cum hac nobili epigraphe, Σμύρνης οἰκιση̄, *Philost. in vita Smyrnæ conditori.* Reliquos prætero. Eorum item imagines in priuatis bibliothecis & porticibus collocabantur, vt istius admirandæ sacram imagundia specimina. Certè Herodis Attici pater in xystis & curriculis domus suæ, habuit τὰς παλαιὰς ποντικῶν στοάς, vt meminit in Scopeliano Philostratus. Quod studiosius ab auditoribus discipulisque factum par est credere: qui etiam magistris doctorib[us]que suis, non minus quam Numinibus libare consueuerunt: τὸν ἀρποτῆρον θεόν vocat Theophrastus lib. de Temulētia. *Athen. l. 10.*

Decreta verò ciuitatum multa sunt, & plenissimæ honoris testificationes, ex quibus liceat intelligere, quid de illa disertorum hominum natione sentirent. Ciuitate publicè donabantur, per Græciam tribubus inscribebantur;

*Philostr. in*

*Hipp.*

*Luc. in Bis ac-  
sus.*

quod honoris causa euenisce dicunt Hippia; qui φυλᾶς ἀνεράφη πόλεων μητρῶν τε καὶ μετόπων. Lucianus de Rhetorica loquens, à qua se ornatum facetur, illa, inquit, εἰς τοὺς ἐπιλέγοντας αὐτὸν σινιτα-  
tibus Græcia me ascripsit.

Quòd si fortè causa esset grauior, in qua propter negotij magnitudinem, omnibus ingenij viribus atque eloquentiæ opus fore, tum verò è lōginquis etiam regionibus aduocabantur Sophistæ, si commodè id fieri potuisset, qui in ciuium luce, in oculis populum, velut in theatro latè resonante, vim suam in dicendo mirabilem panderent. Memini hic Polemonis in choro Sophistarum æuo quidem suo facilè omnium clarissimi, quem Sardes euocauit Smyrna vir Lydorum opulentissimus, ut patronus esset in ea causa, in qua de bonis eius omnibus agebatur. Egit Polemo, & omnium expectationi respódit, cùm vndique magni fierent concursus ad audiendum: nec tam mihi videtur, ut est in Oraculo, ἀρχαῖς λόρχαις, quām aureis pugnasse atque in eo iudicio contendisse: nam ferè mille & quingen-  
tos aureos nummos pro vna dictione domum reportauit.

*Legationes  
decreta.*

*Diodor. l. 12.*

Quid dicam quòd Legati à ciuitatibus sint publico iudicio delecti ad res magnas cōficiendas? parūmne docet quantum nomen, quanta eorum existimatio fuerit? Gorgiam ait Diodorus Siculus missum legatum à Leontinis ad Athenienses, cùm illo præstantiorem haberent neminem, atque omnia ex animi sui sententia confecisse: θεμαδίτα εὐ τοις Αθηναῖς ἐπὶ τοις πιστο-

exxii, cùm magnam sui admirationem Athenis dicédi  
 solertia artificioque mouisset. Hippias negat apud  
 Platonem se otiosum esse posse. Nam Elienses,  
 inquit, ciues, cùm aliquid negotij tractan-  
 dum est cum alia quapiam ciuitate, mihi præ  
 cæteris legationes committunt, idoneum me  
 iudicem ac nuntium existimantes eorum quæ  
 apud singulas ciuitates dicuntur, &c. Id So-  
 crates ait esse, τὸ τῆς σοφίας τέλον τὸ τέλος  
 τῆς σοφίας, verè sapientis & perfecti viri proprium.  
 Imperatoris Adriani temporibus, Sophistæ ad  
 eum multi è diuersis nationibus legati sunt  
 missi, non sine ingenij gloria & ciuium vtilita-  
 te. Marcum vidit Sophistam Byzantium reip.  
 sua causam agentem, eumque, vt Philostrati  
 verbo utar, ιδεόδον, admiratione prosequutus est. Vi-  
 dit & Polemonem pro Smyrnæis legatione  
 fungentem, à quo fuit ita oratione captus &  
 constrictus, vt uno die mille myriadas in Smyr-  
 næorum ciuitatem impenderit. Scopeliani  
 etiam βασιλεῖσαι αρεοβεῖαι multæ memorantur, sed  
 vna eminet, quam è communi totius Asiae con-  
 cilio suscepit. Vtuerat enim Imperator vllas  
 vires esse in Asia, & quæ iam essent, euellendas,  
 & funditus exinanendas mandarat, quod in  
 vno seditionem agitare visi fuissent. Res ergo  
 tam difficilis, tamque ardua, digna uno Scopeliano  
 videbatur, qui tanquam Orpheus  
 Thamyrisque deliniret Imperatorem. Et qui-  
 dem ita mouit orbis Dominum, vt omnia quæ  
 voluisset, plus verò etiam consequeretur. Sed  
 in eo genere plurima sunt exempla quæ præ-  
 termitto.

Plato in Hipp.  
Ma.

Honoratos quoque Sophistas in editis Imperatorum video atque legibus ; quod quia dissimulari non potest aut negari , genus puto commendationis longè clarissimum. Quod *Themist. or. 4.* Themistius significare videtur , cùm ita scribit : *sophistam leges ἐνημορίων τεταρτάνων , ὡς πάντη αὐτοῖς τῇ πολιτείᾳ honori ac dignitati ducunt , nec Honorati le- reipub. prorsus inutilem arbitrantur. Imprimis er- gibus & edi- go vacationem à muneribus habent in legibus : etis Imperat. nam D. de excusat. I. 6. §. 11. πν. εἰς Πάρμη σοφισθόντες οὐ ταλαιπώ οὐ δὲ χωρὶς ταλαιπῶς ἀφεον ἔχειν , &c. sophi- stam qui Romæ docet , sine gratis , siue ob mercede- dem doceat , vacationem habere à Diuis Seuero & Antonino est constitutum , perinde quasi in pa- tria profiteatur. Aliás annonae illis & commoda lege definiuntur. Et nimis iudicio antiqui- tatis Sophistica directum iter ianuaque fuit ad dignitates. Quum magna Romæ sub Impera- toribus doctorum & professorum affluxisset *Sueton. de clar. copia , adeò floruit ( verba sunt Tranquilli ) ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem senatorium , atque ad summos honores processerint. Magnificè Cod. Theod. de Profess.* Imperatores duo in Cod. Theodosiano edi- cunt , vt Sophistæ qui viginti annos cum lau- de docuerint , maximis honoribus & dignitati- bus perfrauantur : vbi etiam duo nominantur Sophistæ , Martinus & Maximus , qui codicillis Comitiuæ ordinis primi honorati dicuntur. Ea ex lege Themistius , ταῦτα δέ λέγει , videlicet aureis Imperatorū literis eximios honores cōsecutus est , qui ut ipse de se ait , εἴδοτον εὐαυτοῦ totos annos *Fab. in Pref. viginti , Cōstantinopoli docuerat. Quod institu- oper.* tū esse antiquissimū Fabius quintilianus ostēdit ,*

qui impetrata studijs suis quietem ait, quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderat. Ex eodem Codice, eorum etiam qui sunt ex vicarijs, dignitate potiuntur. Vicarij autem, cùm, vt aiunt legum Interpretes, Duci & Comiti æquiparentur, siebant illi Duces & Comites, non sine amplissimæ dignitatis significacione. Hinc illa in Aulis Imperatorum, eorum hominum dignitas & veneratio. Eugenius quem Arbogastes propè inuitum ad tyrannidem impulit, sub Theodosio Imperatore Sophistes fuit, in palatio cum primis honoratus, ita, inquit Zosimus, eruditus, ὡς ἦρητεικὸν ἐπαλέθαι βίον, καὶ περιστάται διδασκαλεῖσθαι, ut ἡ ορατοριανη προσφέρεται, τὴν σχολὴν ανοίγει. Addit eundem summo fuisse in honore apud omnes, διὰ παντελεῖς τερπολίον; atque omnino est necesse plurimum illum potuisse, qui subito magnos exercitus, & dilecta superbissimo copias sibi obedientes inuenerit.

Neque verò honorandi id genus, quod etiam ab Imperatoribus manabat, aut tenue, aut silendum puto, cùm Sophistas in Museo velut in Prytaneo ali inbebant. Museum autem, ut Græci Rethores monent, τραπέζα Αἰγυπτία, ξυγκαλέσσει τοὺς εἰς πόση τῇ γῇ ἐμονήσουσι. Αἴγυπτια mensa fuit, quæ ex omni orbe terrarum eloquentissimos quoque viros conuocabat. Adrianus Imperator cùm Dionysium Milesum Sophistam non humilium gentium satrapam designasset, adiunxit etiam illum equestris ordinis hominibus, καὶ ποτὲ εἰς τὸ Μεγάρον σπουδῆσι, ait Philostratus: qui etiam de Polemone memorans sic insit: Imperator

Zosim. l. 4.

Musci oīmōs.

Philostr. l. 1.  
de vit. Soph.

τέλεξεν αὐτὸν καὶ τῷ τῷ Μυστήσ κύκλῳ εἰς τοῦ Αἰγυπτίας στησιν,  
annumerauit in Musei circulo ἐπ' ad mensam Αἴγυπτιαν admisit.

Sed cum plurimae sint honorandi rationes quibus Dynastæ & imperiorum Domini Sophistas ornatunt, tum ferè omnes ad duo veluti capita reuocari posse videntur, nimirum ad Δωρεάς & Δῶρα, de quibus in Adriano Tyrio Sophista meminit Philostratus. Marcus, inquit, Imperator Sophistam Adrianum miratus eum magnum effecit Δωρεάς τε καὶ Δῶροις. Tum subiungit, *Voco autem Δωρεάς*, publici victus honorarium ( ita reddere malo ονοματεῖς, quām ut vulgo vertunt sportulas stipendiāve, nam omnino τραπέζας Αγυπτίας intelligit ) prærogatiwas, immunitates, Pontificatus, & cætera quæ viros illustrant. Δῶρα vero, aurum, argentum, equos, mancipia, & quæcunque diuitiarum nomine censemur. Quibus quidem omnibus & Adrianum & omnes ex gente illius expleuit. Hæc latinus Philostratus l. 2. de vit. Sophist.

Tractoriae.

*Idem l. 1. in  
Polem.*

*Plutar. in  
Pomp.*

Ad hæc addi possunt Tractoriae & publici cursus euæctio, quæ nonnunquam terra & mari Sophistis concedebatur. Donauit sanè Polemoni Traianus Imperator ἀπλῆ πορθεῖσῃ δῆλοις καὶ διατάσσει, liberam & immunem terra marique vehiculationem, quam illustrium & honoratorum hominum priuilegium fuisse constat. Ad extremum ipsi Imperatores & principes in repub. viri auditoria Sophistarum atque scholas præsentia sua cohonestabant. Pompeius tot gentium, & nationum victor & triumphans Rhodum cum venisset, παιστον μὲν ἵκροδιστο τῷδε σοφιστῷ,

ἡ δωρεὰν ἵκαί τοι Τάλαντον ἔδωκε, autore Plutarcho.  
 Hermogenes ea fuit existimatione facundia  
 adolescens & pænè puer, ut ad eum audiendū  
 quindecim tantū annos natum Marcus  
 Imperator summa cupiditate accederet. Audi-  
 torium igitur ingressus diuite orationis copia  
 promptum suspexit, ἡ δωρεὰς λαμπτερέστερην ἔδωκεν, ait  
 Suidas. Plura exempla prostant in historijs, sed  
 omittantur.

*Appellationes quedam honorificæ, quibus  
 ornati Sophistæ olim fuerunt, velut in ta-  
 bella ante oculos ponuntur.*

## C A P. IX.

**V**SET hīc attexere compella-  
 tiones perhonorificas Sophista-  
 rum, quibus aut vulgi aut erudi-  
 torum hominum iudicio do-  
 nabantur, ut etiam inde constet,  
 quantum gloria & communi  
 opinione præstiterint. Fuerunt autem illæ eius-  
 modi, ut nec maiores, nec illustriores quæri  
 debeant, neque fingi cogitatione possint.  
 Non enim nominati modò fuerunt à diuinitate  
 sermonis ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΙ, quod Tyrtamo cōtigit ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ  
 elegantissimo Peripateticorū; sed quod multo  
 est magnificentius, ΘΕΟΙ. Proætresum καὶ αὐτὸν  
 pellabant quidam, ait Eunapius. Quo ex mo-  
 re M. Tullius Deum in dicendo Crassum nun-

Θεῖοι.

cupat. Idem dicti s̄apīus ΘΕΙΟΙ, diuinis θεῖος αὐτῷ  
Polemon apud Philostratum de vit. Soph. l. 2.  
θεῖος Απολλώνιος de Tyaneo in vit. l. 1. c. 15. Sic  
Clemens Alexandrinus Adhort. ad Gent.  
Theocritum vocat θεῖον σοφίστην. Hæsit ea quoque  
Platoni appellatio, quem præterea Lucianus  
in Fugit. iepōv, Athenæus l. 15. iepωτην appellat.

Ιεροί.

Ολύμπιοι.

Dicebantur etiam ΟΛΥΜΠΙΟΙ, celestes, ut Peri-  
cles apud Plutarch. in vit. quem etiam Athe-  
nis Δια, Iouē nominabant, ait Liban. Declam. 29.

Δαιμόνιοι.

Μακάρειοι.

ΔΑΙΜΟΝΙΟΙ σοφίσται, diuinis, apud Themistium  
orat. 1. & alibi s̄apē. ΜΑΚΑΡΙΟΙ, beati. Julian.  
Imper. φει βασιλ. Αινκόστη πολάνις τῷ μακάρειον σο-  
φίστῃ, &c. Isidor. Pelus. l. 3. ep. 154. Happo-  
crat Sophistam vocat μακάρειον. Arrian. in  
Epict. l. 2. c. 1. Socrates relinquebat scriptio-  
nem τῶις μακάρειοις, hoc est Sophistis.

Θαυμαστοί.

Βασιλεῖς.

ΘΑΥΜΑΣΤΟΙ, admirandi. S. Gregor. Nazianz.  
ep. II. Apollonius quoque Tyaneus Scopelianum  
Sophistā ἐν Σαυμασίοις ἔτει. Philost. in Scop.

ΒΑΣΙΛΕΕΣ, Reges. Romani vocarunt Proœ-  
fessum βασιλειοντα λόγων, Regem eloquentiae. La-  
ctant. diuin. Instit. l. 3. c. 17. Socrates & Pla-  
to qui velut reges habentur Philosophorum. Hinc  
apud Ciceronem dominatio regnumque iu-  
dicatorum, cum in foro triumphat eloquentia.  
Sed de hac appellatione pluribus actum supe-  
rius cap. 6.

Σοφοί.

ΣΟΦΟΙ, sapientes. Hippias ὁ λεγέμφρος Τεσσαράκοντα  
Ἀθηναὶ σοφὸς, ait Pausanias in Eliac. Eudem  
Plato in Protagora vocat σοφωτανον τῷ Ελλήνων, &  
in Phædro Thrasymachum aliisque Sophistas  
nominat σοφὲς λέγειν, sapientes periūosque in di-

cendo. Docent me ἵστα λέγειν οἱ σοφοὶ, hoc est Sophistæ apud Hermogenem lib. de form. Hinc S. Paulus i. Cor. 1. σοφίας λόγου, & σοφίας κόσμου vocat, ut explicat Theodoretus, τὸ δύγλωσσα, δέλεαρ τῆς αἰσθάνεταις, dulcem eloquentiam, fraudis illicet, vel ut ait Cyrilus τὸ δύγλωσσα, ὥπει αὐτῷ τὸ τῆς λεξεῶς αἴθηρον, facundiam, sive ipsum dictioonis florem & venustatem, ut animaduertit Oecumenius in eum locum D. Pauli. Vbi videtur sumi in malam partem pro suavi & mellita callidorum hominum δύγλωσσα ad decipiendum composita. Sic apud Euripidem in Oreste,

Οὐ σοφοῖς, αἰνῆται εἰς φίλας ἔφις ηὔκοτος.  
 Vbi Græc. Scholiastes, σοφὸς, αὐτὴν τὸ σοφιστής, ὥπει αἴστεων, hoc est sophista sive impostor. Hinc σοφὸς pro mago. Apud Euripid. in Medea vers. 285. & in Phœniss. ver. 1265. σοφοὶ λόγοι à Scholiaste explicantur μάγοι. Ceterum eam sapientum appellationem inuidit Ilocrates Sophistis ad Nicoclem scribens; σοφοῖς νόμιζε μὴ τοὺς αἰσθάνεταις τοὺς μηχανῶντας ἐξιζόντας, ἀλλὰ τοὺς δὲ τοὺς μεγίστων λέγοντας, μηδὲ τοὺς τοὺς ἄλλοις βύδαις μονίας θεούσις, &c. Vbi duabus notis ijsque perspicuis Sophistas describit. Hic adiungam ut insigne ad pulchritudinem emblema, Lactantij animaduersionem, diuin. Instit. l. 4. c. 1. Ait enim beatissimis temporibus cum vigeret inter homines Dei cognitio, neminem fuisse nominatum sapientem, cum omnes tum essent. Postea clarissimam illam lucem caligo & tenebræ comprehenderunt, & quod huic prauitati consequens erat, postquam, inquit, sublata sapientia est, tum demum sibi homines sapien-

tum nomen vindicare cœperunt. Addit verò tradi septem fuisse, qui primi omnium, quia de rebus naturalibus querere ac disputare sunt ausi, sapientes haberi appellarique metuerunt. Certè ab uno Solone profluxit eorum hominum natio atque secta, qui, ut Plutarchus meminit, τὰ καλεύδηλα Σοφίας persequabantur, & diutissimè fuere nominati σοφοί, quousque in eiusdem nominis possessionem Sophistæ inuaderent.

Iisdem plurima fuere imposita nomina quæ singularem dictionis elegantiam & mirabilem suavitatem ostenderent. Dictiones sunt à Platone & Cicerone Λογοδαίδελοι, à picta & expedita orationis varietate. Hinc Ausonius Logodædalias, vocat poliundæ orationis artificium, in Thecnopægn.

Λογοδαίδελοι

Ἄνδρες.

*Et Logodædalia studet modo quid nimium? trux.  
ΑΗΔΟΝΕΣ, Lusciniæ. De suauissima enim oratione dicitur ἄνδρι. Euripides in Hecuba,*

Σπέδετε πάσις ὡς ἀνδρίος σώμα

Φθογῆς ieiota.

*Annitere omnigenos velut os lusciniæ sonos emitens. Dionem Chrysostomum vocabant ἀνδρια σοφισῶν, lusciniam Sophistarum. Libanius Declam. 29. Socratem etiam nominat ἀνδρία. Et Euripides eundem πάντας ἀνδρα μουσῶν, ut est apud Lærtium l. 2. S. Gregor. Nyssenus verè dixit Magnum Basilium sanctissimum & eloquentissimum Pontificem τὴν τὴν δογματων χρυσήν ἀνδρία. Eodem modo Cinesias apud Aristophan. dicitur λιγυμαθὸς ἀνδρός, suauidica philomela.*

Σειρῆνες.

*ΣΕΙΡΗΝΕΣ, Sirenes. Nam ut est apud Pausaniā*

in

in Attic. Consueuerunt etiamnum λόγων πέπα-  
ρων Σειρῆνες εἰκάζειν. Hinc Philostratus de Iso-  
crate: *Siren quæ Isocratis sophistæ monumento, ca-  
nentis speciem pre se ferens insidet, πεπόνηται  
τὸν αἴσθος, facundi horinis suadelam arguit. Euna-  
pius de Eustathio Sophista, τῷ μουσικῷ ἐν  
αἴπιχε σφρίνων. Sophista quoque Damascius in  
eadem re, ἵψει λόγων ἀμαχον καὶ σφρίνα διγλωσσας di-  
xit, *insuperabilem orationis vim & eloquentia si-  
renem*. Synesius Herculiano viro docto &  
disserto γλυκεῖαι Σειρῆνα τῷ λόγῳ, *suanissimam sermo-  
num Sirenem attribuit ep. 138. Euripides pro de-  
lenificis sermonibus callidorum Sophistarum  
vsuperauit in Andromache.**

Κάροι καλύπτει τύπον σφρίνων λόγων  
Σοφῶν, πανέργων, πινάκων λαλημάτων, &c.

Ego vero audiens istos Sirenum sermones  
Callidae, veteratoriae, variae loquacitatis.

KOMΦOI ῥύτορες, Belli & venusti Rhetores. Iulianus Imperat. or. 3. Panegyr. Λοτοφύδων παῖς ρες.  
πειρόδοις καθάπερ οἱ κομφοὶ ῥύτορες. Libanius De-  
clamat. 6. Οἱ κομφοὶ ῥύτορες οἵσ ὁ βίος λέγειν, *venusti  
oratores quorum in dicendo vita occupatur. S.  
Gregor. Nazianz, or. 27. Αλλ' εὖ δὲ τῷ κομφῷ πε-  
καὶ οὐδὲν εἶχε, καὶ οἶος πολακεῖσα κλέπτειν τὰς θύνοις, sed  
neque de numero sum elegantium & festiuorum in  
dicendo, &c. Themistius orat. 7. Nostræ  
quoque orationes, sunt Mnemosynes ac Iouis  
fœtus, καθάπερ οἱ κομφοὶ περὶ οὐρανοῦ καὶ φιλοπο-  
λυνοες.*

ΓΛΩΤΤΑΙ, Lingue, hoc est oratione pollentes. Γλῶτται.  
tes, & incredibili homines facundia. Rufus  
Sophista Herodem Atticum nominabat Eλλή-

*τὸν γλώσσαν.* Pericles dictus in Græcia μέχετον τὴν γλώσσαν, ait Philostratus. Thermistius orat. 12. Dionem auream dictionis Rhetorem vocat τὴν χρυσωδὴν τὴν γλώσσαν, aurea lingua præditum. Philostratus de lingua Polemonis Sophistæ: Alij ἐπίχειρος θεμελίων τὴν γλώσσαν, ὡσεὶ τῷ Νεῖλῳ αὐλαῖσι, ipsius linguam vlnis veluti Nili ascensus dimetiuntur. Ea mente M. Tullius nuncupatur Lingua, de quo Seuerus Cornelius in Epicedio:

*Conticuit Latiae tristis facundia lingue.*

Et Plinius l. 7. eum Lingue lauream meritum ait. Hinc de te incredibili, linguas superare sophistarum. Philostratus de Varo adolescente: Persuaserunt illi adulatores περιπόνου τὰς τὴν σοφίστην γλώσσας, ὅπις μελετᾷ. Hinc apud Aristophanem τὴν γλώσσην πλεύσεν, bellare lingua. Et nimirum eos homines liceat appellare γλωσσάσας lingua armatos & vndique leptos & munitos, quos delineat, cùm de vi & maiestate eloquentiæ differit, M. Tullius l. 1. de Orat. Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma quibus, vel ipse teclus esse possis, vel provocare improbos, vel te vlcisci lacestus?

EPMΟΥ λόγις πόνοι  
πόνοι.

ΕΡΜΟΥ λόγις πόνοι, Mercurij præsidis eloquentiæ typi. Proæterium quidem, ut autor est Eunapius, cùm in cœtu eruditissimorum hominum causam vnam orasset, & flumine quodam orationis & copia omnes obstupecescisset, quidam appellabant Georg, alij vero Ερμοῦ λόγις πόνοι. Callistus item orator dictus Ερμῆς λόγιος. Poëta vetus in Antholog. l. 4.

Εἰκὼν Καλλίσου τὸ ρήτορος, οἱ ἐπὶ πάρ αὐτῷ  
Ἐρχόμενοι, Ερμῆς αὐτέστι τῷ λογίᾳ.

Sic Aristides coryphaeum Demosthenem praedicans, ὃς ἐγώ φαγώ αὐτὸν πιὸς λογίς πόνος εἰς αἰδηρώπις καπλαδῖν. Quod respiciens Synesius de Marciano loquens ep. 101. οὐ εἰ περιλαβὼν Αἰσθα-  
δίων Ερμῆς λογίς πόνος εἰς αἰδηρώπις ἔθοιται ἐλλαυθεραιζόμενοις  
αὐτὸν χρήτης αὐξίας, ὅτι πλέον θεῖται οὐ πόνος. Quem si ante  
Aristidem Mercurij scientiarum praefidis typum ad  
homines peruenisse dixisset, non esset eius meritum  
affecutus, plus est aliquid quam typus. Hinc Euna-  
pius eleganter Porphyrium nominat Ερμαῖνος  
στεγὴ, Mercurialem catenam. Ad eandem opinor  
viam spectat, quod de Aristocle dicebatur So-  
phista, quem Herodes Atticus vocavit Αἴθνας ASINAS ΦΙ.  
Φίφος, Mineruæ suffragium, cum illa ex veterum  
opinione, doctis quoque elegantibusque præ-  
sideat. Et Julianus Imperator ep. ad Iambli-  
chum, eum non modò Mercurium, verùm  
etiam Αἴθναν appellat. Suavitatem quoque in  
dicendo melleam atque dulcem arguit, quod  
Antiphon dictus est Νέστωρ in Plutarcho & Phi- NÉSTOPEGS.  
lostrato. Et Αelianus μελίγλωσσος & μελιφθυγός Μελίγλωσσος  
apud Suidam. Nec abhorret quod Theodotus μελιφθυγός,  
Sophista fuit nuncupatus ρητορικῆς ὄφελος, orationis  
arie artis emolumentum.

ΛΟΓΙΟΙ vocantur à Pindaro, Díseri, facundi. Δόξιοι.

ΣΑΛΠΙΓΓΕΣ, Tuba, propter vim & conten- ΣΑΛΠΙΓΓΕΣ.  
tionem in dicendo, quæ resonet altius ani-  
mōsque permoueat. Sic Diophantus apud Eu-  
napium, Proæresium vocabat σάλπιγξ Μιδικῶν  
Ἑπταγων. A Philostrato dicitur Polemonis Ιδεά  
τροὺς ἥχουσα ὠστερὶ οὐλυμπική Σάλπιγξ, forma oratio-  
E ij

nis Olympicæ tubæ modo clare sonans. Laudans grauissimum Athanasium Gregorius Nazianz. μεγάλῳ στόλπησα τῆς ἀλυτίας nominat, quod cœlestis eloquentia vi & impetu veritatem propugnauisset. Idem quoque eruditissimus Gregorius ep. 194. Sophistarum proprium esse ait in laudando τὰς Τυρρηνικὰς ἵππερφωρέιν στόλπησας, Tyrrhenicas etiam tubas cantu superare. Sic Accursius iuris Interpres Cod. de stud. lib. Ciceronem eloquij Romani tubam indigitavit, & S. Paulinus Iouio grandiloquo & magnificè in dicendo resonanti, dat tubam vocis personam. epist. ad Iouium. Eleganter etiam Cassiodorus oratorum eloquentiam ait classicum canere. Ad hanc in dicendo magnificentiam spectat, quod Sophistam Polemonem quidam mirantes aiebant illi esse δωδεκάκρονος σώμα, os duodecim canalibus scaturiens. Eandem ob causam D. Basiliūm Nazianzenus appellat μεγάλῳ φωνῇ magnam vocem, orat. 20. pag. 372.

Alia quædam video esse nomina quæ magnam autoritatem Sophistarum & veneracionem declarent: quale est Patis nomen, quod sacris & prophanis hominibus olim tributum videmus honoris causa. Rabbi Moses Ægyptius lib. 3. sui Doctoris cap. 55. gloriosum id testimonium Rabbinorum & veluti oraculum de Mose profert: *Dixerunt*, inquit, *de Moyse magistro nostro*, Pater in sapientia, Pater in lege, Pater Prophetarum. Ita Ioseph in Genes. Pater nominatur Pharaonis, hoc est doctor & magister. Sanè hoc solemne fuit Hebreis, ut Doctores suos nominarent Aboth, id est Patres. Iubal di-

citur pater canentium cithara, hoc est primus Doctor, Genes. 4. Sic Carolus Magnus Patrem vocabat Alcuinum à quo literis fuisse imbuitus. Sed ad rem.

ΠΑΤΕΡΕΣ dicebantur Sophistæ. Eruditissimus Gregorius Nazianz. ep. 111. eloquentiæ Magistros quos Athenis audiuerat, κοινές πατέρες τῶν λόγων, communes eloquentiæ patres nominat. Et or. 1. in Julian. σοφιαὶ τῆς παιδείας πατέρες. Apollonium Tyaneum Lacedæmonij dixerunt πάτερ πατέρα, adolescentium patrem, ut est in eius vita, l. 4. Herodes Atticus cum audiendi Polemonis cupiditate flagraret, eum complexus, πάτερ, εἶτε, ὁ πάτερ, ἡ φιλοσοφία σου; quandonam te audierimus, οὐ Pater? Sic Thessalum Hippodromum, ut in eius vita prodit Philostratus, gloriose nomine vulgo πατέρα τῆς ἐμπνεύσεως, ceterus Græci aut ipsius Græciae Patrem nuncupabant. Timocrates etiam πατέρα, λόγιος nominatur apud eundem.

ΔΕΣΠΟΤΑΙ, Domini, quæ appellatio regium Δέσποται. quiddam sonat & augustum. Rufus quidem Perinthius Herodem Atticum Sophistam eximium qui Romanos Imperatores literis & humanitate imbuerat, vocabat δέσποτων. Sic apud Hebræos Domini siue Dominatores dicebantur aliorum magistri atque doctores, propter dicentium autoritatem. Ita sumit diuinus Isaias c. 28. 14. Et alludens ad eam consuetudinem S. Paulus 1. Timoth. 2. prohibet mulieri docere & dominari in virum, hoc est Domini instar ius docendi autoritatēmque sibi sumere. Qua de re docte ut solet Pineda noster lib. de Salomonc.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ, Praeceptores, καὶ ξοχῶ. Iamblichus apud Eunapium διδάσκαλος θνότες. Sic honoris causa nominatus ab Herode Scopelianus διδάσκαλος. Et inter auditorij plausus & laudationes, cum Antipater Sophista Hieropolitanus diceret, acclamabant auditores θνῶ διδάσκαλον, quod Seueri Imperatoris filios instituisset: quæ laus & τορῶς, & ἔ, & τίκος, aliisque acclimationes, quæ dicentibus fundebantur, æquabat. Philager quoque Cilix dictus fuit γῆς διδάσκαλος, exemplar magistri dicendi.

ΧΡΗΣΤΟΙ.

ΧΡΗΣΤΟΙ, Boni & probi à Platone in Coniuio dicti.

Dio Chrysostomus propter abundantiam exquisitæ orationis vocabatur Αὐαληῖας κεῖας τῷ λόγῳ, ut auctor est Philostratus. Herodes Atticus, alter Demosthenes. Longinus βιβλιοθήκη εὑρυχος ἡ φειποω μουσεῖον, quemadmodum Socrates φειποω ἀγαλμα σοφίας, ut meminit Eunapius. Marcellus Arcadij Imperatoris magister nuncupatus, κέσους απόστολος αρετῆς, vel ut aptius dicam, ait Suidas, εὑρυχος αρετή, virtus quædam animata. Aristides Sophista dictus à Thoma Scholastico ἀσηρ ῥητορεῖ, splendidissimum astrum eloquentie, in Antholog. Græc. l. 4. Sed de honoratis nominibus hæc satis,

*Cur Sophiste nomen, & res tota in inuidiam  
& offensionem inciderit, cause due expli-  
cantur. Protagoras in exilium actus, eius  
monumenta combusta. Eloquentia Sophi-  
starum inuidiosa. Lege prohibitus causas  
agere. Vnde eorum in iudicis dictis  
poneretur. Cur Amor nominatus a Plutone  
Sophista.*

## CAP. X.

**S**OPHISTAE nomen tandem in inuidiam & hominum offen-  
sionem incidit: fuitque tempus,  
cum illi ipsi qui Sophistica ar-  
te profitebantur, vix se tamen  
nominare Sophistas auderent,  
cum acres in dicendo Philosophi & periti alia-  
rum artium id doctrinæ genus arguerent. So-  
cratem in ore & hominum prædicatione fuisse  
monet Aelianus, cum propter alia, tuim ma-  
xime, ὅπερ τοις σοφίσας ἦλε γένης, οὐδὲν ὑγίεις οὐτε τέχνη πε-  
πονδάσαιον ή εἰδότες ή λέγοντες, quod Sophistas arguebat  
vanitatis, & quin nihil honesti scirent neque dicerent.  
Etiam Themistius inuisum esse nomen Sophi-  
stæ prodit & Academiæ & Lyceo: καὶ φασι τοῖς  
ἀνακόροις περισσεύει τὸν αἰδοὺς ἐκεῖνον ὃς τὴν τὸ ὄνομα  
ἀγαπᾷ καὶ ἔργαζεται, nec in penetralia admittendum  
esse illum, qui hoc nomen amplecti volet, ac re ipsa fa-  
ctisque comprobare. Inquirendum igitur nobis hic  
est, quæ illius odij causæ fuerint, & unde sa-

Aelian. l. 2.  
var. hist.

Themist. or. 4.

Etum, ut Sophistæ compellatio, quæ per hono-  
rifica fuit aliquando, deinde irrisa, probro &  
contumelia habita sit.

r. Causa odij.

Imprimis è satoribus huius artis & inuenito-  
ribus quidam, cùm ingenij gloria studiōque flo-  
rent, impias quasdam, ut tum quidem fereba-  
tur, de Diis opiniones inuexerunt, quæ popu-  
li animos superstitione irretitos plurimū ab-  
alienarunt. Protagoras enim è Sophistis anti-  
quissimis vñus, cùm, vt quidam volunt, à Persa-  
rum Magis in religione fuisset institutus, doce-  
re palā est ausus, non esse veros illos Deos, quos  
in Græcia publicis honoribus colerent: labi ho-  
mines & multum offendere, qui falsa & anili  
opinione ducerentur. Diagoras quoque Athe-  
niensis Phrygias disputationes ediderat, in qui-  
bus communia veterum numina illudebantur,  
de quibus sic Tatianus Assyrius: *Diagoras Athe-  
niensis erat, sed quod mysteria apud Athenienses pro-  
phanasset punitus est,* ἦ τοῖς Φρυγίοις ἀντόποις ἐπηγέρ-  
τοντες, οὐαῖς μεμονώσατε.

Diagoras.

Tatian.or. cont.  
Gent.

Lactant. de  
fals. rel. l. 1. c. 2.

Anaxagoras.  
Iren. l. 2. c. 19.

Hos duos in eadem causa iungit Lactantius:  
*Protagoras, inquit, qui Deos in dubium vocavit, et*  
*postea Diagoras qui exclusi, et nonnulli alii qui non pa-*  
*tauerunt Deos esse, quid aliud efficerunt, nisi ut nulla es-*  
*se prouidentia probaretur? Viuebat quoq; illis tem-*  
*poribus Anaxagoras, quem D. Irenæus vocat ir-*  
*religiosum, hoc est άθεος, cuius vox, stylus, oratio*  
*cum eodē ferretur, minueritq. cœlestia, multos*  
*habuit inimicos. Hinc plebs in Sophistas cōmo-  
tior, hinc in circulis dictæ cōsumelia, & in sce-*  
*nis comœdiisq. ludus, ioci, maledicta crepu-  
rūt. Hoc perspicuè docet Libanius, cùm de po-*

pulari loquitur odio in sapientes, λέγει πάντως τῶς Liban. De  
 ἀφέσις τοὺς σοφίας ὄργην, τὸν Αγαλέαγέρα, τὸν Πρωτεύερα, τὸν <sup>clam. 29.</sup>  
 Διαρρέει, igitur horum in Sophistas iracundia memorat,  
 in Anaxagoram, Protagoram, Diagoram. Longius  
 proœcta est ardens & ignita populi iracudia:  
 nam Anaxagoras in carcerem est coniectus, &  
 pænè lapidibus obrutus ab Atheniensi populo,  
 ut memorat Eusebius: quem Pericles ciuium <sup>Euseb. l. 14. de</sup>  
 benevolentia fretus & autoritate summus, vix <sup>prepar. c. 5.</sup>  
 eripere tamen potuit, cum palam esset confessus se illius esse discipulum, & Sophista uti fa-  
 miliariter. Protagoras autem per præconem in  
 exilium ejicitur, scripta ab illo volumina com-  
 buruntur, & fuligine propè dicam illa atque <sup>Laert.</sup>  
 fumo Sophistarū existimatio maculatur. Ipse <sup>Sext. Emp. ad-</sup>  
 verò in ea fuga naufragio perijt, ut Sextus Em-  
 piricus suis monumētis cōsignauit, qui Ceum <sup>uers. Mathem.</sup>  
 quoque Prodicum <sup>την ἀριθμόν</sup> adnumerat. Hinc  
 Anytus & Melitus qui eruditioñem crudeli  
 exitio denouissent, ansam arripuerunt accu-  
 sandi Socratis, quem μιαρὸν σοφίαν nomina-  
 bant. Hinc coactus etiam Aristoteles migrare  
 Athenis, & Chalcide scholam & domicilium  
 collocare, ob decreta quædam Philosophiæ  
 & iurisprudenter <sup>τῆς</sup> αὐτοῦ Αθηνῶν, quæ impia esse Athe-  
 nienses putabant, ait Origenes contra Celsum. <sup>Origen. Philo-</sup>  
 Atque hæc mihi causa una videtur odij popu- <sup>cal. c. 18.</sup>  
 laris in Sophistas.

Alia quædam causa petitur ex artificio & 2. Causa odij.  
 dicendi exercitatione, quæ quo fuit in ijs ho-  
 minibus illustrior, eo inuidiosior videbatur.  
 Quam video causam explicatam à Philostra-  
 to, cum exponit cur notatus in Comœdia

*Philof. in An-* fuerit Antiphon; ait enim inter alias artes &  
*tiph.* eloquentiam hoc esse discriminis, quod in ijs  
 liceat cuique pro ingenij magnitudine studio-  
 que excellere, eosque maximè populus vene-  
 retur, qui earum artium perfectionem & abso-  
 lutionem consecuti fuerint. E medicis colun-  
 tur maximè, inter musicos admirationem illi  
 faciunt, qui alios suo in genere artificioque  
 præcellunt. In Rhetoribus non tenetur ea ra-  
 tio: ἐν τελείῳ επαγγελματικῷ, οὐ ποτέ δέ τις φύσιος,  
 oratoriam quidem artem laudant homines, sed ean-  
 dem suspectam habent, ut callidam, &c veteratoriæ  
*Idem in Isocr.* fraudis officinam. Itaque idem ipse scriptor  
 cùm de Isocrate memorat, ait illum abstinuisse  
 à concionibus, tum quia voce destituebatur,  
 tum etiam διὰ τὴν Αἰθηναῖς φθόνον, inuidiae meū,  
 quæ Athenis maximè illis aduersabatur, qui  
 reliquis sapientiū dicerent.

*Quanta elo-* Et quidem non defuit ratio cur Sophista-  
*quētia Soph.* rum eloquentia foret suspecta: summo enim  
 fuit lenocinio artificioque polita, quæ audien-  
 tes caperet, & in suam veluti potestatem do-  
 minationemque redigeret, si præsertim illos  
 primos intueamur coryphæos, à quibus So-  
 phistarum nomen in Græcia propagatum est,  
 quos mirari homines non æmulari potuerūt.  
 Illi fuerunt tanta ingenij abundantia, tanta  
 vberitate & fulmine in dicendo, ut deesse nun-  
 quam posset oratio. Gorgias verè opinor glo-  
 riari solebat, nullo modo sibi deesse posse  
 quod diceret, quamcumque rem expolire fu-  
 set aggressus, ut memini dicere Aristotelem.  
*Arist. l. 3.* Socrates eandem vim tribuit Protagoræ. Au-

*Rhet.*

*Plat. in Pro-*  
*tag.*

diui, inquit, posse te copiosè, quoties libitum est, loqui, ὅπερ ἡ τὸ λόγον μαθήσῃ, sic ut reuera deficiat te nunquam oratio. Fuit autem eorum hominum oratio tam concinna, tam musica, tam artificiosè composita, ut γοητεύει, magicis veluti præstigijs ducere auditores suos dicerentur. Illi igitur & qui postea consequuti sunt multi, eiusdem artis scientes atque facundiz, si quando in forum aut senatum venirent rem aliquam suasuri, an vetendum non fuit, ne puluerem in hominum oculos iniicerent, ne facum facerent, ne in iudicio pro animi sui sententia regnarent?

Itaque Athenienses cùm in Sophistis magnam in dicendo facultatem & peritiam omnī vit. Soph. artificio eruditam inesse viderent, eos foro atque iudicijs prohibuerunt, quod ius iniqua Prohibiti oratione vinceret, & iustitiam sēpe violarent. causas age-  
re.  
Nam ad agendas causas adferebant domesti-  
cam cāmque diuturnam exercitationem, qua  
facillimè patronorum omnium contentionem  
eludebant. Πέτι τὸν αὐτὸν, ( ait Julianus Im- Julian. Pan-  
perator de Sophistis) ὃν τὸν λόγου μέτην, ἐγγρ. I.  
τὸν τελεῖον σωμάτιον τὸ προτεΐνειν δίκαιον, nam  
ἐ dicendi continua exercitatione, & ostendandæ fa-  
cilitatis consuetudine, inest illis in foro iudicis que au-  
dacia. E quotidiana illa meditatione fiebat, ut  
non modò, quod summo oratori tribuit Homerus, νοέδας, sed orationis flumina effunde-  
rent, quibus actores atque Iudex obruerentur.

Atqui ut sapienter apud Euripidem Polynices: Eurip. in Phae-  
niss.

Ἄπλες ὁ μῆδος τὸς φυγῆς ἐφε,

Κοῦ ποικίλων δεῖτ' αἰδίχ' οἵμωδημάτων.

Est veritatis simplex oratio, nec indiget variegatis ijs lacinijs & circunductionibus Rhetorum. Quin potius, ut idem mox subdit, mala causa quam tueri æquitas non potest, φαρμάκων δῆται θεῶν, pharmacis opus haber subtilater excogitatu, & callida machinatione temperatis. Quibus cùm abūdarent Sophistæ, cùm in ijs componendis omne vitæ suæ tempus contererent, cùm ijsdem in aliorum perniciem abuterentur; an mirandum sit, inuidiosos in Græcia illos fuisse, & nomen ipsum à veteri gloria ad contemptum & humilitatem abiectum? Nam iij profecto habebantur, qui verborum specie atque pompa, vt θεωρατοι in theatro, omnium oculos & mentes eluderent. Itaque

Ludiones So-  
phistæ.

veteres Ludiones quosdam qui comica festiuitate fructuum imitabatur fures, & populum delectabat, vulgo nominauere Sophistas, quos Spartani Decelistas tanquam mimos & scenicum apparatus instruentes, Sicyonij Phallophoros, Itali in magna Græcia Phylacas nominabant, vt est apud Athenæum. Ob eandem fortè rationem Gregorius Nazianz. ingeniosissimus atque doctissimus eosdem vocat κωματίδες, κόμων ἀνθρώπους, qui verbis, vt aleæ in ludo, insolenter oculos perstringerent. Et alio quodam loco eorum scientiam ita describit: τιὸν εἰς λόγων πειρόλινα ἢ δι' οὐγλωττίας γοντεύσονται, quæ in verbis sita est ac per linguae facundiam velut præstigias offundit. Socrates etiam in Euthydemo de duobus Sophistis, γοντεύοντες ιματῖ, præstigijs, inquit, suis nos illudunt: qui etiam aliâs venustè Amorem φιλίην nuncupat, callidum quendam metuen-

Athen. l. 14.  
Or. 33.

Idem or. 23.

In Conniv.  
Amor So-  
phista.

dumque Rhetorem, hominibus fucum facientem, atque ut interpretatur Maximus Tyrius,  
*θησέως, γέντα ἀπεχώς, insidianem, præstigiatorem* Differ. 8.  
verissimum: vel, ut eundem appellauit Sappho,  
*μυδομόνιον, struendæ orationis & concinnandæ dolosissimum artificem.* Hoc si tantum fuisset à veteribus animaduersum notatumque in disciplina Sophistarum, cum nemo æquo animo decipi, & in fraudem induci velit, fuit sanè causa, cur transennas & retia illa metuerent, & vel nomen Sophistarum horrerent: cum præsertim viri grauissimi, ne quis imprudens caperetur, id feriò denunciarent. Memini enim Themistium sapientiæ laude clarissimum, multis audientibus publica in oratione ita monuisse: *παῖδες μὲν ἀπειλαὶ τῆς ἡμετέρᾳ θησέται αὐτὴν οὐ γέντια, πλανὲ imperitiæ nostræ id genus præstigie insidias struunt.* Cumque in exquisitiore loquendi ratione peregrinos esse nos atque hospites animaduertunt, voculas obtrudunt, &c.

Themist. or. L

*Tertia causa iusti odij in Sophistas.* Ήπειρος  
quis. eius author Protagoras. Exerci-  
tatio Sophistarum ηπειρων μαθητην λόγου. Repre-  
hensum id artificium à sacris prophaniisque,  
& in maledicto positum. Sophistarum insti-  
tutum τὰ μεγάλα μυκτά, καὶ μυκτά μεγάλα ποιεῖν.  
*Id dicentibus utile & à Rhetoribus ex-  
ceptum.*

## C A P. XI.



**L**I A quædam fuit causa iustissimi  
odij in Sophistas, quam præcipuam  
quidam fuisse putant, quod nimi-  
rum se docere profiterentur, idque  
palmarium in arte sua ponerent,  
quonam modo causa inferior & iniusta, fieri  
posset dicendo superior. Græci dicunt ηπειρων  
λόγου κρείτω ποιεῖν. Hoc decreto nihil mihi vide-  
tur esse perniciosus, nihil præsentius ad extin-  
guendum ius omne, & humanam societatem  
violandam. Nam si fas licet ingenio perrum-  
pere, si Rhetorum excogitatis rationibus, &  
callido artificio conceditur, Themidem ipsam  
Eunomiāmque affligere, nihil iam obstat quo-  
minus Sycophantis plena omnia videamus, &  
virtus, salus, bonaque innocentium conscelera-  
torum hominum libidini permittantur. Quid  
Tzet. hist. chil. sit autem ηπειρος, sic exponit Io. Tzetzes:  
ηπειρος λόγος καθεστηκεν οἱ θεοὶ αἰδενεσέπων.  
Πομάκις ἡ Καὶ οἱ φειδῆς, μηδὲ σύνθετων λόγος,

Ἐν ᾧ μὲν δῆμος ἡπίται. Οὐ δὲ τεχνίτης ῥήτωρ  
Ἐκεῖνον δέξαμεν τὸν ἡπίοντα τὸν λόγων  
Διᾶξαν ῥήτορων βεληθεὶς τὸν τεχνικὸν τὸν φένος,

Εἴτε γάρ τοις ἔχοντας τοὺς κρείσσους τὸν λόγον, &c.  
Vult dicere, ὃντων λόγον esse causam, quæ sit vel  
imbecillior altera minùsque probabilis, vel  
etiam falsa & iniusta, qua quis sit in negotio  
inferior; eam autem sumens in manus artifi-  
cio suo fretus Rhetor, & de schola politus So-  
phista, dicendo facit, ut longè firmior atque  
iustior probabiliōrque videatur.

Inquisit deinde in inuentoreim huius arti. Quis inuen-  
tificij, & à plurimis ait nominatum fuisse Pla-  
tonem, quos ille meritò ασκέπτοις vocat. Putat  
vero ex animi sui sententia fuisse Homerum,  
quod de ijsdem rebus contraria ipse scrip-  
tit: nam

Τὸν πεφράνως τοῖς φαεροῖς χειροῖς ταῖσδεν  
Ἡπίοντα λόγον λέγοντα φιλοσόφων γένεν.

Aperte in manifestis scribentim contraria  
Ἡπίοντα λόγον vocat Philosophorum natio.

Sed non magis huius rei inuentor Homerus  
quam omnium artium, quarum semina &  
seminalia quædam apud eum reperiuntur. Melius eruditæ Protagoræ id tribuunt: ita enim Stephan. in  
clarè Stephanus de vrb. Protagoram ait Endoxus, AEdip. in  
τὸν ἡπίωντα λόγον πεποικέναι, καὶ τοῖς μαθηταῖς  
δεδάχεναι τὸν αὐτὸν λόγον ἐπαγγεῖν, inferiorem & su-  
periorem instituisse sermonem, & discipulos docuisse  
eundem & vituperare & laudibus extollere. Idem Arist. 2. Rhet.  
habet Aristoteles, & post eum Agellius, qui Agell. l.s. c. 3.  
Græca illa πόντον κρείσσων λόγον, &c. ita vertit, causam Fab. l. 2. c. 16.  
infirmiores potiores efficere: Quintilianus autem,

Cic. in Brut.

peiores causam facere meliorem: Cicero causam inferiorem & superiorem dixit. A Protagora deinde alij Sophistæ capientes, eandem etiam ἐπαγγέλματα venditarunt. Id vniuersim antiquæ

Lact. l. 5. diu. eloquentiæ propositum esse innuit Lactantius.

Inst. c. 1. Eloquentia, inquit, sæculo seruit, populo se iactare, &amp; in rebus malis placere gesit: siquidem veritatem sepius expugnare conatur, ut vim suam monstret. Di-

Plut. de malig. Plutarchus, τοῦτο οὐδεὶς ἐφέρει τοῖς Σ-  
Herod. γαστρὶ οὐ δύξει, εἰτὸν οὐδὲ λόγων κοσμεῖν τὴν ἀνθρώπων πονηρίαν. Sophistis quidem concessum est lucri aut gloriae causa sententiam peiores sumere defendendam. Et ea de refuisse in scholis haud obscuram exercitationem, è Iuliano religionis per-

duelle cognoscitur, qui diu atque multum in Sophisticis eruditus, cœpit impiam Græcorum sapientiam aduersus Christianam veritatem in frequenti cum fratre disputatione tueri, eo prætextu, ως τὸν θεόν γυμνάζων λόγον, quasi inferiorem controvèrsiæ partem exercitationis causa tuere.

Gregor. Naz. Gregorius Nazianzenus meminit. Et antiquior illo Carneades eandem consuetudinem expresserat, qui Romæ cùm audientibus Galba &amp; Catone Censorio maximis tunc oratoribus, de iustitia copiosè disserisset, postridie eam disputationem contraria disputatione subvertit, &amp; iustitiam quam

Lact. l. 5. c. 15. laudauerat sustulit: non quidem, ut ait Lactantius, philosophi grauitate, sed quasi oratorio exercitiij genere in utramque partem disserendi.

Ceterum id inuentum Sophistarum, multi graues sapientesque viri, & superbū, & improbum

probum esse pronunciarunt. Aristophanes im- *Aristoph.*  
primis id in scena illusit, sic enim de Sophistis: & Neptūn.

Οὐνιδίδετος δέρνεται τὸ πέπλον σιδῶν

Λέγεται οὐκανή τὸ δικαιονόμηνον.

& aliás apertiūs, Aūnt penes illos esse sermonum  
duo genera, Τὸν κρείστον ὃς πέπλος οὐκ εἶπεν οὐδενα.  
& inferiorem quidem, inquit,

Νικᾶν λέγοντες φασι τὰ δικαιώματα.

Aūnt vincere perorando iniquissima.

Inter illa capita quibus in mortem actus est  
Socrates, hoc erat princeps, quod doceret πεπλον  
τὸν λόγον κρείστον ποιεῖν, ut Plato, Maximus Ty-  
rius, Ælianus, aliique referunt. Etiam in Co-  
mœdia ventilatus Antipho, quod λόγοις καὶ τῷ  
δικαιῷ ξυμειρόμενος venderet, ait Philostratus. Ob- *Philest. l. 1. de*  
iecit hoc Græcis oratoribus Tatianus, πεπλον *Soph.*  
μὴν τῷ ἐπὶ αἰδίνῳ & συκοφαντίᾳ σωματοῦ, μηδενὶς *Tatian. or. in*  
παρεξικομεῖ τοῦ λόγου υἱοῦ τὸ αἰτεζόντον, & πολάκις  
τὸ τοῦ δικαιοῦ, αὖθις ἐν αἰσθοῖ πατεστῶντες, hoc est,  
Rheticam iniustitiae calumniaque ministram effecisti,  
dum libertatem sermonis vestri mercede vñundaris,  
& scipiūs eandem rem, nunc iustam, aliás iustam  
statuitis. Hoc ipsum in Rhetoribus arguit Sextus *Sextus Empir.*

Empiricus, cùm artium professores oratione  
sua insequitur. M. Tullius cùm modestissimè  
loqui vellet, id doctorum eloquentiæ consi-  
lium arrogans nominauit. Satisne igitur fuisse  
causæ videtur, cur Sophistæ malè audierint,  
& communi honorum iudicio sint vexati, qui  
Iustitiae, vt cum Pindaro loquar, ὑψος πολὺς  
suffodere, penitusque subruere meditarentur?

Hinc enim, vt ait Aristoteles, δικαιος ἐδυχέρατο *Arist. l. 2.*  
αἱ ἀνθρωποι τὸ Φρωταρέα ἐπάντημα, meritò moleste fe- *Rhes.*

rebant homines Protagoræ professionem, nimirum  
 τὸν τὸν λόγον κρέπω πιεῖν. Nam profectò illo  
 dominante artificio, iura omnia tum diuina  
 tum humana polluentur. Et tantò antè poëta  
 Eurip. in He- Euripides, clarissimo in theatro, corundem  
 sub: hominum inuentum arguerat. Non decebat,  
 inquit, homines plus posse lingua quam res &  
 negotia:

Καὶ μὴ διώσασθαι, ταῦτα δὲ λέγειν πάτερ

Neque posse iniusta bene eloqui vñquam.  
 tum subdit de autoribus illius artificij,

Σοφοὶ μὲν οὖν εἰς οἱ τάξιν ἀκριβωτέστεροι,

Αλλ᾽ εἰς διωράται σόλοι πέλοις οἱ θεοί.

Illi μοφοὶ τούτοις ἀκριβωτέστεροι non sunt alij quam  
 Sophistæ qui in eo docendo versabuntur: ne-  
 que tam laudis quam contumeliæ causa no-  
 minat σοφοὺς. Nam in Medea negat esse illos sa-  
 vientes; quin potius πλείστης ζητήσει φλογερεῖν,  
 maxima multa dignos videri.

Γλωσσαὶ γὰρ αὐχένει ταῦτα δὲ περιστελλεῖν

Τονοῦ παραποτίνειν εἴ τι εἰς αἷς πάντας θεοῖς.

Nam cùm glorietur se dicendo posse ornare iniustas  
 causas,

Audet fallere: non est autem admodum sapiens.

Et sanè res fuit tam iniudiosa in Gracia, ut  
 quicumque plus aliquid posse in dicendo vi-  
 derentur, ijs æmuli hoc maximè in maledictis  
 obijcerent. Lysimachus cùm in ius appella-  
 uisset Isocratem, minime id siluit; vt Rhetor

Iocr. ἡρ. ad.  
 Καδόστη

idem significat: νῦν οὐ λέγει μέν, οὐδὲ εἴσω ποτέ οὐδοις  
 λόγοις πρεποῦσι διωράται πιεῖν, &c. nunc me inquit  
 inferiorem causam dicendo posse facere superiorem  
 aut. Id autem genus orationis χαλεπωτάτης λόγος

Græci nominabant: sic enim est apud Suidam, *χαλεπωτόν τόντος, καέψαι διωδιώντος.*

Qui cautiūs inter illos modestiūsque loquuntur, docere se aiebant, quonam modo res exiguae possent in immensum augeri oratione, maximæ autem deprimi atque imminui.

Quod Isocrates cùm de vi eloquentiæ disputat, *Iscr. in Pan-*  
*gyr.* sic expressit: *τὸ περ μεγάλα παπεινὰ ποίησαι, καὶ γράμματα μεγάλα, magna dicendo extenuare, εἰ exiguis addere magnitudinem.* Id autem Sophisticæ artis fuisse proprium, testatur gratus autor S. Basilius scribēs ad Libanum. *Quid, Basil. ep. 146.*  
inquit, non dicer vir Sophista, & talis Sophista,  
cui in confessō est id artis esse proprium, *τὰ μεγάλα μητέποιεν ὅποι τολεπται,* & *τὰ μεγάλα προσθέτειν μεγάλος;* Plato etiam id expressè de Gorgia & *Plat. in Phadr.*  
*Tisia, τὰ συκεῖ, μεγάλα, καὶ τὰ μεγάλα συκεῖ φάγεται ποιῶν θάραυμα λόγου.* Huc spectat, quod  
de ijsdem ait Julianus Imperator: *οἱ δὲ τῆς πίκρης Julian. Pan-*  
*τολαῦστη φασιν τὰ διωδεῖ τοὺς μητρῶν μειζόνως* *Gyr. 1.*  
*διγένει, καὶ τὸ μεγάλος αὐτῆς τὸ εἴκαρ τὸ λόγω.* Tum  
vños se artificio suo credunt, cùm aut exiguae res ampliores dicendo facere, aut de rerum gestarum magnitudine detrahere aut minuere potuerint. In eam rem *Cic. in Brne.*  
aiunt (verbis utar M. Tulli) scriptas fuisse &  
paratas à Protagora rerum illustrium disputa-  
tiones, quæ nunc communes appellantur loci:  
quod idem fecisse Gorgiam, cùm singularum  
rerum laudes vituperationesque cōscriptissimæ,  
quòd iudicaret hoc oratoris esse maximè pro-  
prium, rem augere posse laudando, vituperandoque  
rursum affigere.

Hoc si tantum Sophistæ proposuissent, mi-

nimè sanè reprehenderetur, neque in eam hominum offenditionem venissent, quod sit utile bono & præstanti oratori, res per se expetendas ita posse augere dicendo, & amplificare, ut etiam quodammodo pulchiores & amabiliores videantur: quod item valet saepe in mi-

*Theon in Pro-* nuendo. Itaque Theon putat πύτορος ἐργον εἶναι τὸ γυμνόν.

*Greg. Nyss. de* αὐτὸν τὸ Σποδεληγμένα, vel, ut ait Gregorius Nyssen. τὰς ἐπωέντις τῷ Σωματῳ διά πνος πολεῖται τὸ μεῖζον Ρετορόν, res amplas atque præclaras arte quadam dicendi amplificando in maius extollere.

*Plutarchi.* Et Isocrates aliquando interrogatus, quid esset Rhetorica, respondit, τὸ μὲν μηχανὴ μεγάλα, τὸ δὲ μηχανὴ μητρὶ ποιεῖν, autore Plutarcho. Certè id præstare eximus orator debet, quod egregij belli duces, quos volebat Isocrates τὸν Εμάδα μηχαλίῳ σὺν μητρὶ ποιεῖν, ut animaduertit

*Dion. Halicar.* Dionysius Halicarn. in eius vira. Hanc vim *Senec. consol.* Polybio oratori tribuit Seneca his verbis: Po-

*ad Pol. c. ult.* test quidem eloquentia tua quæ parua sunt approbare pro magnis, rursus magna attenuare et ad minima deducere.

*Liban. Prog.* Talem quoque pingit Vlysses Libanius, quem tantum in dicendo fuisse vult, ut potuerit τὴν διωάσιν τὸν λόγων πολυτελέσθη, εῦμq; Oratorem tanquam è schola Sophistarum sic expressit: Οὐτοι δὲ εἴπων πύτεα, αὐτὸν λέγω τὰ μηχανὴ μὴ ικανὸν ὄντε μητρὶ δίξαι, τὰ μητρὶ δὲ μηχανὴ· Καὶ τὰ μὴ αἰδητα δίκαια, τὰ δὲ δίκαια δὲ πιαιτα. Oratorem autem cum dico, hominem dico, qui valeat de magnis facere parua dicendo, deque paruis magna, itemque de iniustis iusta, et de iustis contraria.

*Cause aliae tanguntur cur Sophistæ odiosi.  
Eorum ars ἀγαλόν. Eiecti è Græcia lege &  
edicto Regum, Ciuitatum, Rerum publ.*

## C A P. X I I.

**V**LTIMAM causam illius odij Ob vitia o-  
camque latè patentem repeho à  
vitijs, quæ in plurimis Sophista-  
rum & multa & grauissima fue-  
runt. Erant enim contentionis  
appetentes & φιλόρησοι in disputando, qui que  
argutis subtilibüsque verborum strophis veri-  
tatem ipsam opprimerent. Quo vno modo fe-  
re iam Latini Sophistæ nomen usurpant, pro  
eo videlicet qui captiones habet dialeqticas, &  
sermonem, ut cum Sidonio Apollinari dicam,  
propter hamata syllogismorum puncta tribulosum,  
qui que ut in arena gladiator Secutorem, sic  
retibus suis æmulum & contortis cōclusiuncu-  
lis implicet & inuoluat. Genus id Sophistarum  
dicebatur olim Σισιών, de quo nos postea vbe-  
riùs suo loco dicemus. Inter vitia, eminebat  
elati animi non ferenda superbia, & popula-  
ris iactatio, qua sibi omnia summa tribuebant.  
Ab ea vulgo dicti ἀγαλόνες, arrogantes & gloriofi  
ostentatores, inflati, insolentes, & ut cum Suida  
multa simul dicam ἀγαλοχασιωφλύδροι. Eos vo-  
cabat grauissimus Tertullianus, homines gloriæ Tertull. in A-  
& eloquentia solius libidinosos: & aliâs, famæ ne-  
polog. gotiatores. D. Hieronymus gloriæ animalia: The-

*Iherist. or. 1.* mistius è Platone, φρονμαλιονος ἐμπηλαθροις; *Agell. l. 5.* insolenti arrogantia plenos. Agellius vnum ex illis suis coloribus pingens, nugator, ait, atque in

*Edem l. 18.*

Græca facundia gloria iactabundus. Qui alio quodam in libro id vitium propriè nominat φρεσια. Helius Melissus, inquit, maiore in litteris erat iactantia & φρεσια, quam opera. Hinc ars ipsa à sapientibus explosa, irrisa ab eruditissimis, & hominum ludibrio obiecta. Nec timuit cōfitei Lemnius Philostratus Sophisticam esse πίχτω φίλων & δηλόν, artem cæco amore sui & ostentatione glorioſa plenissimam. Huius contagionis fugienda gratia Isidorus vir summus & sapiens, Rheticam ut aliquem libidinis scopulum vitabat. Nam de illis sic Damascius apud

*Suidas.*

Suidam: Οὐδὲ τῇ ρύθμῳ περιέχει τὸν νοῦν, ὃν καὶ λόγου δέξιον, τὸ σοφικὸν αὐτῆς & τὸ δηλονήν θλα-  
κεῖς & μυστικά. Neque mentem ad Rheticam appulit, tametsi dignam studio & estimatione; veritus, atque adeò prosequutus odio inflati animi spiritus, atque superbiam, quæ illam artem comitatur. Itaque Dio Chrysostomus eleganter ait in Prometheus expressam fuisse quandam Sophistæ imaginem τῷ δέξιῃ διπλῳ φρεσῃ, ardore quodam incredibili laudis & gloriæ miserè pereuntis: quem hepate vehementer intumescente, si quando videlicet laudaretur, rursum autem deficiente, si quis eum vituperaret, assumens Hercules, ἐπαυτεῖς τοφες ἢ τῆς φιλορεκτικας, à fastu & contentione liberauit.

*Dio Prus. in  
Diogen.*

Fuerunt & alia quædam vitia in Sophistis, ut immanis quædam auaritia atque lordes, & diuinitiarum cupiditas, sic ut etiam miseros ado-

lescentes quos erudiebant, ad palum deligarent, tanquam in equuleo torqueret, crudelissimè excrucierent ad pecuniam extorquendam: qua de re grauem & aculeatam habet orationem Themistius. Impuri etiam multi ferebantur, quorum scholæ non modestiæ & pudoris, aut honestæ humanitatis, sed impudicitiæ fuerunt quædam officinæ. Sed de his similibusque nauis, pleniùs dissenserendum nobis erit suo loco, cùm Sophistarum *χρηστήρες* exponemus. Hæc igitur quæ haec tenus memorauit, iustum odium in Sophistas creauerunt, qui rem plurimorum laudibus & prædicacione commendatam, & reipub. utilem dehonestauerunt. Verè dixit Isocrates, multos *τελεῖς*<sup>Isoct. in Nicæ</sup> *τοὺς λόγους χαλεπῶς ἔχας, διὰ τὸν ξέπανθρωπα* & *τοὺς φιδούδηροις.* Fallaciloquos intelligit Sophistas.

Hinc non modò singulis hominibus, sed regnis etiam & nationibus inuisi Demetrius è suo regno, Athenienses ex Attica, lege & edicto Sophistas pepulerunt, ut scribit Carystius in historicis Commétarijs. De qua item re Alexis Comicus, Demetrium, inquit, bonis multis Dij cumulent ac legum latores:

— *διὸν τοὺς ταῦς τὴν λογικὴν φασὶ διωάμεις τοῦδε δόντας τοὺς νέοις Εἰς κόρεσκας αἴρεται φασὶν ἐν τῇ Αθηνᾷ.*

— quandoquidem eos qui orationis,

Ut aiunt, vires inuentutem edocent,

Inserunt in malam crucem abire ex Attica.

Idem sensus fuit Cretensium, apud quos legum lator clarissimus Thales aditu insulæ prohibuit eos, qui in dicendo se iactant & arro-

Eiecti ex vribus & regnis.

*Sextus Empir.* ganter sibi placent, hoc est Sophistas ἀγαθούς, ait Sextus Empiricus aduersus Mathematicos.

*Plutdr. in Ly-* Aditu quoque Laconiæ fuere prohibiti, ut his verbis notat Plutarchus: οὐδὲ ὅπλαντες τῆς Λακωνικῆς, οὐ Θριητές λόγοι, οὐ μάθηται ἀχρείων, οὐχ ἐπαρπόν θεφάδες, &c. Et Chamæleon apud Athenæum:

*Lacedæmonij*, οὐ προσίενται ὑπὲρ ἑρμηνειῶν, οὐτε φιλοσοφίᾳ, διὰ τῆς ἐν τοῖς λόγοις σοφιστῶν φιλοτιμίας, οὐ εἰδας & ἀκερότες ἐλέγχους, nec Rhetoricem, nec philosophiam admittunt, propter sophistarum in dicendo am-

*Plutar. in La-* bitionem, rixas, & importunas cauillationes. Itaque *can. Instit.*

Cephisophontem professum de quavis re per diem integrum se posse dicere, virbe eiecerunt, dicentes, Boni oratoris esse orationem rebus æqualem habere. Ex alijs quoque ciuitatibus nonnunquam ejiciebantur, vnde bellum Strattonici actoama, qui summopere se mirari aiebat Satyri Sophistæ matrem, quod menses decem illum utero tulisset, quem decem dies ferre posset nulla ciuitas: quo ioco Atheneus conuiuas suos hilarauit.

*Variæ appellationes recensentur, quæ Sophistarum odium & contemptum significent. Δρῦοι ῥῆτοι in malam partem. Γόντες qua ratione vocati Sophiste: an magia infames. Aristophanes explicatus.*

## C A P. XIII.

**I**N c variae compellationes oræ sunt atque nomina, quibus artem Sophistarum eruditæ, eis que ipsos haud probati studij autores doctorésque insectantur. Operæ pretium me facturum spero, si velut breui in indice eas appellationes heic colligam, non omnes, sed quæ in mentem stylūmque venient.

Dicebantur igitur ΔΕΙΝΟΙ ῥῆτοι, *vafri, mali-* Δρῦοι ῥῆτοι. *tiosi:* de qua re Philostr. in Antiphonte, *δρῦοι Veteratores* *ῥῖποι,* inquit, *appellant, ἐν δῆθιοι ἐπωνυμιαι πρέ-* callidi. *εροι, & cognomen imponunt minus honestum.* Itaque Alexáder Magnus Demosthenem per contumeliam nominabat *δρῦον ῥῖπεα γέ γένει* apud Dionem Chrysostomum or. 2. *δρῦος,* inquit Hesychius, *ἱσταμένος, πινέργεις:* & Plato *δρῦον* scribit esse *κακὸν,* quomodo in malam partem sumitur. Nam saepè laudi seruit, ut *δρῦος ῥῖπτωρ,* & *δρῦος λέγαν,* bonus & præstans orator. sic Πρωτεύετες οὐφος & δρῦος βέτη αἴτη, apud Platonem in Protag. Cuius imitatione Dio Prusæus in

Euboicaloquens de Aduocatis, ἀδὲ αὐτὸς σοφὸς  
περὶ δέκανος Δικαιοσύνης περὶ σωματόρος μαθὼν πάντα  
ἐπαγγελλούμενος βούλησεν. Nisi forte sequiūs hic  
δύοις ponat: nam eosdem causidicos postea  
γνωστέχας vocat, nimisrum Sophistas qui  
mercenario linguae artificio abutantur.

Γόντες.  
Præstigiato-  
res, Magi.

ΓΟΝΤΕΣ, præstigiatores. sic Demosthenes  
Æschinem vocabat δάκρυν, καὶ ἡρώην τὸ σοφιστήν. Lu-  
cian. in Piscat. εἰς Sophis nugatores dixit, γόντες  
καὶ απαπάντες. Libanius Declam. 9. φιλοσοφῶν ὅπερι  
χρῆσιν περὶ γόντας δέοντας καὶ τὴν σεξίαν πολυπορευμονῆν. Sapien-  
tiae studium quis aggreditur? incantator euadit, &c.  
Amorem Plato quem habitu Sophistarum in-  
duit, nominat φαρμακεῖα, γόντα, σοφιστήν. Hinc ars  
Sophistarū γόντεια, quam breuiter ita circum-  
scribit Iudeus Philo l. de congr. crud. λογικὴ  
σοφισμάτων δύρεσις θεόχω πιθανότητει καλαγοντεύσει,  
arguta sophismatum inuentio præstigias faciens per  
coniecturas quasdam persuasibiles. Eandem ait So-  
crates in Euthydemō esse τὴν ἐπωδῶν τέχνης μόδην,  
artis incantatrixis particulam. Sed hæ præstigiæ in  
artificiosa orationis vi atque illecebris erant  
positæ, &c., ut loquitur doctissimus Pater Gre-  
gorius Nazianz. orat. 26. τῆς δύναμιας τὰ γον-  
νύμια: quanquam & verè præstigiatores at-  
que Magos fuisse aliquando Sophistas, mo-  
numenta annualium produnt. Suis enim audi-  
toribus νεστον φέρει ἐδίδουν καὶ λίθους, ut Apollonius  
Tyaneus monebat, quæ ad flagitiosos amores  
conciliandos valere aiebant. Hinc Dionysius  
Milesius Sophista Chaldæorum artibus suos  
docere artificium memoriae ferebatur: itaque  
γοντεύων ex μετεγνώμονες, ut meminit Phi-

lostratus l. i. de vit. Soph. qui etiam lib. 2. in eiusdem flagitij suspicionem venisse Adrianum Sophistam ait, quem purgare tamen conatur, quod nullus vñquam eruditus ἐστιν τοιχεῖν πηγας, præstigiatorum Magorumve artibus fuerit addictus. Sic contrà ipsi Magi nominati Sophistæ. Eruditissimus Tertullian. lib. de ieiun. de coniectoribus loquens, circa somnium, inquit, Regis Babylonis omnes terrentur Sophistæ. Et lib. de idololatr. c. 9. Post Euangeliū nusquam inuenias aut Sophistas, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos nisi planè punitos. Item in Exodo Magi Pharaonis appellantur σοφισται, & Iulius Firmicus sub eodem sydere ponit Vates, Magos, Sophistas.

ΑΡΑΤΗΛΟΙ, απαπέντες, deceptores. Hesychius, σοφισται, απαπέντε, θεάστεροι πανύργοι. Similia Suidas, additique οὐδεὶς τὸ σοφίεως, οὐδὲ λόγοις απατᾷ. Aristophanes ait Nubes plures βόσκεν σοφισται, vbi Scholiastes, σοφισται, inquit, οἱ ρύπορες δὲ οἱ απαπέντες. In eadem fabula Socrates ait se à nubibus didicisse περιπτίας καὶ κροῦσιν, hoc est λυσσολογίαν, απάτην, fallaciloquentiam, fraudem: ita Græcus Interpres. Themistius orat. i. eosdem vocat απαπλοῖς δημάζοντες. sed hoc frequens apud scriptores.

ΑΛΑΖΩΝΕΣ. Multas ob causas ita vocabantur, sed præsertim quod in theatro crant Thrasones glotiosi, & in pollicitationibus ventosi & impudentes, vnde apud Hesychium, δημάζοντες, ιστριφαντος, φυσης. Certè Sophistica nota est δημάζοντες, de qua dicam copiosè libro quinto, & Sophistis identidem id obijciebatut.

Vulgi morem expressit Themistius orat. 4. his verbis: Οὐδὲ σοφιστές, ἐ-διαζῶντες, καὶ οἱ κακοδαιμόνοις, οὐδὲν λύτον, τοῖς recte nominat conuitia.

Κακοδαιμόνοις.

ΚΑΚΟΔΑΙΜΟΝΕΣ. Miselli, infelices. Clemens Alexandr. Strom. l. 1. Σωτήριον ἐπαρόμενοι τὴν πέμπην οἱ κακοδαιμόνοις σοφιστές. Et Diogenes apud Dionem Chrysost. or. 4. de regno: κακάτειχαν τὸν βίον αὐτῷ τοῖς κακοδαιμόνοις σοφιστάς. Synesius ep. 153. κακοδαιμονεστέρους σοφιστάς nominat. Aristophanes describens Sophistas sic habet:

— τοὺς διάζοντας

Οὗτοι οἱ κακοδαιμόνοι Σωκράτης & Χαρεφῶν.

E quibus est misellus socrates & Chærephon.  
vbi vertunt male, quorum genius est socrates.

Πολυτελεῖμονες.

ΠΟΛΥΤΡΑΓΜΟΝΕΣ. Curiosi. Timon Sillographus apud Laërt. l. 9.

Εαυτοῦ γὰρ μοι οὗτοι πολυτελεῖμονες εἰσὶ σοφισταί.

Isocrates orat. contra Soph. ait illos minimè dubitauisse profiteri se doctores πολυτελεῖμονες & πενθεῖας, curiositatis & auaritiae.

Γαράζενοι.  
ψυχῶντες.

ΠΑΡΑΞΕΝΟΙ & ΨΥΓΔΩΝΤΜΟΙ, adulterini & falso nominati sophi dicuntur Themistio or. 1.

Γαράσμοι  
ρήγρες.

ΠΑΡΑΣΗΜΟΥΣ ῥῆπερις, adulterinos, oratores, vocat Demosthenes pro Ctesiph.

αδόκιμοι.

Ισοκράτης in Panathenaic. αδόκιμοις & πονηροῖς σοφιστάς, obscuros improbosque Sophistas: & aliás sape αὐταῖς gregarios. Agellius l. 17. απαγένετο, imperitum Sophistam.

απάγεντοι.  
Υπόξυλοι.

Hermogenes l. 1. de form. non sine contumelia nominavit οὐαξύλοις σοφιστάς, subligeos Sophistas. Pari propè modo vocabant Dimarchum κειτηρὸν Δημοσθένεω, hordeaceum Demosthe-

Hordearij.

nem, ob tenuem illius summi oratoris, & imperfectam similitudinem, quam exprimebat. sic M. Cœlius L. Plotium Gallum *hordearium Rhetorem* appellabat, eum deridens ut inflatum, ac leuem & sordidum, ait Sueton. de claris Rhetor.

Aristophanes iocans aiebat Sophistam λεπτότερων λίπων ιδεα, subtilium esse nugarum antiſtitem.

Acerbiores sunt appellationes quæ sequuntur. Aristides enim to. 3. dixit καταθύσις ζοτας, Κατάθυσιος despiciatissimos, sceleratos Sophistas. Sanctissimus Chrysost. hom. 20. in epift. ad Ephes. αἰδρας τεισθειματους, homines triobolares. Lucian. in Philopatrid. Τεισθεγάπις ζοτας, ter sepiusque exēμαιοι. crabiles. Tzetzes Chiliad. 7. σοφα καθηματα, sa- Τεισθεγάπια πιαcula. Philostratus malos quosdam Sophistas enumerat, qui, inquit, fuerunt αδύματα Καθηματα. της Ελλων μελον ή σφιτει λόγου αξιοι, ludi Graecorum & quisquiliae. S. Irenaeus l.1.c.5. ο περones Πέμορες, sophistæ viuperabiles, vel ut est in Graeco textu, κακ' ἐλεγχοις οι πυρολογοι σφιται. Idem l.4. vocat peruersissimos πυρολογοι sophistas.

*Quid propriè ars Sophistica vetus complectebatur. Et cur dictum à doctissimis, Sophistarum ἐργον διήρη, duplex videlicet esse manus operamque.*

## C A P. XIII.

In Sophisticę  
duo palma-  
zia.



E T V S illa Sophistica ob quam multi admirationi fuerunt, non fuit tantum vnius artificij cognitio, sed plurimarum artium complexus. Præsertim autem, ut docti homines nieminerunt, duas artes complectebatur, ad ostentationem & victoriam accommodatas, τεχνὴ μὲν παρέπονται, τεχνὴ δὲ αἰσθητικὴ, τεχνὴ εὐπολιτικὴ. Ab eloquentia, διεξοδικίᾳ, à Dialectica σωτηρικὸν mutuabatur, genus videlicet orationis vel fusum & copiosum, vel acutis & contortis conclusiunculis subtile. Quare, Clem. Alexiad. lib. strom. ut ait doctissimus Clemens Alexandrinus, Sophistarum ἐργον διήρη esse voluerunt, hoc est opus gemino artificio constans, rhetorico atque eristico. Illo priori vtebantur ad pompam & orationis præstigias, quibus in fraudem suos auditores inducebant, vnde Sophistæ ψυχαγωγοὶ δηλωσοῦ, delenifici, suauidicique nominati. Ait καὶ οὐτις αἱ ταῖς τοῦ σοφιστῶν ροπένεσσι πλέονται τις πολλοῖς, ipse dictiones Sophistarum præstigijs multos irretiunt, ait idem grauissimus Pater stromat. lib. i. Alterum autem genus adhibebant in disputacionibus, in quibus incautos, & verò etiam de-

schola sapientes nonnunquam mirabiliter  
vexabant; ita lubrici insinuabant se, quati-  
bant, implicabant. Itaque Sopho Abderitano  
*iesdantes & iuuenientes*, bene & signanter ap-  
pellati, quasi vitilitigatores tortuosi, multiplici  
nexu irretientes. A Luciano dicuntur propo-  
nentes soliti *διορθόδοξες & λαβεντιώδες Σωθῆσαι*, inex-  
tricabiles ex labyrinthicas interrogations. Et alio in *Idem in Dist.*  
loco Sophistas ait habere sub pallio *ζεύς, γενέας Μορθον.*  
*δέξιαν, ἢ ἐπωνύμης λαύρους, & λόγοις αἰναρτώδες & κροίας*  
*πολυπλοκοις, contentionem, vanitatem, questiones am-*  
*biguas, spinosas disputationes, perplexas incohutasque*  
*notiones. Socrates ea gratia Proteos appellabat: Plato in Eta-*  
*trū Πρωτία, inquit, μηδὲν τὸν Αἰγύπτιον σοφιστὴν θύδει.*  
*γοντεύοντε οὐας, Protei Αἴγυπτιος illius Sophiste more*  
*præstigijs nos illudunt.*

*Plutar. l. 1.  
Symp. q. 1.*

*Lucian. c.*

*Δεξιά.*

*Idem in Dist.*

*Morthor.*

*Plato in Eta-*

*trū.*

*thydem.*

*γοντεύοντε οὐας,*

*Protei Αἴγυπτιος illius Sophiste more*

*præstigijs nos illudunt.*

*Arist. l. 1.*

*Rhet.*

Igitur ut in summa dicam, ars Sophistica  
illa vetus eloquentiam & philosophiam com-  
pletebat, vel Rheticam philosophantem.  
Aristoteles propè Rheticam Sophisticam  
expressit, cum ait *πρᾶγμα ὀρθοῦ εἶναι, τὰ μὲν ἀγ-*  
*λεκτικά, τὰ δὲ σοφιστικοῖς λόγοις.* Hæc duo si con-  
iunxeris, efficies quiddam angustius, quam sit  
vulgaris communium Rethoru disciplina. Per  
Sophisticos sermones, intelligit dulce quod-  
dam genus orationis, pictum, elegans, illece-  
brosum: cuius gratia Olympiodorus Sophisti. *Olympiod. in*  
*cam artem similem aiebat esse adulteræ. Sicut c. 7. Eccles.*  
enim illa, inquit, blandis sermonibus ac do-  
lofis iuuenes lactat, ita & hæc stultos venatur  
irretitos syllogismorum laqueis & sagenis: ac  
siccat illa molli contrectatione animam fran-  
git, fractamque deuincit; ita hæc mala eadem

adducit titillanti orationis conceptu. Vbi duo quædam illi tribuit, & nū mīnū è dicendi facultate petitam, & nō ēēsīnōr haustum è Dialectica. Quam eandem ob causam dicti aureo

S. Chrysost. l. Chrysostomo λόγων ἀμάχοι σοφίσαι, in verborum contr. Gent.

Photius.

Aristophr. in Nubib.

contentionibus iniecti, cùm nō ēēsīnōr siue ἀγγριστού spectaret: & meo iudicio recte Adamantij nominarentur, quemadmodum Origenes Adamantios dictus fuit, ὅτι ἀδαμαντίνοις δεομοῖς ἐφίεσθαι & duodecim λόγοις, quod rationes quas colligaret, adamantinis quibusdam quasi vinculis non absimiles videbantur, ut ait Photius. Aristophanes paulò vbetius atque distinctius quæ coagmentent illam artem exponit. Nubes, inquit,

Τρόπου, & διάλεκτον, & τοῦτο οὕτω παρέχονται,

Καὶ περιπτών, & μεταλέκτην, καὶ κρήσαντα.

Vbi Scholiares Græcus, ostendit, inquit, δέ οὖτοι συνεπεικὲ πῆγειν. & quot & quibus rebus Sophistarum

Septem in art. confitatur Rhetorica. Septem vero sunt quæ hic te Sophistica numerantur. 1. Per νοητὸν intelligit φρόνησιν, notata.

ως τῇ δέοντῃ νοεῖν, prudentiam & calliditatem in excogitando. 2. Per διάλεκτον, in explicando facilitatem, siue λόγων ερμηνεias. 3. Noiſ ponitur pro iudicij maturitate atque mente. 4. Τραπέζα, ut ait Græc. Interpres, est περιττονία vel ψυχολογία, scilicet incredibilia & communem rationem exuperantia dicere, quæ fidem non mereantur. 5. Περιλέξις significat μεταπολογίαν, μεταφερεῖν, fluxum & copiam orationis, stylique

vbertatem redundantem, qua quidque exponiatur. 6. Κρήσις est ατάντη & οὐδελογιούσ, fraus quæ fucato orationis nitore, vel futili ratiocinatione & veteratoria decipit. 7. Κατάληψis significat

significat οὐρανοῦ vel τίχων, inuentionem, artis comprehensionioneim. Ait igitur poëta eorum omnium σύμμα esse artificium Sophistarum.

*Finis Sophisticæ ἐκπληξις, hoc est ingens audi- dientium stupor & admiratio, quæcumq[ue] di- cendo multi consecuti sunt. Quid sit ἐκπληξις, τίχων, stupor. In eum finem adhibuit ab ipsisdem κύριᾳ, θεόδοξᾳ, πεπτα- δικυρᾳ, &c. Emaculatus Philostratus.*

## C A P. X V.

**I**NIS hic artis fuit, auditores incredibili quadam admiratio- ne defigere, quod eruditissimus Σωματεὺ lib. i. animaduertit: Clem. Alex. ad  
πλος, inquit, αὐτῆς, οὐ ἐκπληξις,  
audientium stupor & admiratio. Itaque Julianus Iulian. Pan-  
Imperator ait Sophistas dicere solitos, καταγ- gyr. 2.  
αστον eum esse oratorem, qui ἐκ ὀκτώπλον, εἰδὲ  
δαιμονοποιῶν τὸν τόπον σφόδρα θητάρει, qui neque  
in Stuporem homines rapere, neque mirificum quid-  
dam dicendo facere contendat. Nihil potest esse  
illustrius ad eum finem explicandum: quem  
etiam eleganter expressit acutissimus & ve-  
nustissimus Plato, apud quem Socrates audi- Plat. In Euthy-  
tis Sophistis: Nos, inquit, ὀκτώπλοι οὐτοπλάσιοι. dent.  
Γνοὺς δὲ οὐ μέν οὐδένδιμος ὀκτώπλοι οὐτοις, οὐδὲ οὐ μᾶλλος  
δαιμονοποιῶν αὐτοῖς, &c. id est, quasi stupidi conticui-  
mus. Cum autem nos admiratione desixos videret Euth.

*thydemus* (Sophista) quo in maiorem insuper sui admirationem traheremur, &c. Eodem sensu dicuntur *δαῦρα* ἐμβοῆν τοῖς αἰφοστᾶς. Ita Libanius Vlysses ait *δαῦρα* τῆς ἐωτὸς ἀγρότης ἐμβοῆν τοῖς ἔρηνοις, stupore summae suae vis in dicendo perculisse aduersarios. Quare de Sophistis qui vetera nobis monumenta reliquerunt, id spectasse fere omnes, aliquos etiam consecutos aiunt.

Diod. Sic. l. 12

Gorgia Diodorus Siculus, πῶς ξενίζονται τῆς λόγους δέκτηντες τοὺς Αθηναῖοις, nouo peregrinōque dicensi artificio Athenienses adē cepit ut stu-

Dionys. in Ly- pore quodam percillerentur. De eodem Dionysius Halicarn. Athenis legatione fungens:

καππανζάτο τοὺς αἰφορτας ὡς τὴν δημοψελα. Adriano Sophista Romæ dissidente, omnes eum audiebant, ὡς τερπούσον ταν ἀνδρα τὴν δημοψελα εὐπλούσιοι, non secus ac suauissimam lusciniam, inusitata facundia obstupefacti, ut est apud Philostratum de vit. Sophist. De Hermocrate Sophista idem, ἐκπληξιν εἰς τοὺς πολλοὺς ἔφεν. Rem augens Lucianus dixit ἵστρεκπληξι, apud quem Rhetor σάτιον, Audieris, inquit, omnes ἵστρεκπληξιδρόις τὰ μύτερα ἐνύμιονται, in nostris incredibiliter obstupefactos, &c. Pleni sunt testimoniorum veterum libri, qui hoc ipsum significant; vnum ad-

Philost. in vit. iungo locum è vita Apollonij Tyanei, quem Apoll. l. 6. c. 7. Interpres corruptit. Cūm ille Sophus apud

Gymnosophistas elegantem orationem habuisse, eius vita scriptor ait in omnibus φαινεσθαι ἐνπληξιν, stuporem apparuisse, ἐφ' οἷς ἐρώμενοις τε καὶ ξὺν θροισα σλαλεγούσις ἱκονοταν, ob ea que vehementer & facilis orationis cursu [vertunt benevolēque, quasi esset οὐκ ἔρωις] ab Apollonio dicta

audierant. Vedit hanc vim M. Tullius, & di- Cic. 3. de Orat.  
sertè more suo ante oculos posuit his verbis:  
*In quo igitur homines exhorrescunt? quem stupefacti  
dicentem intuentur? in quo exclamant?*

Et sanè hoc diuini & præstantis oratoris est proprium, quod Demostheni tribuit Longi- Longin. ad eū  
nus, quem ait *τὸν ἀριστὸν εὐπλήξα�, non Σο-* i. 40.  
*φισταριν more fabellis concinnè & mirabi-*  
*liter explicatis, & speciosissimo choragio, in*  
*quo diligenter elaborabant, sed τὰς ἀγώνες ὡς*  
*τῆς οροσφύρης κατέστησαν.* Et Aristoteles cùm explica- Arist. l. 3.  
ret plurimum in causa posse, si orator eo mo- Ethic.  
do afficiatur, quo cæteros velit affici, ita sub-  
iungit, *διὸ πολοὶ καταπίθουσι τὰς ἀριστὰς θρυσσω-*  
*ντες, id est, ut interpretatur Petrus Victorius, Pet. Vict. in*  
quasi tumultu quodam & trepidatione excita- Arist.  
ta, ipsique vehementer perturbati, statu men-  
tis mouent, & tanquam attonitos reddunt  
auditores. Sed alio quodam modo Sophista:  
neque enim perturbando reddebat attoni-  
tos, sed delectando & exquisito flore oratio-  
nis suauissimè coloratae, & illa *σωματικία*, de  
qua paulò ante dicebamus. Rem poëtica ve-  
nustate Claudianus expressit:

— iam dulce loquendi

Claud. de con-  
sul. Mant.  
Theod.

Pondus, & attonitas sermo qui duceret aures.

De Iuliano Pelagiano Sophisticè agente ma-  
gnus Augustinus. Videris, inquit, illius artis ver-  
bis ad hoc vii, ut eis inflatus attonitos facias impe-  
ritos, volendo videri esse quod non es. Atque ex his  
cōstare satis potest, esse τὸν Sophisticæ dictio-  
nis *εὐπλήξην.* Quem eundem etiam poëtis Lon- Longin. ad sp.  
ginus summo vir iudicio tribuit; sunt enim *γένε-*

S. Aug. l. 3.  
contr. Int.

illi finitimi Sophistis, & propè pares ornandi generibus & incredibilium rerum tractatione, ὅπερ μὲν οὐ ποιήσει φαντασίας τέλος ἔσται ἐκπληξίς.

Et ne quis forte ignoratione huius vocis teneatur, quid sit ἐκπληξίς, Clemens Alexandrinus cui pauca in orbe scientiarum fuere ignota, sic exponit: Εἴ μὴ οὐδὲ ἐκπληξίς, φόβος ἐκ φαντασίας αἰσθάνθως, οὐ ἐπὶ αἰσθασθούσα φαντασία, ἀπὸ διανόμης, φόβος οὐδὲ μεγέθη, οὐδὲ, οὐ διανοήτης τερπεδηγός. Sumpsit ab Aristotele Topicor.

L. 2. Strom. Themist. or. 1. 4. vbi etiam dicitur θαυμασίης τερπεδηγός, incredibilis quedam admiratio. Id Themistius nominat σάμβος, Sophisticum velut theatrum pingens: οὐ καίνος ἐκπληξίς; οὐ διανοήτης τερπεδηγός; quid sedetis admiratione defixi? aut quid stupore attoniti estis? sic etiam Plato de auditoribus recitantium poëtarum, συνθαμβοῦται τοῖς λεγομένοις, fiunt ijs quæ narrantur obstupefacti. Est verò σάμβος Latinis stupor, tametsi forte in ea significatione M. Tullius non adhibeat:

Macrobi. l. 1. Saturn. sed Macrobius non modò vocem, sed rem quoque ipsam sic eleganter extulit: Cum fecisset loquendi finem, omnes in eum affixis vultibus admirationem stupore prodebat. Neque tacitus semper hic fuit stupor, nam ἐκπληξίδων proprium fuit μάλα, βοῶν, &c. ut Libanius significat

Isidor. Pelus. l. 2. ep. apud Isidorum Pelusiotam: scribens enim ad eloquentissimum Chrysostomum, Eximiam, inquit, orationem tuam legi multis, nemōque fuit, ὃς in ἐπιστολαῖς τοῖς ἁγίοις, ηὔπολες ἐσφράγισθεντες, qui non exiliret, εἰς clamorem ederet, eaque omnia faceret quæ homines admiratione perculsi εἰς attoniti facere solent. Sic Quintilianus M. Tul-

Ium in Corneliana cultu & ornatu orationis *Fab. l. 2. c. 3.*  
consecutum ait, ut *populus Rom.* admirationem  
*juam non acclamatione tantum, sed etiam plausu*  
*confiteretur.*

Ad hunc autem finem obtinendum multa  
studiosissime adhibebant, quod fructum suæ  
dictionis in eo magnum & expertendum col-  
locarent, si eos qui audirent, possent ad ma-  
gnam admirationem traducere. Hoc qui di-  
cendo non fuisset consecutus, vix dignum *Admirabilia*  
oratoris nomine aut Sophistæ putabant. *Sophistarum.*  
Qua in opinione fuisse videtur M. Tullius qui in  
epistola quadam ad Brutum sic insit: *Nam*  
*eloquenti m quæ admirationem non habet, nullam*  
*indico.* Quod effatum protulit Fabius & sen- *Fabius l. 8.*  
tentia sua comprobavit. Et nimur est ve-  
rissimum, quod Dionysius Longinus aiebat,  
in dicendo semper dominari πονηρίᾳ, ad-  
mirabile. Igitur Sophistæ in eo elaborabant ve-  
hementissime, ut adferrent ἀρετὰ, ἀρεσκόντα,  
περιττα, πενιάτα. Isocrates enim ait illos πει τού- *Iscr. in Panegyr.*  
πων ζητεῖ λέγειν, πει τῷ μηδεὶς τερπτὸς εἰπειν, de ḡr.  
rebus à nemine prius tractatis dicere instituisse. Iure  
autem reprehendit Longinus πονηρίᾳ τοὺς τενότες  
καρδιῶντα, studium nouitatis in insuetis & in- *Kαρδιῶντα.*  
auditis animi notionibus exquirendis, in qui-  
bus, ut idem ait, illi solebant κορυβαλλεῖν, insanire.  
De ijsdem ita Julianus Imperator: οἱ δὲ ἐπιδαιοί *Julian. or. 1.*  
πνὰ μέντοι δὲ μηδέπω τοῖς τερπτοῖς θητονθέται φέσσων, αὐτοὶ *Panegyr.*  
σωθῆντες τῷ ξεινῷ τοῖς ἀκονόνταις φυχαγωγούστες πλέον  
πονηροτατα. Illi cùm fabulum aliquam à nemine prio-  
rum excogitatam, atque à seipsis repertam attulerint,

& auditores suos ipsa nouitate detinuerint, maiori  
 in admiratione versantur. Iporum item propria  
 fuit ἀρχεστόλογία, iam inde à Georgia, quem  
 οὐδέποτε τῆς τότε σοφιστῶν πέχης vocat Philostratus,  
 Philost. l. 1. de vis. Soph. οὐδεὶς τῆς τότε σοφιστῶν πέχης νέος ἐστιν, &c. Concitatæ ora  
 tionis & admirabilium dissertationum Sophistis au  
 tor fuit. Sophista Critias qui multis post sœcu  
 lis fuit, id studium est imitatus, de quo idem  
 Philostratus, πάραδοξως μὲν ἀθηναῖος, πάρα  
 δοξως δὲ αἰταγμέναι, Κετής αἴσιος. Res mirabiliter  
 animo concipere, atque easdem mirabili modo enun  
 ciare, Criticæ curriculum est & contentio. Sic Nice  
 tes è Smyrna Sophista πάραδοξος ἔνοιαι con  
 fectabatur. Iam quod tertio loco posui, πέρητα,  
 constat ex Aristophane in apparatu Sophisti  
 Liban. declam. 37. co ponni περιπτιας, & disertè Libanius vocat  
 σοφικας περιπτιας, portentiloquos. Et Lucianus in  
 Philopatr. ait περιπτιας φιλοσόφων ὑπάνθητι τὸν  
 διάγονον. Similia prope sunt quæ ultimo loco  
 posui θαυματα, quæ videtur Julianus Paraba  
 Qu. 2. Panegyr. tes nominare ἄντα, incredibilia, cùm sic ait  
 de Sophistis: μόνα τῷ τούτῳ τῷ ἐργῳ ζηλωταί φασι, καὶ  
 απουδῆς ἄξια καὶ πολῶν ἐπιάνων, οἵποτε δέ τι μέγαδος ἡδη  
 ποιεῖ ἄπιστα ἐφαίη. Ea sola facinora dicunt emulan  
 da, studio & prædicatione dignissima, quæ propter  
 magnitudinem iam quibusdam incredibilia videan  
 tur. Hinc apud eundem alias θαυματοποιῶν  
 Illust. de vis. τοῖς λόγοις. Illustrius de Platone, πεπλασμένα θαύ  
 ματα εἰδώς. Peritè S. Gregorius Nyssenus lau  
 Greg. Nyss. in dem aggrediens miraculorum opificis Gre  
 gorij: εἰ μὲν ἐφίκοιτε τότε θαυμάτων οἱ λόγοι, οὐ πλέον

τὸν ἀκολούθων πειτας τῆς κατόπινδουσ. Nam si affecta quidem oratio mea fuerit admiranda, rerum gestarum commemoratione prorsus obstupefacent audientes. Hinc discipuli & auditores Sophistarum dicti Σωφρόνιος, ut Σωφρόνιος apud Hesychium est μανδύαρχος.





THEATRI VETERVM  
RHETORVM, ORATORVM,  
Declamatorum, quos in Gra-  
cia Σοφιστας nominabant,

*LIBER SECUNDVS.*

*Diniso quedam Sophistarum. An philosophie  
nomen sustinuerint quæsum. Eorum πατε-  
ρισμοσῶν φιλοσοφῶν, οἱ ἡγεμονοὶ φιλοσοφῶν.  
Quot modis philosophiam pretexerent.  
Omnes φιλοφασίς dicti olim philosophi. Ci-  
vitis scientia δημοτὴ φιλοσοφία. Sophistæ cur  
μεδοεῖα, Hippocentauri, θήρων nominati.  
Illustratus Gregor. Nazianz. aliisque.*

C A P . I.

Turneb. l. 4.  
Ado. c. 2.

**V**RNEBVS genera duo So-  
phistarum ait fuisse, vnum Dia-  
lecticō, alterum simile oratori-  
bus, qualis, inquit, Leontinus  
Gorgias fuit. De Gorgia perspi-  
cuè dissentit à Philostrato, qui Sophisticam

cum duplēcēt esse diceret, αρχαῖς καὶ δευτέραις.  
 Antiquam philosophiæ cognitione nobilem,  
 & secundam (ita eum appellare maluit, quam  
 Nouam, quod utraque sit vetustissima) illius  
 prioris Gorgiam Leontinum principatum ob-  
 tinuisse contendit. Et sane primos illos So-  
 phistas omnium gentium literis atque linguis  
 celebratos, tum plurimos qui deinde varijs  
 saeculis in eiusdem nominis communionem  
 venerunt, non fuisse una eloquentia conten-  
 tos, sed, quod attigi quoque superiùs, magna-  
 rum artium intelligentia floruisse, puto veris-  
 simum. Nam Dionysius Halicarnass. veterem Dion. Hal. ad  
 Sophisticam nominat φιλόσοφος ῥητορικήν, Phi- Anne.

Istratus autem ῥητορικήν φιλόσοφον, Rheticam Sophistarum  
 philosophantem, vel philosophiam eloquen- Rhetorica  
 tia gloriosam. Itaque Hippias σοφος cognoscere  
 mine perhonorifico donatus fuit in Græcia, Sophistarum  
 ut ait Pausanias, & in Thrasymachi Sophistæ mater philo-  
 monumento fuisse hoc inscriptum videmus. sophia.

Πατεῖς Χαλκεδὼν, οὐ δὲ πίχει σοφία.

Chalcedon patria est, sed fuit ars sophis.

Suidas quoque Prodicum Cœum, & Hippiam Dion. Halic. in  
 Eleum nominat φιλόσοφος & σοφιστας. Dionysius I Soc.

Halicarnass. Protagoram inter φυσικόν τε reponit: atque ab illo & Georgia πατεῖται μεσούλης φιλόσοφοικήν institutam fuisse, genus videlicet quoddam philosophiæ ad omnium rerū scientiam pertinentis. Quod idem propè de iisdem Sextus Empiricus assertur. Eusebius in Chronic. Gorgias, Hippias, Prodicus, philosophi insignes habentur. Eruditissimi sane viri de Sophistis memores, non dubitant dicere cum Plutarcho, *Plut. de profec. viris.*

*Max. Tyr.  
Dif. 16.*

Philosophiam illorum esse matrem. Maximus Tyrius politus & elegans de omnibus loquens generatim, πὸ τῷ σοφιστῷ γένος, inquit, πὸ πολυμα-  
χεῖ τῷ τῷ, ἐπολυόγον, ὡς πολῶν μεσὸν μαθηματῶν. Mul-  
tiss. igitur nostri illi Sophistæ, sermonibus abundantes &

*Themist. or. 1.* multarum scientiarum varietate ornati. Aeo The-  
mistij fuere multi Sophistæ, qui ut ipse qua-  
dam oratione scribit, non modò se philoso-  
phos gloriarentur, verū etiam πὼ αἰσθάνω  
φιλοσοφίων ποιεῖσθαι, summum philosophiae genus pro-  
fueri. Neque enim exiguis finibus cognitionem  
suam terminatam esse cupiebant, sed gloriosè  
sibi arrogabāt illustrium artium scientiam, sic  
ut de quacumque re proponeretur, putā de  
Medicina, Geometria, ceterisque, haberent in  
promptu certa quædam vocabula, è sinu illius  
artificij deponpta, quæ audientibus obtru-  
derent. Declarat id Plutarchus lib. de tuenda  
sanit. Cùm reprehendit σοφιστῶς ἐπειδή τι-  
στούσες ἐπερμάθοσς καὶ καπότητας λαλοῦσθαι καὶ παρεπ-  
δικριτικον ιατρικῶν ονομάτων ἐμπεισόν, qui sophista-  
rum more & superuacanea curiositate, instantias, in-  
cidentias, communitates in ore habeat, & medica-  
rum vocum peritiam eruditiorēmque ostentet. Quod  
genus hominum iusto fastidio insimulabat

*Plutarch. ap. vñqy.*

*Dio Prus. or. 6.* Diogenes, ut est apud Dionem Prusæum: μά-  
λιστι δὲ, inquit, ἔβεβε τοὺς σοφιστὰς τοῖς σεμνοῖς ἐπὶ γέ-  
λοντας, ἐπειδὴν διγονοὶ εἰδέραν οἰομένους. Vituperan-  
bat autem præserium Sophistas, qui venerationem in  
vulgo captarent, & se plus quam reliquos homines  
scire opinarentur.

Sit igitur hoc fere certum, quamplurimas  
Sophistarum philosophiae nomen ambijisse, &

sustinuisse aliquando: quod tribus quatuorve modis fieri potuisse video. Nam olim quidem τοις φιλοκάλοις & φιλομαθήσι omnes, virtutis ac Omnes φιλο- doctrinæ studiosos, communi quadam vulgi μετέξεις dicti consuetudine nominabant φιλοσόφους, ut Græci philosophi. animaduertunt. Hinc Isocrates eloquentiam Isocr. in Pan- vocat τὴν ἀεὶ τοὺς λόγους φιλοσόφους, & Rhetoras & yr. τοὺς ἀεὶ τὴν φιλοσοφίαν διδασκοντας, & in Busiri- Id. or. ad Phi- de φιλοσόφους. De illo scribens Dionysius Hal- lip. carn. ait πλέον οὐδὲ φιλοσόφους χρηματισαδε, docen- da eloquentia diuitias comparauisse.

Deinde multi cùm philosophiam attigil- sent, neque vellent ad illius scientiæ perfectio- nem contendere, aut aliam potiorem esse pu- tarent, ad Sophisticam se conferebant. Quod videtur Menedemus dicere in Plutarcho, qui aiebat eos qui ad scholam Athenas venirent, primùm θρόνος, deinde θέατρου φιλοσόφους, mox ῥύματος, ad extremum ιδιώτας. Hi ad dubios perplexosque mæandros, & inaccessum ve- luti philosophiæ cantum, cùm dictionis ele- gantiam adiungerent, famam bene dicendo aucupabantur. Itaque Scholia festi Aristophan- E'v Νεφέλ. nis circumscribit Sophistas, οἵτις οὐ φιλοσόφων φιλοσόφους εὑρεῖται, Philostratus autem, οὐ φιλο- Philost. I. I. de φόρω οἱ οὐδὲ δρόια ἐρυταθύοντες, qui in philoso- vit. Soph. phantium numero facilem habent orationis copiam & leporem.

Tertiò, quidam cùm Sophisticam artem factitarent, in εἰπη̄ genere versati, in exco- gitando versuti, captionibus Dialecticis arma- ti, lingue volubilitate instructi, avaritiae atque laudi velificantes suæ, quæ nominis inuidiam

obregerent, philosophiae insignia iactabant.

Aristid. 10. 3.

Hos describit Aristides; & ἐπι τοι τῆς φιλοσοφίας  
δύναμις περιστρέψθει, ἵνα τοις κλέψῃ οἴνουται  
τάρσονται. ἐπίτηδε σχολής μηδέποτε τοις εἰδόσαις.  
Hi prætentio philosophia decore, sepe putant quæ inuis

Phil. l. de cōgr. erud.

latent celare posse, dein pro leone astuta vulpes emer-

git. Philo Indæus eos homines vocat ἄνθρωποις & λογικοῖς,

qui in philosophia verba tantum venditant & venant ut. Inuidet

Max. Tyr.  
Dissert. 37.

ut sapientiæ latuas Tyrius Maximus: εἰ μὴ τοῦ  
περὶ τῆς φιλοσοφίαν λέγει, πίνεται & οἶνον τε, & τέχνας  
λόγων, & γένεσις & επέδεις, & σοφίαν ατα. & τοις οὐ  
τούτοις παρεῖται, & χρήσεις δύναται τοις διάστοιχοις πατρα  
ἡδὺ μετὰ τῶν σοφιστῶν, &c. si quis in verbo ac nomi-  
nibus, aut in artificiosis orationibus, aut refutatione  
argumentorum, aut contentione mutua, aut fallacijs,  
similiūmque rerum studio philosophiam inesse velii,  
non magno magistrum negotio inuenire posse videor:  
sophistarum plena sunt omnia. Res hæc ubique obvia  
ac in oculos paſſim incurrit. Quinetiam dicere non  
verear plures esse qui doceant hanc philosophiam,  
quām qui discant, &c.

Denique Sophistæ non modò eloquentiam,  
sed ciuilem quoque scientiam docere se profi-

Dion. Halicar.  
in Isocr.  
Ciuilis do-  
ctrina veriss.  
philosophia.

tebatur, quam Dionysius Halicarn. vocat ἀγνο-  
τικὸν φιλοσοφίαν, veram philosophiam: à quo mea op-  
nione sumens Iustinianus, initio Pandectarū,  
Vlpiani stylo, iuris ciuilis scientiam esse dixit

verissimam philosophiam. Talis fuit Dio Chrysostomus, de quo Photius in hunc modum:

*Hic fuit Pasicratī filius, σοφίστης ὁ ἡ φιλοσοφίας τῷ θη-*

*τιμίῳ, sophista & philosophusvitæ instituto. Talis,*

Themist. or. 13. *vt quidam opinabantur, Themistius, de cuius*

orationibus aiebant, ὅπ φιλοσοφῶν παιδεῖοι, μᾶρα-  
μολόγοις εἰς τὸ διάπολος, quod cū philosophari se  
simulent, ad oratores tamen degenerant. Tales &  
alij de quibus vniuersim Julianus Imper. so- *Julian. in epist.*  
phiste, inquit, πότερος οὐδὲν φασὶ τὸ πλήθυντο φι-  
λοσοφίαν, ad se publicam philosophiam pertinere con-  
tendunt. Hi cū summo ardore gloriæ incen-  
derentur, & spinas subtilium disputationum  
numus ad pompam facere putarent, corollas  
adhibebant, ex omnium flosculorum varietate  
contextas, & exquisita orationis lumina, ut  
insignes in oratorio campo & gloriose decur-  
rent. Illi dubiam appellationem sui efficie-  
bant, num philosophi, num Sophistæ nomi-  
nandi viderentur, cū neque scholæ semper  
essent philosophicæ, nec oratio tenuis & inor-  
nata, sed quiddam è dissimillimis rebus con-  
flatum. Itaque Prodicus, ut ait Plato, eos ho- *Plat. in Eu-*  
mines appellabat μύσεια, cōfines, intermedios,  
*thyd.*  
artiumque proxenetas: Τοιούτοις εἰσιν, ὡς Κείτων,  
& ἐπὶ Προδίκος μύσεια φιλοσοφία τε αἰδητές & πλήθυντο.  
Cuius forte imitatione eloquentissimus Nyf-  
senus Gregorius de ijs hominibus loquens *Greg. Nyss. or.*  
quos vulgo nominamus Politicos, οὐαστρη παῖδεσσοις *in suam ordin.*  
καὶ τοὺς πολεμίων ψυχῶντος, καὶ αὐτόπετραί εἰσι καὶ οὐδέπε-  
πορ, velut cōfinium internos & hostes facti, & intra-  
que sunt, & neutrum. Lucianus consueta festiui- *Lucian. ep.*  
tate nominauit Hippocentauros; sic enim apud *αράτη.*  
illum agit philosophia, Sophistarum genus nescio *Hippocen-*  
quo pacto mihi suppulularuit, neque mea absolute *tauri.*  
emulans, neque tamen penitus discrepans, sed οὕτος τὸ  
Ιαπόνεται παῖς θύμος σωθετόν περὶ μητέρα, & μέσην δια-  
τορεῖας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενος, ut *Hippocentaurorum*

genus, compositum quiddam atque mixtum, in medio sophisticae et philosophiae palabundum. Quæ causa fuit cur Dio Prusæus dixerit τὰ ξωχράματα σοφίαν προσεπικότα τοῖς Κενταύροις, scripta sophista-

Dio or. 4. *τοις Κενταύροις*, scripta sophista-

S. Aug. l. 15. rum non absimilia videri Centauris. Sic Faustus Ma-  
contr. Faust. c. nichæus impiè Catholicos vetus & nouum  
l. & 9.

Testamentum simul complectentes Hippocen-  
tauros nominabat. Eandem ob causam alij So-  
phistas nuncupauere μύτις & μέστις. Timon  
quidem apud Laërtium Protagoram dixit θη-  
μυτῖος.

Πρωτεύοντος τὸ ὄπικτος ἐξέθραψεν εἰδῶς.

Agell. l. 5. c. 3. de quo sic Agellius; Protagoras in syncerus quidem  
philosophus, sed acerrimus sophistarum fuit. Sic

Greg. Naz. or. Gregorius Nazianz. non pietatis minus quam  
21. eloquentiæ antistes, Georgium Cappadocem

hæreticum vocat πέρι τὸ ὄπικτον, ὃ τὸ τῷ οὐρανῷ  
γνωσκόν, monstrum dubium ac permixtum, cuiusmo-  
di mularum genus esse constat. Pari modo patrem

Or. 19. p. 289. suum adhuc morantem in Hypsistiorum im-  
Biformes. pietate, nominauit διοῦν, biformem. Talem no-

bis Eratosthenem pingunt historiæ, qui post  
adversas & Sophisticas declamationes quas edi-  
dit, contulit se tum ad historiam, tum ad Geo-  
graphiæ studium celebrandum. Fuit enim, ait

Strab. l. 1. Strabo, μέτος τῆς περιλογίας φιλοσοφεῖν & τὴν μη  
ταρροῦστος ἐχειτέντος αὐτὸν εἰς τὸν οὐρανὸν ταύτην,  
αλλὰ μόνον μέχει τὸ δοκεῖ προσιόντος, medius inter eum  
qui philosophari vellet, & eum qui non auderet se ei-  
dare instituto, sed ἐδυνταχατ progrederetur, ut phi-  
losophari putaretur. Tot igitur modis philo-  
sophiæ nomen sibi arrogabant Sophistæ.

*Insyncera & umbratica atque inanis fuit Sophistica philosophia. Proprium verē philosophiae contemnere pecunias. Sophistae δόξοσσοφοι, ἐν σοφοῖς φάλοι. Eorum philosophia φιλοσοφική, εἰδωλοποιητική, καινοτεχνία, ματαιοποχία, κλεπτική, ψυχοποιεία, νόσος σοφία, &c. Plato & Clemens Alexand. emendati.*

## C A P. II.

**N**ON unus modò Protagoras philosophus *insyncerus* fuit, vt eum vocat Agellius, sed omnis illa Sophistarum natio inanem quandam & fucatam atque umbratilem philosophiam, non ἀγηθύνω germanam exercuit, vt grauissimi ex omni antiquitate viri pronunciant, qui duas præcipue ob causas veram illis philosophiæ rationem denegaverunt. Nam ad sordes inanis auaritiae, aliaque <sup>1.</sup> Causa cur flagitia, cognitione abutebantur: quod à philosophi grauitate alienum est; & in rebus expoundis, verisimiles tantum rationes urgebant, è quibus opinio potius, quàm intelligentia propria philosophiæ gigni solet. Hinc verē & sapienter D. Chrysostomus, πάτρος ἡγίαν <sup>S. Chrysost.</sup> εἶπε μοι φιλοσόφος; οὐχὶ ἐχειμάτων & δόξης κατεφορεῖν; <sup>hom. 21. in ep. ad Ephes.</sup> quid est quæso Philosophi proprium? non diuitias & gloriam inanem pro nihilo putare? De qua re Ius ciuile differit omnino egregie, quantum ali-

Vere philosophantes quot in locis animaducent potui. philosophantes pe-  
fi studiosè contendant de re familiari, iam inde ostendunt faciliè se non esse philosophos, ut est D. de  
remount. excus. mun. l. 6 §. 7. Et D. de vacat. mun. l. in ho-

nor. §. Philosophi, grauis hæc sententia ponitur,  
Vlpian. D. de Vere philosophantes pecuniam contemnunt. Vlpiani  
extr. agn. l. 1. quoque est illud oraculum D. de extraord. cogn.  
§. 4.

Philosophos hoc primùm profiteri oportet, mercenaria-  
riam operam spernere. Irridet proinde Seneca  
circulatores Sophistas, qui philosophiam ven-  
derent, & alij caupones illos & mangones ap-  
pellauerunt. Cùm igitur tam illiberales fue-  
rint Sophistæ, & infinita cupiditate ad cumu-  
landas opes raperentur, ut ostendetur suo loco  
à nobis vberius: an non prima hæc causa iusta  
videtur, cur vera philosophiæ ratio à præstan-  
tissimis hominibus illis admiceretur?

## 2. Causa.

Altera causa fuit, quod in scholis expli-  
candis, & disputationibus eruditis, probabili-  
tatem sequerentur, atque omnia sic oratione  
colorarent, ut quæ falsa essent, illa homines  
non nimis docti nec arguti, & credibilia, &  
verissima esse putarent: ex quo necesse fuit  
prauitatem opinionum, & fœdos errores tur-  
bulentosque generati. Hinc δοξοσφοι οἱ μὲν no-  
minati, de quibus Clemens Alexandrinus ita  
scribit: Οἱ μὲν δοξοσφοι καλούμενοι οἱ τοιοῦτοι  
δοκίμειαι νομίζοντες, &c. ubi etiam eodem  
ait περὶ δοκίμων διηγένεται σπουδὴ τοιοῦτοι διηγένεται  
probabilibus tantum argumentis inobscurare veri-  
tatem. Et eodem libro, τῶο δοξοσφιας πίνακις ἐπιπ-  
ρέπει τοιοῦτοι φιλοσόφοι, δῆλοι γεγονότες ἃ τὰ δοκεῖ  
μᾶλλον ήττο τῷ φιλοσοφεῖται περιγραμμέται. Inani ergo sa-  
pientiae

Δοξοσφοι.

Clem. Alex.  
strom, l. 7.

pientiae opinione elati perpetuò litigant, aperte ostendentes, se curare non tam ut sint, quam ut videantur esse philosophi. Hunc imitatus Synesius ait Sophistas δόξαν αἵρετος εργάζεσθαι, in disputa-  
tionibus suis opinionem pro veritate corroga-  
re, & eorum ratiocinationes non mentis &  
scientiae factus esse, δόξαν δὲ ἀπόνου γε φαντασίας οὐδέ  
ωρῆς, sed ex absurdā opinione & aberrante phantasia  
prodūsse. Quæ causa etiam fuit cur viri omni Ars phantastica  
exceptione maiores eorum artem phantastiken no-  
minarint, quam Στρωματεῖ libro primo sic de- Clem. Att. I.  
finit, οὐδέποτε διὰ φαντασίαν διὰ λόγων δόξων φαντασίαν Strom.  
Ψυχῶν δὲ δύναται, est facultas phantastica falsas opiniones  
pro veris oratione ingenerans. Sumpsit à Platone Plato in Sophiste,  
qui Sophistam scribit οὐ πάντα φαντασίαν, γε  
τὸν τὴν ψεύτην πάντα φαντασίαν, circa phantasmata  
deceptorem quemdam esse, eamque artem decipiendi  
statutam esse nominandam. Quod hīc φαντασία, in Idem in Polit.  
Politico nuncupauit eidwλον, ubi ridens vocat  
Sophistas eidwλον φεγγάρις, vertunt non rectè Eidwλον φεγγάρις  
lariarum ingentium præsides; dicerem simulacrorum πηκή  
inaniū præsides: eidwλα enim vocat inanes imagi-  
nes quæ pro veritate obtruduntur: qua ratione  
in Dialogo οὐδὲ πάντα. Sophisticam artem eidwλον  
πηκή τὴν ψεύτην, imaginariam artem, vocavit, simu-  
lachrorū videlicet effectricem. Peritè Lucianus Lucianus.  
& Πλατωνικος, Sophistas aiebat habuisse tantum  
umbra philosophiæ, & αὐτοφίες περὶ αὐτοῦ eidwλον,  
euānidam quandam obscurāmque imaginem: neque  
minus eleganter Gregor. Nazian. ait eos πηκή Or. 23. p. 437.  
οὐδὲ ταῖς τῆς δημόσιας σκιαῖς, circa virtutis umbras ludere.

Atque ex his clarissimorum hominum testi-  
monijs constat Sophistarum philosophiam, in-

sinceram, quod initio dicebamus, & inanem fuisse, umbram tantum, larvam & effigiem, non veram germanamque philosophiam. Itaque multi κακοπεχιας eam dixerunt, hoc est, ut

Fabius l. 2. c. 15.  
Max. Vict. l. de  
Gramm.

ait Quintilianus, prauitatem artis, quam Maximus Victorinus ita circumscribit: κακοπεχία à malitioso fastu in id quod persuadere querit intenta, plerunque ad peruerterendam nititur veritatem. Aristoteles apud Clementem Alexandrinum, κλέψιη Sophistarum τέχνων, vertunt furandi artem, melius decipiendi: est enim κλέψιον fucum facere, præstigijs veluti quibusdam oculos animosque fallere: hinc apud Rhetoras Græcos κλέψιον τινῶν αριστοτεχνία, abdito artificio iudicum aures animumque fallere. Eruditè Iustinus Martyr de

Iustin. Parænes.  
ad Gr.

Sophistis, ait aures minimè dandas λόγων απάγμοναι τέχναι, πάθων γε πατευπορος λέγονται, dicendi artem profitentibus, & verbis ad permouéndum atque persuadendū cōpositis videntibus. Reddit continuo rationem; non id, inquit, ἔδοντες δημόσιοι κλέψιον εἰδούστων, hoc enim propriū eorum est qui subducere malitiosè veritatem atque inobscurrare cupiunt. Eodem sensu apud Isidorum

Isid. Pelus. l. 3.  
ep. 215.

Ægyptium virum doctissimum τῇ τέχνῃ λόγων τῷ δημόσιον συνταξειν, sermonum artificio veritatem obnubere. Ecumenius in Act. Apost. dixit τῷ δημόσιον κρύπτειν. Σοφιστας, inquit, τοις γόντας καλεσθαι, ως τῷ δημόσιον δι' απάτης γε σοφιστῶν κρύπτονται, Sophistas præstigiatores appellant, ut fraude ac fallacijs veritatem ob-

Cebet. Tabula nubilantes. Hinc Cebes Thebanus in Tabella sapientiae coloribus illuminata, Sophistas ponit apud φυσιοπαιδείαν. Eosdem Euripides dixit εποφεῖς φαύλοις, inter sapientes nullius pretij, qui

Eurip. in Hipp.  
polys.

conciinnè dicant apud vulgus.

— οἱ γὰρ ἐν σοφίᾳς

φάῦλοι, πᾶρ' ὄχλῳ μειούστεροι λέγουσι.

S.Greg.Naz. σοφοῖς τῇ ματτᾷ, inani sapientia glo-  
riosos: & aliās eorundem disciplinam vocat, or.23.

νόδοι σοφίας, πιὼν ἀπό λόγων κειμένων, καὶ δι' θύγλωσσας γη-  
πίσσων, adulterinam sapientiam, quae in verbis sita

Or.34.p.556.

est, ac per lingua facundiam velut præstigias  
offundit. Aristoteles vero τὸν φανορόδιον σοφίαν, Arist.l.1. Elen-  
τσαν ἔ μὲν, sapientiam quae videtur, cùm reuera non sit. c.1. & c.11.

Isidorus Pelusiota ματιοπεχίαν καὶ πακοπεχίαν, ina-  
nissimi studij prauitatem. Origēnes contra Celsum

Ισιδορ. Πελυσι. l.3.  
ep.185.

πατέρων Εφιστίας πολλοὺς ἐχουστεν τοὺς παθαρότητας, versu-  
tam sapientiam quae multam habeat probabilitatem.

Photius.  
Origen. in Phi-  
local. c.18.

Damascius eleganter in vita Isidori philo-  
phi, id esse aiebat, τὸν εὖλον φιλοσοφεῖν, εἰσω τὸν τῆς  
ψυχῆς ξπορεῖν, exteriūs quidem philosophari lucu-  
lenter, intus autem propriis animi bonis egere  
scientiāque vera destitui. Et fortè sine inuidia  
dixit Aelianus Gorgiam Leontinum & Prota-  
goram summa quidem in gloria fuisse apud  
Græcos, opinione sapientiæ longè & latè spar-  
sa, sed eos tamen à vera sapientia tantum ab-  
esse, quantum pueros à viris. Liceat igitur in  
eos homines id coniūcere quod olim Comicus  
in Zenonem.

Aelian. l.1.  
πικίδ.

Φιλοσοφίαν κανοὺς γὰρ οὐτε φιλοσοφεῖν.

Philosophiam inanem, sophus hic certè docet.

*Sophistarum propria philosophandi ratio aperit. Εεισικοί, αἰνιλογοί, ἀγωνισταὶ τοῖς λόγοις. Contentiosi, litigatores furiosi, &c. Res ipsa variè Gracis Latinisque descripta. Εεισική propria hereticorum, quod expressum à D. Augustino. Sophiste λέξεις ιηποώντες, ventilantes syllabas.*

## C A P. III.

**P**ROPRIVM genus philosophiae Sophisticæ fuit illud, quod à veteribus dicebatur Εεισικόν : nam Sophistas idicē καλλιδρομεῖ εεισικούς, ita propriè fuisse nominatos Alcinous de

*Alcin. de doctr.  
Pl. c. 6.*

doctrina Platonis animaduertit ; quales, inquit, fuerunt Hippias & Euthydemus. Res sanè complurimum est scriptorum monumentis celebrata ; Latini verbum ex verbo, Contentiosos nuncupant : quod è sanctissimo & doctissimo Hieronymo licet intelligere, qui Commentarijs in D. Paulum ita loquitur : *Hi qui in eo totos dies & noctes terunt, ut vel interrogent vel respondeant, vel dent propositionem, vel accipiāt, assumant, confirment atque concludant, quos Contentiosos vocant, &c.* Et paulò pōst : *Si igitur illi hoc faciunt, quorum propriè ars contentio est, &c.* Idem significat par ingenio & doctrina magnus Augustinus Cresconio respondens Grammatico, qui eloquentiam reprehenderat ut damnatam à

*S. Hieron. in c.  
3. sp. ad Tit.*

*S. Aug. l. I.  
vñtr. Crescon.*

Platone, & è moratis ciuitatibus eiusdem. Hæc, inquit, non est eloquentia, sed Sophistica & maligna professio (*κακοτεχνίας* exprimit) quæ sibi proponit non ex animo, sed ex contentione (*ερεσίν*, notat) vel commodo, pro omnibus, & contra omnia dicere. Seneca nominauit Caillatores: vnde scitè Petrus Petr. Damiani. Damiani, Cunctos sane Rhetores cum suis syllogismis Opusc. II. c. I. & Sophisticis cauillationibus indignos hac quæstione decerno. Isocrat. Τοις ἀπί τοις εἰδας διατελεῖσθαι, vno Isocr. contr. Soph. verbo Contentiosos, litium artem factitantes. Lactantius Laetant. I. 3. furiosos, quasi dictum Isidori Pelusiotæ in animo habuisse, qui eisdem vocat Σοφισμανούστας. ep. diuin. In. c. 8. Isid. Pelus. I. 3. Hinc eruditissimus Augustinus eorum istam D. Aug. I. 2. de artem vocat libidinem rixandi, & puerilem ostendit. Christ. tationem decipiendi aduersarium. Themistius αγα Themist. or. 4. ρισταὶ τοῖς λόγοις, τοῦ εερεσίνην ἔχοντας τέχνην, in dicendo pugnaces, & contentionis arte prædictos. Clemens Clem. Alex. Alexandr. διαλεκτικοὶ τοῖς τοις σοφισμαὶ αγονασθοῖς, Strom. L. I. dialecticos in puluere Sophistico volutatos. Hoc genus Plato nominat αἴπλονοι, & illudit copiosè in Sophista: vbi etiam dicuntur αἴπλονοι δροῖ, οὐ τε δῆγεις δροῖ, οὐ ποίει τοις αὐτοῖς διωταῖς, in contradicendo valentissimi, & eius artis ita scientes, ut & alios possint efficere in eadem re promptos & expeditos. Ab Isocrate quoque & Aristotele dicuntur αἴπλονοι, ad contradicendum apti. Itaque sanctus Augustinus quem nihil latuit bonarum literarum & humanitatis, Cresconium dixit D. Aug. I. I. εερεσίνῳ illo genere batuentem, suscipere atque exercere contradictionem. Atque his tot nominibus (nec iam plura in eam cogitationem intento mihi quidem occurserunt) Græci Latinique scripto-

res Sophisticæ philosophiæ duces amatorésque insigniunt: sed frequentiū nominant *Eis inq* Contentiosos, vel etiam nomine communi, Sophistas, quemadmodum *Eis inq*, Sophisten, & *i.eis inq* agere, Sophisticè argutari sāpe dicunt. Rem verò ipsam in ijsdem monumen-  
tis luculenter expressam habemus.

Eristici enim Sophistæ fuerunt, qui acutis & contortis interrogationibus, aut conclusiunculis fallacibus, vt retibus inuoluere aduersarium connitebantur, seu captarent voculas, seu falsa pro veris verisimilitudine picturata obtruderent, siue insolubilia necterent, siue ignaros captionibus illuderent. Quò fiebat vt in conuentu multitudinis imperitæ, æmulos & antisophistas de gradu & opinione deiecisse, & subtili argutatione triumphum gloriosè de-  
portauisse viderentur: cùm alioqui fraus & mendacium, & nihil aliud quām versuti animi excogitatio, fallacioquentia lepta & munita, & vt ab illis aliquid mutuer, cataphracta, in minus cautos & nihil tale cogitantes, à latere atque infidijs impressionē fecisset. Hæc omnia magnis autoribus illustrāda sunt, qui, vt dixi, literatum monumentis ab omni propè hominum memoria, illa nobis expresserunt. Gra-

*Tertul. aduers.* uissimus sanè Tertullianus eorum Dialecticam heret. c. 7.  
vocat artificium struendi & destruendi versipellem, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi. graphicè *πχλω i.eis inq* describit. Cuius etiam quandam effigiem paucis delineat in operibus Luciani Cleodemus: Nihil, inquit, isti adferunt præter pūpula dñsra, & ipso nō

πιστος ἡ χρήματε φιλοσόφων, verbula misera, & tantummodo interrogatiunculas figurásque siue gestus philosóphorum. Plato cùm eos vocasset τοις τοις τερδας Plat. in Sophist. ιποδακότας, qui nimis in vna contentione concertationeq; verborum tabernaculum viræ suæ collocarent, disertiùs rem eandem postea definiens, Sophistas ait esse hominum genus occupatum ἐνεργειῇ τέχνῃ, αὐτολογίᾳ, ἀμφισβητησίᾳ, μαχητῇ & ἀγωνισμῷ. Et aliás eum quem propriè appellat Sophistam ait, βερεχέστ λόγοις αὐταῖς καλέσται τὸ περσέλεγχον ἐναπολογίῃ αὐτῷ αὐτῷ, qui minutis quibusdam captiunculis cogit ipsum cum quo disputatione, sibimet in sermonibus cōtradicere. Quem doctorem vestigiis suis premens Themistius, hoc discrimen statuit inter Politicum, Concionatorem popularem, & Sophistā, quod primus ille cum audientium commode, flumine orationis copioso utatur: secundus nihil præter strepitum popularem querat. οὐφιστὸς δὲ αὐτῷ (Πλάτων) Βερ- Themist. or. 16. χρῆματα πειστὸν τὸ πολὺ ἡ περισσεύτηρα αἰτίατοι ἐπιδια- στρέψεο. At sophista Platonis opinione, astricti contorii- que sermonis, ad unum modum aduersarium decipien- dum intentus & comparatus est. Atque ut hæc ta- bellæ complurium autorum testimonijs ut co- loribus emineat, nam lubet τοις Εερικοῖς & ει- σιών bono in lumine collocare, Isocrates eam I Socr. in Heleno. artem vocat περιστίαν την τοις λόγοις ἔκελεγχῳ περιστρέψειν, genus quoddam præstigiarum, quod se verbis alios conuicere profiteatur. Libanius etiam Liban. dec. 6. breuiter & dilucidè, κομψοὶ ποτέρες δις ὁ βιος λέγεται καὶ πλεγχεῖν, belli & venusti Rhetores quorum vita omnis in dicendo & contradicendo occupatur: ἀρπάζοντος ut perspicuum est depingit.

Ea subtilis ingeniorum contentio, si cum honesta moderatione suis se continuisset finibus, minimè reprehendenda fuisset; acuit enim hominum ingenium & excitat, cum voluptate atque fructu, & copiam notionum parit. Et

*Senec. l. 9. de be-  
yuf.* mea opinione sapienter aiebat Seneca, implicatas argumentationes, quarum solutio imperito sit difficilis, habere aliquam voluptatem; gentant enim, inquit, acumen animorum, & intentionem excitant. Sed alia fuit Sophistarum mens atque ratio, neque tam in aperienda veritate, quam in sui ostentatione laborabant. Nam cum immensa gloriæ cupiditate incenderentur, non magnopere illis curæ fuit, quæ aut quomodo æmulis proponerent, sed hoc unum studebant, ut viciisse, & trophæa veluti alto in loco statuisse viderentur. Venusse apud Arrianum Epicetus, ἔργιον τεοσληματος ζυγος, occasiones duntaxat ad euomendam quæstiunculam suam captant. Plato liquidiūs, οἷς ἐδιάβηται, πατέρων δὲ φίλων αὐτοῖς, quibus nihil pensi est quod loquaniur, sed singula captant obijciuntque vocabula. Hoc proprium est hæreticorum ingenium, hæc ingenita malitia, in impiis opinionibus tueri; hoc ēcīmē genere impotenti animi impetu gloriari, & omisso rationis lumine, apud indoctam multitudinem inutili ονιακαγια dicta impia ventilare, hinc fraus & pertinacia, & insusceptis erroribus animi elati & superbi obstinatio. Quod expressit D. Augustinus, causas oratione memorans, quæ illum diutiū in Manichæorum fæce tenuissent: Aherum, inquit,

*Arrian. l. 2.* *Plat. in Euthyd.*

Hæretici  
ēcīmē  
voluntati.

D. Aug. l. de  
duab. anim.

quod quædam noxia victoria pænè mihi semper in

disputationibus proneniebat, differenti cum Christia-  
nis imperiis: quo successu creberrimo gliscetebat ado-  
lescentis animositas, & impetu suo in peruvicacie ma-  
gnum malum imprudenter vergebatur.

Ex illa Sophistarum cōtentione turbulentæ Arrian. Epis.  
animorum perturbationes oriebātur, finisque <sup>l. 2.</sup>  
ut plurimum carū fuit disputationum φύρεται  
ἡ φύση, ἡ τὸ πλεονάκι λοιδορίσαται λοιδορίζεται  
ἀπρόχθεται, confundi & confundere, & mutuis con-  
uicijs proscindi, ut ait Epictetus. Sed diuinè S. S. Basil. in s.  
Basilius eorum mores ante oculos posuit, cùm 6. Iṣai.  
ait propè deuorare & deglutire, quos εἰπεῖν τέχνη  
opresserint. Ipsi, inquit, alienorum dogma-  
tum antistites, διὰ τὸς θλαχελεκῆς ἵες γεγμασμένοις  
τυχαῖοι, & πάντες τὸς ἐν λόγοις ιανοτήτες, μηδεὶς  
τοὺς αὐτοστόροις & ποιοὺς τῷ αἴσθητῳ, οἷοντες κατα-  
πινοῦντο τοὺς φίσιοφροὺς, per captiosas argutias dialecti-  
cæ, in qua sunt vehementer exercitati, omni verbo-  
rum volubilitate cæteros expertes philosophiæ oppri-  
menes, plerosque homines perinde atque capinos de-  
uorant, & vi ita loquar deglutiunt.

Non igitur mirum si tam odiosum fuerit  
nomen Sophistarum, qui cauillationibus istis  
atque strophis non minus efferebantur, quam  
si magnum Persarum Regem hasta, & gladio  
superassent: præsertim cùm in ea ipsa re, illis  
vijs rationib[us]que vterentur, quas nemo eru-  
ditus & præditus humanitate potuit conco-  
quere. Nam in syllabis apicib[us]que hærebant, Ventilare syl-  
labas.  
argutisque nugis dictionum, quas torquebant  
pro animi sui libidine, ad stabiliendam pra-  
uitatem opinionum, & cognitionis lumen Arist. l. 3.  
extinguendum: τῷ ὄροματι, ait Aristoteles, Rhet.

Θηρολέξα,  
&c.

τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμοιώματι χείσμοι, τῷδε τούταις τὸν πανεργά. Nomina quae sunt ambigua sophistæ conueniunt, ex illis enim fallaciter & malitiosè concludit.

Or. 3.

S. Gregor. Nazianz. Julianum Imperatorem alloquens, quem aliâs vocauerat Sophistam, ὡς τούταις ὁμοιώματις ἔχων τὸν ὄντα, ὁ ambiguarum vocum captator. Hinc dicti verborum aucupes, sive, ut est apud Agellium, λέξεις θηρωῶντες: quo etiam modo apud Clementem Alexandrinum ζητήσεις ἐπικαὶ ὀντοεἰζορτες, λέξεις διωρ θηρεύοντες, quæstiones machinaries plenas sophisticæ contentionis, vocabularum aucupes. Suidas θηρεύοντες, & θηρολόγεις vocavit. Apud quem etiam est proverbum, οἰκεῖς σοφισταὶ, pescatores sophistæ, id est, captatores verborum, & aucupes syllabarum argutuli.

Or. 18. in fin.

S. Gregor. Naz. appellat θηρεύοντας τὸν συλλαβῶντα & συνέχεων. M. Tullius captationem verborum dixit in Partitionibus: & S. Hieronymus eleganter ventilare syllabas. Prosper Aquitanus, Pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator evantilet. Has verborum captiunculas Max. Tyrius dixit esse γέρχων αἴσαρωτατερ, genus reprehendendi molestissimum.

S. Hieron. in Chronic.

Contr. Collat. c. 1.

Max. Tyr.

Dissert. 20.

*Sophistice captiones & argutiae varie à doctissimis scriptoribus explicatae. Nodi, nexus, vinci, retia, ansae, laquei, labyrinthi, &c. Aristoteles cur Sepia dictus. Emendatus locus D. Hieron. & alijs illustrati complures.*

## C A P. IIII.



OPHISTÆ illi, quos diximus *Eenomous*, obscuris vtebantur & flexuosis modis argumentationum & mæandris, quibus velut ab arce, & sublimi tholo sapientiæ, alios illudebant, illudendi ipsi à sapientibus, & Sophistica illa in tela, quam impeditè & perplexè ordiebantur, se nimia & inanissima gloriacione iactabant. Rem non melius hic expressero, quam si è doctis veterum monumentis, ut è beato & referto cimelio, pulcherrima dicta eruam, quibus inanem illam disputatricem, & pinxerunt, & iustissimis aculeis punxerunt. M. Tullius Sophisticum illum agendi modum aliquando nominat *tortuosum disputandi genus*, modo *captiones dialecticas, auecupia verborum, literarum tendiculas, interdum flexiloqua verba & obscura, fallaciloquentias*. Gregorius Nyssenus haud eruditio minor quam virtute, dici vix potest, quanta varietate & elegantia, in Sophistam Eunomium disputans, rem eandem

**Συμπλοκή σφικτά.** expresserit. Octavo libro appellat φολέα καὶ αὐγεῖται τῷ συλλογούσῃ συμπλοκήσουσα, formidabiles et ineuitabiles ratiocinationum conclusiones. Quae sane tanta auiditate excipiebantur à Sophistis, qui in εἰσηγήσει dicendi genere versabantur, ut in Platonis Euthydemō glorientur, semper se διαδικασταί αὐτοῖς, quæ ritari nequeant obijcere petitiones. Idem sanctissimus doctor eodem libro, τὰς ἀγνοεῖσας, inquit, διασφίγξεις τὸν λόγον, insolubilibus necessitatibus constringens sermonem. Et lib. 9. ὁ πρόδοτος διαλέκτης nominat, incursionem dialecticam. Lib. 10. συνφισμένα πίνακα vertunt docta verba: malius captiosa et dolosa, more Sophistarum, de quibus maximè ibi loquitur. Sed nihil venustius quam quod ponit libro 12. Hic, inquit, πικάλως ἐμπορίχεις τῇ τῷ σοφισμάτῳ σφοδρῷ καὶ διεφόρῳ περιοδοῦ τὸ αὐλονίτον ἐκκένης τὸ διάνοιαν τῷ ἀστατίτων. Hic quasi de scena et theatro bellator, varie exultans et tripudians versutis argutijs, et de ingenito Sophisticè disputans, eludit hominum intelligentiam, quos fraude et canillatione decepit. Clemens Alexandrinus l. 2. Strom. vocat πάγας αἵς οἱ πολοὶ τῷ σφιστῷ τοὺς νεοὺς εμπλεύονται, laqueos quibus Sophistæ adolescentes implicant. Theophrastus in Characterib. ποκάς καὶ παλιμογιάς. S. Chrysostomus Serm. contr. Ignau. κατασκεψίαν συμπλεγμένων, apparatus artificiose implexum. Et in 2. epist. ad Corinth. συμπλοκὴν σφισμάτων. Nyssenus or. 7. contr. Eunom. μετεπικάθησθαι ποκῆν τῷ σφισμάτε, sophismatis puerilem plexum. Hinc Latinis dicti quoque implicare. Sidonius Apollin. l. 4. Explicitur. cat ut Plato, implicat ut Aristoteles. Sed copiose et elegatissimè l. 9. Dogmati si repugnauerint, mox te

magistro ligati vernaculis implicaturis in retia sua  
principes implagabuntur, syllogismis tuis propositio-  
nis vincatis volubilem tergiuersantum linguam inha-  
manibus, dum spiris categoricis lubricas quæstiones Spiræ cate-  
innodas. Eadem mente Cicero l.3. de finib. im- goricæ.  
placatum & tortuosum sermonem vocat: & Quin-  
tilianus disputatricem facultatem ait versari  
in implicando & illiciendo. Quo sensu quoque  
Martialis l.9. ep. 47. inexplicitos Platonas dixit.

Sic Hippias aiebat Socratem σοφιστῶς agētem  
πίειν λόγους, captiunculas implicare & texere. Se- Γλέκειν λόγο  
nec. ep. 49. Veritatis simplex oratio est, ideoque illam γρα-  
implicare non oportet. Euripides apud Clemétem  
Alex. μετεωρολόγων σκολιάς αἰτάτις, tortuosas fallacias Σκολιάς αἰτά-  
superbiloquentium sophistarum. Aristophanes in ται.  
Acarnan. σκαλαβίηρα ἐπών, laqueos verborū, quos, Σκανδαλιζο-  
ait Græcus Interpres, Rethores in foro nechte- ἐπών.  
rent, ξωαἴθοντες φρονύλοις τοῖς ρήμασι, rotunda verba  
copulantes. Et in Ranis ἀγνοῦντος ἐπών, id est φροφαὶ Αλινδῆρα.  
& ποναὶ ex Scholiaсте. Julianus Parabates in  
Cæsaribus διαλεκτικὸν πιληστε, dialecticorum effi- Κιληστε.  
gia & ludificationes. S. Hieron. l.3. contr. Julian.  
Dialecticæ artis astutiam. Idem aduersus Helui-  
dium, Dialecticorum tendiculas & Aristotelis spi- Tendicula-  
neta. S. Gregorius Nazianz. orat. 10. διαλεκτικὰ Spineta.  
φροφαὶ καὶ κομψίαις, captiones logicas & argutias. Et Στοφαὶ.  
aliās vocat philosophorum πεπονταῖς, vertunt  
argutias. Irenæus l. 2. aduers. hæres. pithanolo-  
giam. Aristoteles de reprehens. Sophist. c. 17.  
πολιτεύονται, Sophistarum captiones. Eunapius in Παρακρυστού  
Maximo διαλεκτικὰ μηχανὰς καὶ πλοναὶ, dialecticas Μηχαναὶ.  
captiones, nexus, & labyrinthos. Tertullian.ad-  
uers. Valent. ambiguitates bilingues. Fabius Quin-

*Exquisitæ  
ambiguita-  
tes.*

*Αμφισσοία.*

*Orationis  
sinus.  
Nodi.*

*Απρος spo-  
φη.*

*Tortæ argu-  
tiarum stro-  
phæ.*

*Ελικε'.  
Σπανδυῖαι.*

*Αρχως λόγων.*

*Βρόχοι.*

*Αἴκινοι λό-  
γοι.*

*Anſæ, vnci.*

til. c. 10. *exquisitas ambiguitates*, ut doctissimus Stromateus lib. 5. αμφισσοίας καὶ σοφίουτα: de quibus ita Seneca ep. 45. *De iſtis captionib⁹ dico, quo enim nomine potius sophismata appellem?* & ep. 49. *verba dubiè cadentia.* Photius in Eulogio Σοφιστῶδην περιέλθει τὸ καὶ δελεάσματα, Sophisticas assertiones captionēsque. D. Ambros. in cap. 5. Lucæ, verborum complexiones, et quasi quosdam orationis sinus, et disputationum recessus. Seneca epist. 82. artificij veter nosissimi nodos. Rex sapiens in diuinis literis σφραγίς λόγων dixit. Plato in Euthydemō ἀπὸς σφραγίων, perplexam ambiguamque stropham. S. Hieronym. l. 2. in Ruffin. tortas argutiarum strophas: ubi Marianus Victorius malè correxit totas. Sic idem eruditissimus pater alio in loco, spinas Cleanthis, & contorta Chrysippi. M. Tull. Academica 4. Contorta et aculeata quædam sophismata, sic enim appellantur fallaces conclusiunculae. Plautus in Pers. contortuplicata nomina. Euripides in Andromacha, γιγτæ, tortuosa. Gregorius Theologus or. 35. σπανδυῖαι σογμάτων, tortuosos dogmatum Sophisticorum nexus. Seneca ep. 48. distorta verba. Tu mihi verba distorges et syllabas digeris, &c. Gregorius Nazianz. orat. 20. τὸν λόγων σφράγις, argumentorum laqueos, è quibus difficilius sit elabi, quam è labyrintho. Cyrillus Alexandr. βρόχοις ἀπέτης, imposturæ laqueos. Lucianus in Bis accus. αἰκινοῖς λόγοις εἰλευσίνοις ὄμοιοις, incurvos sermones, et labyrinthis similes. D. Augustinus scitissimè vocat ansas et vncos arte perplexitatis insertos, l. 1. contr. Julian. Quid enim, inquit, nobis prodest, quod nescio quas ansas atque vncos, arte nescio cuius perplexitatis

inseritis, ne simplicia pateant, & clara luceant? Et eleganter Tertullianus lib. de anim. c. 18. tormenta crucianda simplicitatis & suspendenda veritatis. Tzetzes Chiliad. II. nominavit λαβυρίνθιον, Labyrinthum propè est ut dicat cum eruditissimo Augustino artem perplexitatis. Fuit enim labyrinthus perplexum & impeditum maximè opus, & ut ille ipse describit, φουρέων πολυέλεκτον, implicatissima custodia: additque, ἐγώ δὲ Σωτηρέας διέρθηται φυτόρων τῷ γεδυργῶν νομίματα τῶν λαβυρίνθων ἐφίλω, subito agentium rhetorum cogitationes nunc labyrinthos dixi. Socrates solebat appellare δίχλωον rete. Διχλωον. S. Gregor. Nazianz. carm. de vita sua, πλεκτάς Γλεκτάς. σοφίου αποτοι, nexus sophismatum, & Lucian. in Bis accus. τῷ λόγῳ πλεκτάς, verborum retia. Sido-Retius. Apollin. de Aristotele:

Argumentosis dat retia syllogismis.

Fulgentius præfat. I. I. Aristotelis syllogisticum verbiloquium. S. Hieron. in ep. ad Tit. Dialectici quorum Aristoteles princeps est, solent argumentationum retia tendere. Hinc ipse quoque Aristoteles cognominatus *sepia*, quod atramentum veluti *sepia* effunderet, & oculos illuderet, ut Interpres illius prodit Themistius: & illius similes dicti à Pythagora Melanuri. Euripides in Hecuba vocat τῷ λόγῳ βύρηματα, hoc est μηχανάς λόγων, Εύρηματα λόγων Scholiastes. Epictetus apud Arrianum lib. 2. 1. πεπλεζέμενον συλλογομονή, quem opponit δύνογε. Πλέκειν συλλογεῖν Sic lib. 4. c. 6. dixit πλέκειν συλλογομονή: aliás νο-λογομονή, περιφράσατε σύσκολα, propositiones difficiles & δύσκολα θεωρητα, perplexas. Isoct. or. ad Philippum δυσχερεῖς τὰς ρήματα. τὰς τοὺς σοφιστὰς, ināmēnas difficultates & tricas σο-δυσχέρεις σοφιστarum. Gregorius Theologus or. 24. τὰς φίστης τῷ λόγῳ κλοπής, fraudes & furtū verborum.

De eadem re dictum. Illustratus Themistius  
aliisque. Captionum Sophisticarum duo ge-  
nera, alterum in ambagibus fallaciosis,  
alterum in contortis interrogatiunculis.  
Quid sit menutiloquium apud Ireneum.  
Hæretici πικροὶ ζυταῖ.

## C A P. V.

Κολοσσ.

Λοξὰ πίνα-  
τα.

**A**S DEM Sophistarum captio-  
nes Themistius orat. 1. nuncus-  
pat σονινά ἡ λοξὰ πίνατα τῆς Αε-  
ρόπελος διαλεκτικῆς, vbi illud λοξά  
est omnino corruptum; tenta-  
bam aliquando λοξά, neque enim semper  
enunciationes & dicta Sophistarum plena fue-  
runt & perfecta, sed trunca & malitiosè im-  
minuta, & quod sequi necesse est, ambigua  
& obscura: vnde 2. Rhetic. ait Aristoteles,  
fieri in oratione λοξόι, propter sermonis απ-  
ληφ. Et Zeno inter Sophisticas captiones repon-  
nebat ἐμπτής deficientes, ut est apud Laërtium.  
Agellius item l.i. inter laqueos Dialecticorum  
ponit σκαλόσσας διωειάς, clandicantes. Potuit igi-  
tur dicere Themistius σονινά ἡ λοξά πίνατα.  
Nihilominus probo maximè λοξά, obliqua, tor-  
ta, flexuosa, quales vulgo fuere Sophisticæ at-  
gumentationes. De Plotino Eunapius, τῷ λοξῷ  
ἡ αἰγιματώδῃ τῷ λόγῳ βαπτὶ ἐδίνει ἡ δυσκοος, ob-  
dictionis obliquam & ab ænigmatum obscu-  
ritate

Frate non alienam rationem grauior & à populari captu disunctor videbatur. Sic apud D. Hieron. Praefat. in Iob, *Obliquus apud Hebreos totus liber fertur & lubricus*: vbi obliquus, mo. nihil est aliud quam λοξός. Arnobius item l. 3. responsa Apollinis λοξά, vocat obliquata, dubia, Obliquata & obscuritatis submersa caligine, & Martianus Capel. obliquis ambagibus varicinia: Lycophron λοξά ἵπποι, Cassandra vaticinium nominat. Lucian. in Philopat. τὰ ποιητῶν, ait esse ἀμφίλοξα, ambigua & obliqua. Quæ velut interpretans Diomedes sic habet lib. 3. Metra quæ sunt tortuosis obscuritatibus implicata, ac multarum rerum diversitate perplexa. Vetus interpres Iuuenal is diceret deuia; sic enim ad Satyram 1. Tam deuia Iurisperitorum respōsa sunt quam Apollinis: deuia respōsa sunt λοξά, unde & Apollo ipse λοξίας. Græci eodem sensu dicunt orationis πλαγιασμὸν, obliquitatem, quam Photius in Demosthene aliquando repertam prodit. Ælian. in Var. de Socrate: Habuit, inquit, αἰνιγματωδὺς τὸ πλαγίου λόγοις. Aristophanes dixit γανισθεὶς τῷ ἐπώνῳ, hoc est πλαγιασμὸς & αἴναις, ait Græcus Interpres. Huc refertur quod ait Plato Canctrum Sophistam, ab Hercule summo heroe atque sapiente victū prostratumque fuisse: Cancri autem proprium est in obliquum ferri atque decipere. Tertullianus l. 5. contr. Marcion. vocat subtiloquen-  
tiam hominum fallacium. Sic poëta Græcus in Antholog. Nicostratum appellat σκανδαλοφερῆντας ποιητὴς σοφίας subtilia effutientem. Seneca ep. 45. subtilissimam collectionem, & ep. 117. soleritissimas Nugas. Nyssenus Antistes or. 7. contr. Eunom. tissime,

Subtilo-  
quentia.Subtilissima  
collectio.Nugæ soler-  
tissime.

**Αναγκη συλ-** συμμορισμος αιδίου τας γεωδες ανωδι πειθοειστον,   
**λογ.** syllogismorū necessitatem circum aniles aures bombilā-  
**Feſſig.** tem Socrates in Euthydem. ουαδηνάτων παιδιά, ludos quoſdam in disciplinis, quod, inquit, iſi homi-  
 nes nominum varietate & differentia ιπποσκελίοντες  
 ή αιδήιοντες, quasi apposita tibia supplantantes &  
 proſternētes, alios rideant & illudant, eorum more qui  
 ſedere volentibus η σκολιόντια ιπποσκελίοντες, furtim  
 ſubſellia subtrahunt. Huc fortalle reſpiciebat Se-  
 necca cum eadem vocauit Luforia, quaſi batuen-  
 tium rudes ad ostentationem ventilatas. Gen-  
 tium Apoſtolus Ephes. 4. appellat κυβέλαι, ut  
 Clemens Alex. 13. Strom. notauit. Theodore-  
 tus ſumptam eſſe vocem ait, ab ijs, qui talis lu-  
 dunt, in quo plerumque ſolet eſſe frauſ & cal-  
 liditas. Galli proprie nominarent piperie. Quo  
 ſenſu D. Greg. Nazian. or. 52. elegantissime  
 vocat ψιφολογικὴ περιπέδη, vniue de goblets. Et  
 quaſi interpretans Seneca ep. 45. praſtigiorum  
 acerabula & calculos. Cæterū in diſputando  
 nonnunquam vtebantur fuſa & lacinioſa ora-  
 tione. Plato in Protagora μῦθοι, fabulam vocat,  
 morēmque Rhetorum eſſe ait, σμικρὰ ſemperantes  
 δολιχὸν κατεῖνοις ἢ λόγου, ut breue quiddam inter-

Mūθος.

Ambages fal- rogiati, prolixam producant orationem. Gellius, am-  
 Jaciolæ. bages fallacioſas nominat: Ifidorus Peluſiot. 1.3.  
 Διὰ μύκλων epift. οὐκέ πολὺ τινὶ ερμηνεύειν, per ambages  
 dicere. dicere. quaſdam & circuitum explicare, hoc eſt fallaciter  
 & obſcuře; cui opponit σωπήματες & σωφρός dice-  
 re. S. Leo ep. ad Pulcheriam vocat circumlocu-  
 tiones. Remotus, inquit, circumlocutionibus quibus  
 obſcurari veritas ſolet. Saepius autem breuibus &  
 acutis interrogationibus vrgebant. Aristoteles

de repreh. Soph. c. 12. ait fraudes Sophistarum sape oriri ēn rē πονταρεσιών πως, ἢ διὰ τῆς σπουδῆς, ex certo percontandi modo, & per interrogationem. Quo modo intelligēdus est Plato in Sophista, cūm ait eos vti βεβήσι λόγοις ad eum cum quo disputant irretiendum. Lucianus ἐν οἰκεῖη. rem variè expressit; nunc enim vocat συνώμασα ἐρωτιστα, nunc μικρὰ ἢ κομματικά ἐρωτιστα, interdum ιχνὰ ἢ λεπτά, & aliās βεβήσι βεβήσι λόγοις αναπλέκειν ἢ συλλαβίζειν. Laertius in Ze. 20. non. μικρὰ λογαρια σιλοσθων. Agellius l. 18. c. 1. minuta & nodosa. S. Irenaeus l. 2. aduers. hæres. dixit minutiloquium circa quæstiones, aīque esse Minutilo-Aristotelicum, hoc est, me quidem interprete, quium. Sophisticae Dialecticæ proprium, quemadmodum Iustinus Martyr κανοποχίων Aristotelis nominavit. Pari modo Gregor. Nazianz. or. 23. μικρολόγον σοφίων dixit: Claud. Mamert. de stat. an. l. 2. c. 7. neχυσίστιμas quæstionum minutias. Qui apud Irenæum legunt minutiloquium, de tanti viri elegantia iudicioque deruunt. Luculenter in hanc rem Seneca ep. 82. Verba mihi capiōsas componis, & interrogatiunculas nec̄tis, D. Paulus 1. Timoth. 6. vocat ζυπησες & λογομαχιας, ubi maxime de hæreticis loquitur, quorum propria est Sophistica & disputatrix malitia. Itaque Cyriillus Alexandrinus in Iocalem eos vocat πικρούς ζυπητας, peracerbos quæstionum architectos, & πληνηγοις έννοιοι εμπιπλα δροις, fallacibus inuentis abundantes. Tertullianus lib. de anim. apud philo. Sophos ait esse propagines quæstionem, implicatio-  
nes expeditionum. Græcus Theologus θεοτητας & Nazianz. et. οχηνοις ωργηραιδαις τῷ ζυπητατον, superfluos & in-  
I. ij

S. Ambr. l. l. utiles questionum sto:nes. Et S. Ambrosius tor-  
de fid. c. 3. mpta questionum, l. i. de fide. S. Augustin. l. i.  
Insidiosæ in- contra Crescon. nominauit insidiosas interroga-  
terrogatio- tiones, quibus incautorum assensiones captantur. Sed  
nues. hæc quidem nimis multa plurimi fortè opi-  
nabuntur: ego istam locorum animaduersio-  
nem minimè inutilem fore putabam.

---

*Sophisticarum captionum formæ quadam pro-  
ponuntur, Crocodilites, Electra, Protago-  
rion, Opertus, Utis, Ceratinae, &c. Eas pla-  
gas Stoici texuerunt. εἰωταὶ λόγοι. Inter-  
rogationes nominatæ captiones. Lex prisca  
Dialecticorum in disputando. Philetæ Coo-  
pernicioſa captio Sophistica. Argutiae ara-  
nearum telis similes, inutiles.*

## C A P. VI.

Themist. or. 14.

Sophisticum  
lorum fræ-  
numque.  
*Lucian. in vit.  
auct.*



V M verò captionibus libentes  
vterentur, tum eas studiosissimè  
quærebant & assiduè ventila-  
bant, quæ Themistius sophiora  
nominat δυσπίχεα καὶ παρέργα, mo-  
lestæ & improbè concludentia: quod nimirum sic  
aduersarios constringerent, vt nulla propè  
concederetur sui commouendi facultas. Ita-  
que argutas & implicatas illas conclusiuncu-  
las cum loro componit, quo Midæ plaustrum  
erat colligatum, Chrysippus apud Lucianum

vocabat φίμον, frenum, quo videlicet os illis obstringebat, cum quibus disputaret, ut ne mutire quidem possent. Timon Sillographus nominauit δέσμα τῆς απάτης & πιθοῦς, imposturæ & facundie vincula: laudat enim Pyrrhonem quod ea vincula Sophistarum nodosque pertuperit.

— κενεοφροσωνίς τε σεφισῶν

Καὶ πάσις απάτης πιθοῦς τ' ἀπελύσασθαι δέσμα.

Huiusmodi autem nodi & captiones in veterum monumentis plurimæ reperiuntur, quales sunt Crocodilites, Electra, Εἰκεναλυμιένος Operatus siue Inuolutus, Vitæ, Ceratina, Ψυδωδηος, Mentiens, Κυριών Dominans, Sorites, Φαγακρὸς Caluus, Αργός λόγος, Θριζόντες λόγοι, Διαλεκτικάντοτες siue Διάλεκτοτες, Ελέγχοις καὶ αποροι, Μεταποίησις, Γράμμοτες, Ηουχάζοντες, Παράγοντες, &c. Hæc & similia in Stoicorum officina procudebantur, olim ab argutis & ociosis hominibus excogitata, quod in una maximè Dialectica cuperent excellere, hoc est, ut cum Fabio Quintiliano loquar, disputatrix, cuius proprium est in argutando refellendoque versari. Cicero 4. Academ. de Sorite & Pseudomeno: *quas plagæ ipsi contra se Stoici texuerunt.* Quare Dialecticam sibi ipsi esse molestam aiebat Tertullianus, adeoque fuit necesse, ut Stoici, ne captionibus ipsi suis caperetur, iāua quædam peruestigarent, quibus occurserent fallacioquentijs & argumentationibus tortuosis: meminique me legere quatuor ab illis genera cautionum fuisse inducta, (ἀπεργίασιν, αἰεικάστη, αἴγεγχιν, αἰματόμη nominant,) quibus armati & instructi,

Stoici captio-  
num archi-  
tecti.

134 THEATRI RHETOR.

facilè se ab istis laqueis expediebant.

Sed ad rem. *Eēs iōl* Sophistæ ijs maximè de-  
lestabat, & si quando fieri commodè potuif-  
set, ea in disputationem inducebant. Animad-  
uertit Lucianus eos putatos fuisse κακινοις,  
Triumphales, qui vaferrimi in ijs texendis acu-  
tissimique fuissent. In genere dicuntur ἀπρᾶ,  
perplexæ argumētationes, à quibusdam ἀπ-  
εια, ab alijs ἀπροι ερωτησε: & communi uno  
nomine Σοφίουα vel Ερωτίμα. Hinc apud  
Lucianum in Hermotim. ερωτίμα, π τὸν αἴσθατον  
& σκέψια σοφιστῶν, ponuntur simul ut synony-  
ma & ισοδιάλογοι. Frequens sanè est apud  
scriptores ερωτᾶν λόγις, hoc est nodos illos ar-  
gumentationū atque retia nectere, quod aliâs  
Græci dicunt ἀρεπίνην & ἀρεπίθην σοφιστα.   
Vetus Comicus de Eubulide dialectico:

— Εὐβούλινος κερατίνας ερωτῶν  
Καὶ φυσίστη δηλόστη λόγοις τοὺς ρήσεας κυριῶν.

— Eubulides Ceratinas interrogans [necetes]  
Et mendacibus tumidisque verbis Rhetores versans.

Interrogatio- Etiam Latini *Interrogationes* vocant. Seneca  
nes strucere. ep. 48. scilicet nisi interrogations vaferrimas struxer-  
o, &c. & epist. 82. verba mihi captiosa componis,  
& interrogatiunculas neces. Sic M. Tullius Sori-  
ten captiosissimum genus interrogationis vocauit.  
Et lib. 4. de finib. pungunt quasi aculeus, interrogatiunculis angustis. Cæterum ea quæ paulò ante  
enumerauit Sophistata, nomen habuerunt  
vel à fabella quadam, vel à similitudine, vel à  
materia, vel à modo, vel à fine, & huiusmodi  
alijs: cōque spectabant se in omnia, ut cogerent  
vnumquemque sibi contradicere, ut

Interroga-  
tiunculae an-  
gustæ.

monuit Plato in Sophista, vel ut perplexi ambigique hærerent: vnde apud Lucianum *Διανοίξετο ερωτᾶ*, sic interrogationem necesse, ut operosissima difficultimaque sit responso.

*Κροκόδελφος* apud Lucian. in Vitar. auct. vel *Crocodilites*.  
ut est apud Aphthonium, *κροκόδελπτης*, ab eo Crocodilo nominatum genus captionis fuit, quem aiunt raptam à se puellam denotare cupientem, ea lege matri se promisso redditum, si mulier verum diceret, quidquid ipse de reddendo puero constituisset: *ἄνθρωπος* omnino captio. Nam si mulier respondisset, *Reddes*, quia reddere ipse non statuisset, vera non dixisset: Contrà si dixisset illa, *Non reddes*, reddere non debuit, alioqui vera non fuisset responsio: quidquid igitur illa diceret, *Crocodilus* non fuit redditurus. Quintilianus lib. I. c. 10. hoc genus ambiguities *Crocodilinas* vocauit: nominari etiam *ωφίλα* quidam monent. Simile est illud *Protagorion*, de quo A. *Protagorion*, Zelliūs l. 5. Noct. Attic. cap. 10. Paria scribit ē Corace qui mercedem ab adolescente repetebat Sextus Empiricus aduersus Mathematicos.

*Ηλέκτρα* sumptum ē theatro est *ἐρώτημα*. *Electra*.  
Nam Agamemnonis illa filia, cuius fortē & constantem animum pinxit Euripides, rogata dum fratrem nosset: Optimē se nosse aiebat: dum illum cum quo loqueretur; id negabat. Atqui ille cum quo agebat, eius erat frater. Tandem igitur & norat & non norat. Huc collineabant Sophistæ. Huius generis meimi-

nerunt Laërtius in Euclide, & Syrus Dialogorum scriptor *αριστος*.

**Συνεκδιλημ-**  
μα.  
Opertus  
Inuolutus.

Similis est λόγος Κεκαλυμένος, vel ut frequenter dicitur ἐπικεκαλυμμένος, Opertus. Quæro. Num patrem tuum noris? Et maximè quidem. Num etiam hunc pallio tectum & nuolatum? minimè verò nisi videam. Atqai hic Pater tuus est: patrem igitur nosti & non nosti. Nugæ Sophisticæ. Vel etiam dicitur Opertus, cum clam irrepo & quibusdam positis, quod volo efficio. Libet concludere decem esse pauca hoc modo, An non duo efficiunt pauca? Videtur. An non tria? Similiter. An non quatuor? Conceditur. Igitur & decem: nam unum, duo, tria, quatuor, efficiunt decem. Atque hoc mihi Zenonium argumentum prius videtur, quam quod positum est à Laërtio in Zenone, cum hoc ipsum explicat. De hoc genere captionis scripsit libros duos Chrysippus. Apud Themistium or. 14. philosophi opus dicitur της εἰσακαλυμμόντων θοκαλύπτειν. Inuentorem illius fuisse Cronum Diodorum prodit Laërtius: φερόντος δοξας οὐρανίας τὸν ἐγκεκαλυμμένον, &c.

Oūndēc.

Oūndēc quoque ex Homericâ poësi hausti & callido ingenio ab Ulysse quasi penicillo effici meo iudicio fuerunt. Ait Cyclops iniuriam sibi factam, neminem autem iniuriam fecisse: quae sunt ασύντα Sophistica. Vtidis meminit loco superius laudato Euphrades Sophus, & Diogenes in Zenone. Chrysippus, ut est in eius vita, de laqueo illo tortuoso, primum quidem libros octo, deinde unum elaborauerat.

Inter captiones numerat Ceratinas Quinti- Ceratinæ.<sup>1</sup>  
 lianus lib. i. κέρατα & κεραῖνος λόγοι quidam no- Kērētānūc.  
 minant, alij κεραῖνει, quidam etiam κεράπδει, Kērētādēc.  
 Cornua. Nomen habuit à materia syllogismi,  
 quem in ore frequens habuit Chrysippus, ut  
 est apud Laertium hoc modo: Εἰν δὲ ἀπέλαθες,  
 οὐκ εἴης. Kērētā ð' in aπέλαθες. κέρατα δρα εἴσαι. Ver-  
 tit Latinè Seneca ep. 49. Quod non perdidisti ha-  
bēs; cornua autem non perdidisti; cornua ergo habes.  
 Vbi vir grauissimus acutam delirationem vocat.  
 Habet & totidem verbis Agellius l. 18. c. 2. vbi  
 etiam in conuentu eruditorum proponi soli-  
 tam huiusmodi captionis solutionem memi-  
 nit. Meminit quoque illus Sextus Philosophus  
 Pyrrhon. hypoth. l. 2. c. 22. Et certè in cre-  
 berrimo fuisse usu ex antiquis monumentis  
 intelligimus. Accessit quidam aliquando ad  
 Diogenem Sophista, συμφιλίων δὲ κέρατα εἶχε,  
 qui argutiolam hanc de cornibus obtruderet:  
 at ille manu frontem attingens, Equidem illa, in-  
 quid, non video. Quò respexit fortè sophus Ro-  
 manus ep. 45. his verbis: Qi interrogatur an cor-  
 nua habeat, non est tam stolidus ut frontem suam tenter,  
 nec rursus tam ineptius & hebes, ut non habere se-  
 nesciat, quod tu illi subtilissima collectione persuaseris.  
 Autorem huius argumenti quidam faciunt  
 Chrysippum, alij Eubulidem, non nemo Phi-  
 lonem, alij alios. Et ne quis fortè miretur eas  
 fallaces & minutæ conclusiunculas fuisse etiam  
 viris magnis obiectas, qui specimen eruditio-  
 nis philosophiæque ediderant; ea lex fuit pri-  
 scorum Dialecticorum, ut etiam acuti & ar-  
 gutuli, nisi præsenti ingenio essent atque

prompti, aliquando caperentur. Id vel eo potest intelligi, quod Agellius memorat lib. 18. c. 13. E Platonis sinu quidam audacior Diogenem aggressus sic *ὑπότιτος*, *Quod ego sum, id tu non es.* Diogenes annuit. Tum ille, *Homo autem ego sum*: hoc etiam concessit: conclusit ad extremum Dialecticus, *Homo igitur tu non es.* Eluſit vim argumenti Diogenes; Hoc quidem, inquit, falso est; & si verum id fieri vis, à me incipe. Prisca vero lex illa Dialecticorum,

*Prisca lex Dia-  
lecticorum.*

propter quam solutio captionum difficilior esse videbatur, hæc fuit, ut doctissimi viri prodiderunt, ut interrogato fas non esset aliud respondere, quam simpliciter aiendo aut negando: qui aliud quidpiam addidisset, is impolitus & totius disciplinæ ignarus habebatur. Hinc orta ea consuetudo hominum elegantium qui rectissimis studijs operam dabant, ut in cœtu adolescentium eruditio, huiusmodi captiones proponerentur, in quibus enodandis, cum laude & omni prædicatione animi sui neruos intenderent, quo paratiores forent postea, si quis è medio Sophista Cornua prætederet. Quem morem eodem ipso capite laudat Agellius. Ea lex durior visa, quod Sophistæ illa abuti solerent ad labefactādām hominum innocentiam: ut cùm ita laqueum suum necabant; Quæro abs te desierisne facere adulterium, an non. Hoc omnino est quod in Platone, *Σωτῆρα φυγεῖ*, insolubilem conclusiunculam illigare: nam seruata Dialecticorum ea lege, seu concedas siue neges, te fuisse vel esse adulterum confitebere. Additum igitur fuit ad le-

*Exceptio le-  
gis.*

gem, non esse captiosis interrogationibus respondendum. Sanctissimus autem Gregorius Nazianz. orat. 31. licere vult ἀποπτέροις αὐτοπτίασι λύει τὰ  
ἀντίστοιχα Σωτῆρα, quæstionum absurditatem, absurdioribus interrogationibus soluere: idque proprium Sophistarum esse innuit, quos ibidem σοφοὺς τὰ  
μάταια nominat.

Alia quædam argutiarum species veterum monumentis nobilitata fuit, ψυσθόμηνος λόγος, quem M. Tullius *Mentientem* reddidit, quidam ψυσθόλογοι dicunt, alij Græcum nomen Latinè usurpant. Quid, inquit Seneca, me detines in eo, quod tu ipse *Pseudomenon* appellas, de quo tantum librorum compositum est? Chrysippes fortè commentarios intelligit, quos in indiculo suo ponit Laertius: qui etiam huius captionis meminit in Euclide & in Zenone. Epictetus apud Arrianum dixit ψυσθόμηνος Σωτῆρα, *Mentientem* proponere. Philotas, ut est apud Athenæum lib. 9. ζητῶν τὸν καλύτερον ψυσθόλογον οὐκ λόγον interijs, in cuius Epitaphio hoc fuit:

Ἐπίτητας εἰμί, λόγων ψυσθόμηνός με  
Ωλεσσ.

Hoffes, Philetas sum, mendax & captiosaratio  
Me perdidit.

Kueibōn, quem Dominantem quidam vocant, Kueibōn.  
fuit etiam inter vncos & laqueos Sophistatum, Dominans,  
de quo scripsérat commentarium Antipater,  
quem qui legerit, fiet αἰγαλοπέρος & φλυαρόπερος,  
longè quam antea ineptior, ut ai bat Epictetus  
apud Arrian. l.2. c. 19. Vulgo iactatum hoc gen-  
nus fuisse liquet è Plutarchol. 1. Symp. q.1. qui  
eos reprehendit, qui etiam trahunt in conui-

via τὸν κατειδόντα. Huius captionis autores facit Themistius Philonem & Heliodotum, quorum, inquit, præclarafunt monumenta, οἱ Κυρεῖνοι & οἱ κερατίνιοι. Sed nescio tamen an in Heliodoro sit mendum: nam quod ad κερατίνιον attinet, non Heliodorum, sed Diodorum eius fuisse inuentorem prodit Laertius lib. 2.

*Μεταπτίθοντες.* Μεταπτίθοντας sæpe nominat Arrianus in Epicteto, ut l. 2. c. 21. συλλογισμοῖς πάσαις επι μεταπτίθοντας & cap. 2 l. 3. μεταπτίθοντας ἡρωτῶν. Meminit etiam pag 253. 275. 334 facit quoque sæpe mentionem τῶν πράγματων, ut lib. 3. c. 2. & cap. 21. Exercuisti, inquit, te in syllogismis, quomodo se habeant metapτίθοντες, quomodo οἱ τῷ ἡρωτῶν τῶν αἰνούστες.

Tres autem disputantium laqueos è frequenti quæstione de fato sumptos nominat Plutarchus lib. de fat. his verbis: Αρχέτι οὐδὲ Συντεταγμένοι εἰς τὸν εἰμιδριθέλω οὐρανούμφρος, ανθρώπινα ως δημήτως, &c. Ignava autem oratio εἰς Metens, εἰς qui de fato appellatur, reuera fallaces sunt conclusiunculae è disputatione de fato tractæ. Habet quoque Αρχέτι λόγου M. Tullius l. de fato, & dissentè inter captiones numerat. Appellatur quidem à Philosopho, inquit, Αρχέτι λόγοι, &c. Nomini rationem post paulò subiungit: Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis è vita tollitur actio. Paria dicit Origenes l. 2. cont. Celsum: Αντί οἱ Αρχέτι κακόμφρος λόγος Κρισιμα ων, &c. Vbi idem cum Cicero ponit exemplum. De alijs (nam longiorem me sentio) meminit Diogenes Laertius. Atque de his vniuersim dici potest quod Aristoteles pronuntiabat, λόγοις διαλεκτικοῖς, captiones

granearum telis esse persimiles, quæ et si quid artificiosum indicare videantur, inutiles sunt. Cæterum de Paralogismis Sophistarum, & fallaci argumentandi ratione videndus Aristoteles 1. *αεὶ ξένος*.

*Quis primus Sophistas εἰσικός pro seminauerit. Quām potentes fuerint in captionibus. Ἀριστοτελεῖον illis tribuitur, & inuictum genus disputandi. Aduersus eorundem argutias se docti studiosè comparabant. Reprehensi ab omni scriptorum genere Eristici. Ερωτικὰ σοφίου πάτη. Vindicatur Athenai locus, illustrantur alij.*

## C A P. VII.

**V**BVLIDES Milesius in *εεσικήν* nobilis, & in veteri ævo celebatus fuit, quod tortuosos interrogandi modos in disputando sit machinatus, Pseudomon, aliósque plures de quibus superiori capitolo quebamur. Eum igitur ea causa Comici perstrinxerunt, & *εεσικὸν Εὐκλίδην*, *Contentiosum* nominauerunt. Neque tamen inuentor ille fuit *εεσικῆς*, nam à sinu Euclidis prodierat, docti viri, quem secutum etiam aiunt *Contentiosum* disputandi genus. Timon certè ait illum Megarensibus *εεσικῆν λύσαν Σιονος*, contentionis rabiem inuexisse. Quare hunc quidam putant

fuisse parentem & satorem, à quo in lucem geniti Sophistæ, in rabiosa illa contentione vitam propè omnem contererent. Fa-  
teor Euclidem eam aliquando studiorum ra-  
tionem fuisse complexum, quem videns So-  
crates εποδεικνύει τοις λόγοις ερευνών, nimium  
Contentiosæ artis studiosum, reuocauit, cùm So-  
phistarum inanitatem illi explicuisset. Sed in-  
uentorem illum ερευνάν, fuisse non puto. Sci-  
mus enim Euclidem diligentissimum fuisse au-  
ditorem Gorgiae, quem priùs in eodem ua-  
tacopœchias curriculo volitasse ferunt. Dionylius

Dion. Halic. in  
Isocr.

Arist. de Sopb.  
c. vlt.

Arrian. l. 3.  
c. 5.

Protagoras  
ερευνῶν  
autox.

Halicarnassæus à Gorgia & Protagora τοις ερευ-  
νούσις & φωτικούς manasse prodit, primūque Iso-  
cratem se ad ciuiles orationes transtulisse.  
Eiusdem etiam meminit Aristoteles, & signi-  
ferum quendam fuisse huius artis haud obseu-  
rè innuit: οὐ, inquit, οὐδὲ τοις ερευνούσις λόγοις μη-  
δαρνούσι τοι, ὅμοια τοι παιδειών την Γοργίαν περιχω-  
νίαν, institutio Contentiosorum similis erat Gorgiae  
tractationi. Socrates in Hippiam id inuentum  
referebat, si modò verum est, quod scribit Ar-  
rianus in Epicteto: Socrates, inquit, εἰ πε-  
λεγένθε τοι, οὐ περιμέτο, αὐτῆς τοῦτος Πρώτα γέγον, τοῦτο  
Ιωνίας. Si quis oratiunculas requirebat, si disputationi-  
culas, ad Protagoram ablegabat, ad Hippiam. Sed do-  
ctissimi autores quos libē sequor, huius studij  
architectum aiunt fuisse Protagoram Sophi-  
starum omnium antiquissimum. Præter ea quæ  
haec tenus allata sunt, clare Diogenes Laertius  
τὸ οὖτοπολεμον γένος τοῦ ερευνῶν εὔλογον. Tralatuum  
Contentiosorum genus proseminaluit. De eodem Sui-  
das, τοις ερευνούσις λόγοις οὐρε, &c. Hinc à poeta

Sillographo εείζειδης οὖ εἰδὼς dicitur: & inter  
ipsius commentarios, numeratur τέχνη τεω  
τικόν.

Ad huius principis ductum se accommodaverunt, atque in huius artificij communionei societatemque venerunt, Gorgias, Hippias,  
alijque facundiæ primi illi institores atque lu-  
mina: tum deinde natio omnis Sophistarum,  
latè per vires & prouincias dissipata, qui dici  
non potest quantum in eo genere potuerint.  
Præsertim verò si ad naturam & celeres inge-  
niorum motus, scholæ pertinax & continua  
quoque meditatio accessisset, etiam doctos &  
ingeniosissimos impediuissent. Naturam dixi,  
quod ea plurimum in hac re possit, vel Tito  
Annio teste, qui sine commendatione doctri-  
næ, Gracchum tamen alioqui promptum &  
audacem, & eximium oratorem, acumine &  
subtilitate illudebat, de quo sic Plutarchus: *Plutarch. in  
τὸ λόγῳ τοῦ τριτοῦ Διπορείας αὐτοχρήστου σολωνού, Gracch.*  
*in dicendo interrogationum & responsonum incom-  
parabilibus præcellere argutijs habitus.* Græci verò  
cùm aëris atque loci condizione acuti forent,  
atque, ut ait M. Tullius, contentionis cupidio- *Cic. I. de orat.*  
res quām veritatis, cùm etiam in id stadium  
incubuissent, quid moliri & efficere non po-  
tuerunt? Certè Philo Iudæus sermonibus So-  
phistarum tribuit τὸ μεγάλεσσον, non facile posse  
conuinci. Et S. Basilius eo nomine vocat δυσουα-  
χωνικοὺς φιλοσοφοὺς. Aristoteles etiam doctissimos ab  
ijs irretitos monet: ὃ τὸν εἰδὼν εμποδίζοις τοντοῖς τοῖς  
νόησις: Sophistæ his argutijs vel scientem quoque im-  
pedirent. Id quoque D. Augustinus testimonio

*Philo I. quis  
diuin. rer. her.*

*S. Basil. homil.  
in id. Attende  
tibi. p. 349.*

*Arist. derepreh.  
Soph. c. 8.*

*S. August. I. 2.  
de doctr. Christi*

suo comprobat: sunt, inquit, multa quæ appellantur Sophismata, false conclusiones rationum, & plerumque ita veras imitantes, ut non solum tardos, sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant.

Itaque Philosophi ne se in eos laqueos aliquando induerent, plurimum in ijs intelligentis uti laborisque ponebant. De Sopho Demonaete sic quidem Lucianus:

*Lucian. in  
Demons.*

*τοὺς τε τοὺς Σοφούς*

*τὴν ἐρωτησιῶν πάνω δύσοχας παρεποθέσοι, aduersus tortas*

*Plutarch. in qq.  
Platon.*

*& capiosas quæstiunculas egregie fuit instructus &*

*paratus. Socrates ea causa, teste Plutarcho, eum*

*lūum in agendo modum excogitauit, ὡς περ*

*Αρριαν. l.3.c.8.*

*καθηρίους φαρμακον, purgans veluti medicamentum,*

*Idem c. 26.*

*quo Sophistarum inutiles contentiones & nu-*

*Clem. Alex.  
strom. l.1.*

*gas elueret. Epictetus apud Arrianum:*

*τὸν ἐρωτηματικὸν σοφιστικὰ γυμναζόμεθα, aduersus quæstiunculas*

*Plotin. Ened.  
l.1.3.*

*Sophistarum nos diligenter exercemus. Et alio*

*in loco: Tu vero ostendere vis nobis, quam sis exer-*

*citatus, μή ποτε πλεύσας δέξῃ σοφιστῶν, in eo ut ne*

*quis te arguit de gradu deiçiat. Hinc Clemens*

*Alexandrinus monet sapientiam esse τῷ θρίκῳ,*

*muro & lorica muniendam, ne Sophistæ in eam*

*temere possint irrumpere: & aliâs, Oportet, in-*

*quit, arguendi & refellendi genus persequi, ἔνεκα τῆ-*

*τοῦ δόγματος αὐτοῖς διακρίνεσθαι τὸν σοφιστῶν, ut*

*Sophistarum fallaces repellantur opiniones. Vbi Dia-*

*lecticam maximè commendat, quam Plotinus,*

*per regulam veritatis, ait præclarè mendacium*

*& Sophismata cognoscere. Ad eam ut plenissi-*

*mum armamentarium fugit Aristoteles, ut*

*Sophistas liberius volitantes comprimeret.*

*Cæterum ab omni hominum memoria viri*

*grauissimi*

grauissimi τοις εεσικοις suis dictis atque sententijs  
cōdemnauerunt. Epictetushuiusmodi quidem Damnati  
homines ad restim & crucem mittit. Volo, in- Eristici.  
quit, probè intelligere, quid Chrysippus dicat, ἀπει τοις Arrian. l. 2.  
ψυχομόρφων, de syllogismo Mentiente: οὐ απαγέγη με της c. 17.  
δημολῆς θεότης Θάλα; quin te suspendis cum hac animi  
tui inductione, o miser? Plutarchus ex Platone vo- Plut. de profec.  
cat σκυλάκια rabiosas caniculas: οἱ δὲ ωτερά τὰ σκυλάκια τῷ virt.  
γένειν δὲ απεργέντεν χαρόποντες έπει ταὶ εειδεῖς, δὲ ταὶ ζωειας  
δὲ ταὶ σοφίουματα χωρίσονται, alij caritorum in morem ra-  
ptando & taniando gaudentes, ad lites, captiones  
obscuras, & sophismata se conferunt: mox subdit,  
plurimos Dialecticorum, cùm subtilem & ar-  
gutam disputandi rationem cognouissent, in  
Sophisticum illud genus, tanquam in Scyllam  
aut Charybdim incidisse. Seneca sape carpit:  
Multum, inquit, illis temporis verborum cauillatio Senec. ep. 45.  
eripuit, & captiose disputationes, que acumen irritum  
exercent. & aliās, disputationculis inanibus subtili- Idem ep. 117.  
tatem vanissimam agitare. Inanes vocat disputationi-  
culas, quemadmodum Isocrates αχείσοις, inutiles. Isocr. in Helen.  
Theiniſtius sophismata, ὡς χαλεπή μὲν η ξωτική, αχείσοις Themist. or. 14.  
δὲ η οθική, quorum & intelligentia difficultus, nec utilis  
notitia est. Athenaeus autem φωφελή οφίουματα, in-  
fructuosa. Locum Athenaei proferam, quod  
vulgò male illum accipient & deformant. Stil-  
pon aliquando inter potandum Glyceram  
arguit, quod iuuenes corrumperet: at illa,  
Idem vobis, o Stilpon, crimen obijicitur; σέ περιδε λέγοισιν Athem. lib. 3.  
οφίουμεν τοις ενορχακονταί οντι φωφελή δε ερωτικά οφίουματα διδάσκονται, εμέ τε ακαύτως. Quæ sic verro;  
Nam eos qui te adeunt, inutilibus amatoriisque argu-  
tijs, quas doces, te non minus quam me, corrumpero

Vindicatus  
Athen. locus.

loquuntur omnes. Doctus Interpres ἐρωτητὰ σοφίαν reddidit interrogaciones & argutias, quas fuisse ἐρωτήσα, & quidem ita legendum putat Casaubonus, sed frustra. Vult Glycera significare, non modò Musas in scholam philosophi, sed Cupidinem etiā introire. Itaque auditorium philosophi comparat cum cella scorti. Sic enim subdit continuo, μιδὲν οὐδὲ θεοφέρην θητεῖν θεόν τε κακός πάχειν, οὐτε φιλοσόφα ζῆν, οὐτε εἰσεῖσαι, nihilque referre ijs qui sic in miserias incident ac pereunt, an apud philosophum degant, an apud scortum. Quæ sane comparatio nulla esset, nisi de amatorijs quæstiunculis Sophistarum loqueretur. Nec est ut miretur Casaubonus, attribui Philosopho ἐρωτητὰ σοφίαν. Potuit enim meminisse, quod est apud eundem Athenæum lib. 4. qui locus hunc illustrabit maximè, vbi agitur de Stilpone. Ait Persæum Cittensem Philosophum dialogos composuisse, ex Stilponis & Zenonis Commentarijs concinnatos, vbi quæstiunculas multas ponebat, quando in conuiuium formosi adolescentes formosæque virgines perducendæ sint, quando venustate & gratia commendabiles admittendi, de obso- nijs, de basijs osculisque pulchrorum, & ~~τελε~~ ἀφοδισιών, ut additur li. 13. Dipnosoph. Hæc autem corrumpere iuuentutem, idem autor, ne alium testem quæramus, perspicue lib. 5. significat, vbi cùm Socratem memorasset, cum Cristobulo de pulchritudine contendente, iudices posuisse puerum & saltatricem, & φιληματα iudicum basia, victoriæ præmium esse voluisse, hoc addit: οὐδὲν τοῦτο ἀπογεγόνεται.

Venerij So-  
phi.

Idem l. 4.

Lib. 13.

Lib. 5.

etiam uāmer, &c. quis ergo iuuenum, cūm in hæc in-  
ciderit, non obteretur & perdetur potius, quād ad  
virtutem proficiat aliquid? Sed è diuerticulo in  
viam redeamus.

Non prophani modò scriptores, verū Patrum de-  
ctiam diuinitus illuminati, arguendos sibi Eristicis audi-  
fessimis, & repudiandos putauerunt. Isidorus  
Pelusiota illos pungit atque insimulat, qui do-  
ctrina & dicendi facultate abutuntur & ērēdēs  
& uāzai, in huiusmodi contentiones plenissi-  
mas inanitatis. Eruditissimus Gregorius Na- S. Greg. Naz.  
zianz. qui multis quidem in locis, sed præser- orat. 90  
tim Athenis, eorum hominum studium inutile  
& molestum cognorat, morbo isti populari  
medicinam adhibet, monētque ut pestilentem  
illam auram fugiant: οἱ τοῖς λόγοις μὲν ὁρίσπα τοῖς  
λόγοις διερρέπε, μηδὲ συγκατατελεσθεὶς τῷ πόνῳ περὶ λόγων,  
μηδὲ ριχεῖς διδούμενοι πάντα κακά, &c. Qui literis ope-  
ram datis, ne doctrinæ atque eloquentiae vestræ ma-  
gnopere confidatis; nec immodicè & Sophistice plus-  
quam ratio postulat vos effeatis; nec in rebus omnibus  
vincere male cupiatis, &c. S. Augustinus cauendam S. Aug. l. 2. de  
esse ait, libidinem rixandi, & puerilem quandam doctr. Christi,  
ostentationem decipiendi aduersarium, & illa quæ  
nominari dicit Sophismata. Quorum cūm  
exemplum unum attulisset, tum addidit grauissi-  
mè: Quod genus capiosarum conclusionum, scriptura  
quantum existimo detestatur illo loco, ubi dictum est;  
Qui Sophistè loquitur, odibilis est. Atque haec tenus  
de Sophistarum illo genere qui Philosopho-  
rum potius similitudinem quād oratorum  
habuerunt.



THEATRI VETERVM  
RHETORVM, ORATORVM,  
Declamatorum, quos in Græ-  
cia nominabant Σοφιστας,

*LIBER TERTIUS.*

---

Secundum genus Sophistarum in docenda aut  
ostentanda eloquentia versantium. Δογματι-  
σται Rhetorici, professores, disertores,  
διδάσκαλοι ασκήσως, & pluribus alijs nomi-  
nibus vocati. Declamare aliquando lauda-  
re. Technici an minuti tantum artium  
doctores. Et λόγοις βιοῦ.

C A P. I.

**S**OPHISTAS in duo genera  
superius diuisimus: primum  
corum qui Philosophorum si-  
militudinem habuerunt; alter-  
um qui oratorum. Vtrumque  
genus expressit D. Augustinus lib. 2. de do-  
ctrin. Christ. Nam cum Sophistas libidine qua-

dam rixandi, & decipiendi aduersarium studio  
insano ferri dixisset, in quo nostros illos con-  
tentiosos ponit ob oculos, subdit: Quanquam  
etiam sermo non captiosus, sed tamen abundantius,  
quam grauitatem decet, verborum ornamenta conse-  
ctans, sophisticus dicitur. Alludit ad utrumque  
item genus S. Hieron. his verbis: Non Rhetorici S. Hieron. l.  
campum desideramus eloquij, non Dialecticorum ten- <sup>advers. Helvid.</sup>  
diculas, nec Aristotelis spineta conquerimur. Et  
eius præceptor eloquentissimus Gregorius  
Nazianz. in Carminibus,

Greg. Naz.  
homil. 3.

Καὶ τὰς πρεξερουσίας ρυπών τύχασθαις,

Δεπάτης πε μειματις φιλοσόφων ασκούμενος.

Colensque studia volubilis facundiae,

Et quæ docentur à sophis subtiliter.

Iam vno de genere, hoc est illis philosophant-  
tium laruis, quantum satis esse videbatur, egi-  
mus. consequens nunc est, ut de altero dispu-  
tationem ordiamur. Certum autem est So-  
phistas in ostentanda vel docenda eloquentia  
operam suam posuisse, quo modo Sophistæ  
nomen in iure vulgo sumitur: illiisque gene-  
ris omnes fuerunt, si duntaxat paucos exci-  
pias, quorum vitam Lemnius Philostratus, &  
Eunapius Sardianus posteritati reliquerunt.  
Fuit enim tempus aliquando, cum non alij  
quam Sophistæ publicè eloquentiam doce-  
rent, & adolescentiam tum præceptionibus &  
μελέταις, tum etiam dicendo & τὰς ἀποδιξεις ad  
bene dicendi gloriam excitarent. Quos vi-  
deo plurimis nominibus, & à Græcis, & à La-  
tinis fuisse donatos, quæ prout in stylum in-  
current, hīc à me pōentur.

THEATRI RHETOR.

Λόγιοι imprimis nominantur à Pindaro in Nemeis, periti & eloquentes.

Λογοδιδάκοι à Platone in Phædro, quod etiam M. Tullius in Orat. perpetuæ memoriarum commendauit, hoc est orationis concinnandæ & pingendæ elegantissimi artifices.

Σοφιστήρες. A Tzetze dicuntur Σοφιστέρες ῥήτορες, & aliâs iuncta voce σοφιστήρες, Chiliad. II.

Ρητεροί. Rhetorici de vit. Soph. Sic Libanius vulgo dicebatur ῥητεροί, dicendi magister & eloquens: Ipse in epistola quadam ad Eustathium philosophum: εἰπώ μὲν γὰρ οὐδεποτε ἐμαυτὸν ἡγοσάμυνα ῥητερού· οὐδὲ οὐδεποτε με ἐπίσης τὸν καλῶν. Ego quidem nunquam me dicendi magistrum reputavi: tu vero nunquam eo me nomine appellare desisisti. Apud Ciceron. i. de Orat. Quæ arte sive rhetorici illi doctores complectentur. Hincmarus de S. Remigio, Egregius rhetoricus Remigius. S. Hieron. de script. Eccl. Eusebius Emisenus elegantis & rhetorici ingenij. Eunapius in Proæselio, οἱ διδάσκαλοι πετεμέθροι, in oratoria facultate extitit viri, vel, vi Sidonius ait Apollinaris, tribacissimi. Luciano dicuntur ῥητόρων παιδεῖς, Rhetorum filii, oratores, eloquentiae magistri.

Τετραμέδρια  
φει πιο ῥητο-  
ευλο. Professores. Professores dicuntur Latinis. Glossarium vet. Professores, σοφισταί. Profiteor, σημεῖα διδάσκαλοι, σοφιστῶν. Hinc apud Sueton. Rethores dicti Professores. Vlpianus studiorum tantum liberalium præceptores nominandos ait Professores, inter quos primum obtinet locum Rethor, negatque eo nomine appellandos Philosophos, quod professio mercedem in-

cueatur, quam Philosophi non debent appetere. Sunt hæc eius verba: *An et Philosophi Professorum numero sint?* *et non putem, non quia non religiosa res est, sed quia hoc primum profiteri eos forteat, mercenariam operam spernere.* *D. de extraord. cog l.1.§.4.* Hinc profiteri *αἰτῶς* est docere literas apud Paulum IC. D. de vac. & exc. num. l. 9.

Dicebantur etiam olim *Disertores*. In vet. *Disertores*. Lexico Græcolat. Σοφίστης, *disertor*, *sophista*. *τοτὲ δισερτορὰ δισερένδο*.

*Declamandi magistri*, apud Fabium Quintil. l2.c.1. Quo modo S. Basilius ep. 142. Libanium vocat *δοκιστῶς διδάσκαλοι*, videlicet propter *μέτρα* quas docebant, quemadmodum idem sanctus Pater iuuenem in ipso ætatis flore coquentiæ operam dantem, ait ἐπὶ λόγῳ δοκινῷ versari, ep. 201. & Dionys. Halicarn. *δισκήματα μνεῖκης*, declamationes appellat. Hinc etiam *Declamatores* vocantur. Apud Ciceronem, *declamator ē ludo*; & aliās, *declamatorio sit opere iuctius*. Et quia in panegyricis & prædicandis laudibus saepe versabantur, hinc factum, ut *declamare aliquando sit laudare*. Gregorius Turonensis peritè l. 7. c. 35. *Nonnulli*, inquit, arrepti à dæmone per energiam debacchantes martyrem declamabant. Et l. 2. *Ex ista epistola Sidonij in qua eum declamatoriè collaudauit*. Cassiodorus de diuin. lect. c. 19. de B. Cypriano, *libellum declamatoria venustate conscripsit*.

*Διδάσκαλοι* saepe nominantur apud Philostratum aliōsque, ut superiū à nobis significatum est. A Platone l. 2. de rep. *μηδός διδάσκαλοι*

*Declamandi  
magistri.  
Διδάσκαλοι  
δοκιστῶς*

*Declamato-  
res.*

Γερέους δι-  
δασκαλοι.  
Doctores.

Φροντιστ.

Præceptores  
eloquentiarum.

Τεχνιται λό-  
γων.

Τεχνικοι.

Dicendi arti-  
fices.

persuasionis & facundiae magistri. Doctores à Latinis. Cic. I. de Orat. summus ille doctor istius disciplinae Apollonius. Cassiodor. I. 9. Var. Doctores eloquentiae Romane.

Φροντιστ, Iulius Pollux l. 4. c. 6. ait Sophistas perinde ac Philosophos nuncupatos fuisse Φροντιστ, & eorum scholas & auditoria φροντιστει. Præceptores eloquentiae apud Fabium l. 2. c. M. Tullius l. 3. de Orat. idem erant viuendi preceptores atque dicendi.

Τεχνιται λόγων. Expressit I. de orat. Cic. ex quo Græci dicendi artifices & doctores reliquerunt. Libanius in legat. ad Iulian. ἡ τοι μὲν φαύλη μαθηται σοφιστῶν, ἐν ᾧ πλέονται τεχνιται ἀγαθοῖς; et malorum Sophistarum discipulis non sicut bonos sermonis artifices euadere? Quinti. ἀπλῶς nominat artifices: sic enim l. II. Tollit autem manum artifices supra oculos retinet. τεχνιται intelligit artis oratoriae magistros. Idem Τεχνικοι Agellius l. 17. Rhetoricus quidam sophista viriusque linguae callens, hand sane ignobilis, ex ipsis argutulis & minuis doctoribus, qui τεχνικοι appellantur, atque in disputando tamen non impiger. Minutos vocat doctores, ut etiam sumens opinor ab illis Cœlius Rhodigin. l. 14. quod non semper est verum. Nam in laude ponit Eunapius in Iliano: Apsines, inquit, Lacedæmonius Sophista δοξας εχων τεχνικοι προς, vertunt, professoris literarum artium nomen adeptus. Sic apud S. Basilium ep. 197. δοκει τοι μοι την τεχνικων πε τον περιστωματων. Sic in Platone οι τοι τοι λόγοι τεχνικοι, dicendi artifices. Et Tzetzes Chiliad. II. Rhetorum Technicorum eloquentiam & robur in dicendo prædicat.

Δεῖξαι ρήτορων βαλιθείς τῷ πεχμάνῳ τὸ δένει.  
 Technici etiam dicuntur à Latinis. Quintil. Technici.  
 lib. 2. cap. 13. præcepta eloquentiæ vocat de-  
 creta Technicorum. D. August. in Rhetor. Quæsti-  
 ones λόγιαι non ex verbi, sed ex rationis significatione,  
 appellatae sunt à Technicis. Maximus Victorinus  
 Technicos interpretatur artium traditores lib.  
 de Gram. Dicuntur & πεχολόγοι. Aristot. r. I.  
 Rhetor. ἔνοι τῷ πεχολογεωστῷ, nonnulli artis  
 magistri. Mediæ ætatis scriptores Latini arti-  
 graphos nominant, vt Albinus Flaccus Alcuinus  
 læpe I. de sept. art.

Ταῦτα Gregorio Nazianz. or. 20. Παραδεύονται  
 περ Philostrato l. 2. de vit. Soph. & rem cir-  
 cumscribens, οὗ γνώσκουντες τῷ ρήτορι τῷ λόγῳ,  
 doctrinæ dicendi peritissimi.

Vocantur ab Euripide μεμφυται λόγοι, in Μηδικηται  
 dagatores artificesque sermonum, in Medea: λόγοι.  
 & in Hecuba, κόπις ιδυλλογος, id est ρήτωρ, ait  
 Grecus Scholiastes, suavis in dicendo Sophista.

A Dionysio Halicarnass. αἰγανισαι λόγων ρήτορειν. Αἰγανισαι λό-  
 Lacones vocabant μωῆται apud Plutarch. in γαρ ρήτορ-  
 Laconicis: φειφεγγοῦς eosdem expressit ele-  
 gantissimus Gregorius Nazianz. or. 20. Οἵς βίος Μυθηται.  
 οἵνι οἱ λόγοι, quibus vita est oratio: quod idem ha-  
 bet Libanius Declamat. 6. οὐεχόμενοι τῷ κομψῷ  
 ρήτορων, οἵς οἱ βίος λέξιν περὶ αἰγανέζων, νευστος ora-  
 tores illos tolerantes, quorum in dicendo εἰς contra-  
 dicendo vita occupatur. Sic D. Basilius de So-  
 phista, εἰς λόγοις βίοις dixit epist. 151. Præterea εἴνι λόγοις  
 idem Nazianzenus Antistes epist. 210. μητέτω βίοις.  
 τοῦ καὶ πέχηται ποιοτάτως, οἷς περὶ λατεῖν εἴσαντο  
 σχετῶνται διὰ τῷ λόγῳ, qui omne studium atque ope-

ram in ea arte collocat, ut semper aliquid proficeret, ac sui magnificum specimen edat in sermonibus.

*Aliæ quadam eloquentium Sophistarum appellations illustratæ. Λογογράφοι. Proprium Sophistarum scribere. Λογογράφος επειδη ποιος an differant. Quis primus Logographus. Questus ex ea re. Logographi odiosi. Idem in iure Tabularij. Sophistæ συγγενεῖς, Scholastici, Principes huius seculi, Tractatores.*

## C A P. II.

Λογογράφοι.



VNT alia quæ reperiuntur nomina eloquentium Sophistarum, de quibus hic etiam breuiter subijciam. Autores Græci identidem meminere τὸν λογογράφον, mihiique dubium nullum est, quin ut plurimum Sophistæ intelligentur. Est enim proprium Sophistarum opus, scribere. S. Basilius epist. ad Leontium Sophistam, illud meo iudicio verè, νομίσω τὸν πορειαν τοπίον, ἢ τὸ γένος, non aliud Sophistæ opus videtur, quam ut scribat. Quod Plutarchus etiam animaduertit in libel. de fort. Alex. Nec Pythagoras, inquit, neque Socrates, nec Archelaus, aut Carneades nobilissimi Philosophi quidquam scripserunt, sed in otio vitam agentes τὸ γένος παιεῖσσαν τῆς φιλοσοφίας, scribendi munus sophistis relinquebant. Hinc peritè apud Ioan.

Tzetzen; ῥήτωρ ὁ λογοχάφος. Cūm autem varias ob causas scribi olim orationes consueuerint, quas Magnus Maximus studiosè persequitur, *Maxim. apud Suid.* tum fines maximè duos propositos fuisse vi-  
deo λογοχάφοις, nimirum ἀπίδεξιν & βηραβίαιν, facundiæ ingeniique ostentationem, & lucrum. Sic enim Isocrates aiebat, orationes quæ non ab *Iscr. or. ad Philip.* ipso oratore pronunciantur, sed recitantur, vulgo ταῦτα ἀπίδεξιν καὶ ταῦτα ἐργαλαῖσιν γιγάνθει. Prioris generis fuere laudationes, secundi ci-  
uiles orationes. Scriptas ab ijs fuisse laudes hominum excellentium, gratis auctor prodit Aristoteles. Emulantur, inquit, homines vul- *Arist. l. 2.*  
gò eos, ἡντικροὶ δὲ εἰκόμια λέγοται, οὐ τινὲς ποιηταὶ, *Rhet. c. 11.*  
ἢ λογοχάφων, quorum laudes & encomia dicuntur, aut à poëtis, aut scriptoribus orationum. Scribe-  
bantur & iudiciales causæ ab ijsdem, quæ non  
nunquam à magnis oratoribus illudebantur.  
Æschines aduersus Timarchum: καὶ ποιοὶ λογοχά-  
φος γέ τις φησιν ὁ μηχανιδρος αὐτοῖς τὸ πτολογίαν,  
ἐρωτικὰ μὲ λέγειν ἔνειπται, atqui logographus nescio  
quis, à quo scriptam habent orationem, me pugnan-  
tia dicere contendit. Hos autem iudiciis ope-  
ratam suam nauantes, λογοχάφοις propriè dici  
consueuisse Grammaticorum est opinio. λογο-  
χάφος & λογοποίος differunt, ait Ammonius:  
Logographus enim est, οὐ τοὺς δικαιοὺς λόγους χάφων,  
qui ciuiles orationes scribit: Logopœus autem, οὐ λό-  
γους πνεῖς δὲ μέδοις συνάθεις, qui alias orationes fa-  
bulastive componit. Vtrumque nomen tribuitur  
Sophistis à Platone in Euthydemō: γέ τοι με  
οἱ τε δύοδες αὐτοὶ οἱ λογοποίοι, ὅταν συγγένειαν αὐτοῖς  
χαρτοφοι ὡς Κλινία δεκουσιν οὗ, &c. Et enim isti ora-

tionum scriptores, o Clinia, quoties ad eos accessi, mihi videntur supra reliquos mortales sapientes, ipsaque eorum ars diuina penitus & excelsa. Et alio in loco ait Sophistas πώ ποτε δικασμένοις μάχην πραγματεῖν, iudicialem pugnam probè tenere, atque adeò docere unumquemque posse, λέγει τε δι συγγενέων λόγοις eis τὰ δικασμένα, tum scribendis tum perorandis causis. Etiam apud Romanos λογοτεχνάφοι. L. Ælius, ut est apud Suetonium, cognomine stylo fuit dictus, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat.

Sueton. de Gram.

Quinam principes λογοτεχνί.

Fab. l. 3. c. 8.  
Idem l. 9.

Suidas.

Isoer. in Pan-  
ath.

Plato in Phae-  
dro.

Id institutum manauit ab Antiphonte, qui primus ciuibus suis orationes scriptitauit, quibus in iudicio vterentur, ut Plutarchus autor est: quem secutus deinde Lysias in eo genere præstítit, ποτὲ πολλοὶς λόγοις ἐκδιδοὺς de quo apud Ciceron. in Bruto, tum fuit Lysias ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregiè subtilis scriptor atque elegans. Illius in ea re iudicium prædicat Fabius l. 3. Iphicrates Lysiæ orationibus usus, saepe victor in iudicio fuit. Reus Socrates elaboratam ab eo orationem noluit accipere: itaque fuit oppressus ab Anyto, cui Sophista Polycrates accusationem instruxerat.

Magnum ex ea re quæstum faciebant Sophistæ, atque etiam vulgi opinione commendabantur. Scribit enim Isocrates, multos τὸν γραφίων πώ τῷ λόγῳ θεόντας, orationum scriptione magnam fuisse laudem consecutos. Idem orat. τοῦ αὐλιδώτος, ait fuisse παυπιλῆς plurimos, qui in eo genere operam suam ponerent. Itaque res in contemptum abiit, & hominum sapientum reprehensionem. Plato quidem ait quen-

dam virum grauem διὰ λοιδεῖας appellauisse Lysiam λολοχάφον: additque multos præstantes in repub. viros, timuisse orationes scribere, posterisque relinquere, μὴ σοφιστῶν καλῶντας, ne Sophistæ per contumeliam vocitentur. Carpebat eam scriptitationem Epictetus. In quo, inquit, *Epiet. l.2. i.1.* elaboras; ἐν λέξισι, in oratiunculis conficiendis. Si apud Arrian. sapis, relinqu illa τὰ περὶ σόλων, & socratem imitare, qui hanc scribendi consuetudinem relinquebat τῷ μακεσσοῖς, beatis illis Sophistis.

Sed præsertim res in summam inuidiam adducta est, cùm isti orationum architecti, collectis ex eo munere summis diuitijs, gloriostius efferrentur. Quæ causa fuit cur eos iusto conuicio λογιμόροις, & καπίλοις τῷ λόγῳ Periodos cau- vulgò nominarent, hoc est nundinatores oratio- ponantes. num, periodos cauponantes. Scholiares Euripi- Δογματοροι. dis in Hippolyt. explicans ea verba, στοις κα- πίλεσ. ἐν λόγοις, inquit, ἐμπορέου, καθάπέρ οἱ λε- γέμφοι λογιμόροι, & μὴ τῷ φύσιν φιλοσοφεῖτε, οὐδὲ οἱ τῷ λόγῳ καπιλούοντες. Talis fuit Polycra- tes cuius orationem Anytus ἐμδιέγει, grandi pecunia redemit, autore Themistio: Talis Di- Themist. or. 4. narchus χρήματα τῷ λόγῳ εἰσωραπόμενος, scribun- dis orationibus locupletatus, ait Plutarchus. Tales Plutar. in vit. innumerabiles alij, à quorum se numero cau- tè subducit Themistius. Non ego, inquit, in Themist. or. 4. officina sedeo παρεγγόντων λογίστη μηχεῖ ἢ μεχάλα, exiguae siue magnas orationes venditans, neque mihi ex eodem opere quæstum proposui. Atque haec tenus de Logographis, qui alio quodam modo in iure sumuntur, nimirum pro genere quodam scribarū. Est in lib. 10. Codic. Titulus de Scribis,

*logographis & censualibus. In veteri Lexic. λογογράφος, Tabularius: & paulo post, λογοποιός, tabularius.*

*Συγχειρήσις.*

Sophistæ quoque nominati Συγχειρήσις, quod numerosè & concinnè orationes scribebant, & præsertim in laudationibus eximiè componendis, facundiæ & ingenij sui vim proderent. Certè Plato ait *χριστὸς σοφίας κατα-*

*λογίδης συγχειρήσιν επαινοῦς, soluta oratione sophistas laudes herorum celebrasse. Itaque nominantur ab*

*Isidor. Pelus.*  
*l. 3. ep.*

Isidoro Pelusiota συγχειρήσις inter illos, qui homines, aut pulcherrimarum rerum dignitatem, flore & venustate orationis prædicare solent: λω, inquit, ἡ λογογράφοι, ἐ πονταῖς, ἡ ἑπταρεῖς, ἡ συγχειρήσις αὐτοῖς. Strabo de Dionysio Attico Apollodori discipulo, ἡ γέ σοφίας λω μαροῖς ἡ συγχειρήσις ἡ λογογράφοις. Eodem modo

*Themist. or. 5.*

sumit Themistius orat. 5. & συγχειρήσις cum poëtis iungit, & facit in eo similes, quod sermones habeant ἐπειδιαφέροντας τεοῖς ιδεοῖς, ad voluptatem artificiosè compositos, qui delectent. Hinc doctissimus idemque sanctissimus Hieronymus, insulsum ineptumque scriptorem Iouianum, epistola quadam sua ἀγαματην συγχειρήσις nominavit.

*Scholastici,*

scholastici etiam dicti fuete Sophistæ. Apud Tacitum seu Fabium Dial. de orat. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholastico-rum, qui Rhetores vocantur, &c. Quo nomine non declamatores modò intelliguntur, verum etiam de schola politi, & dicendi omnibus ornamentis abundantes. Vnde apud D. Hieronymum ep. ad Nepotianum, *Quædam scholastico flore depinximus. Et in cap. 1. ep. ad Tigr.*

cum scholasticam elegantiam dixit, pro eximio quodam ornatu apparatusque dictioris. Iulianus Augustus in epistol. Percontabar μήντος φιλόσοφος, μήπες χρασικός, ή τελέων ή χρωμάτος φωνή, &c. In Concilio Sardicensi Can. 10. si quis χρασικός ωπό τῆς ἀγραφῆς, εἰ foro scholasticus, Episcopus fieri dignus habeatur. Vbi Zonaras expōnit τοῖς λόγιοις χρασίοις, qui in dicendi fludio operam suam ponit. Theophrastus eo fortè modo se nominabat χρασικὸς apud Laërtium. M. Tullius erudita & speciosissima eloquentia veluti exultantem, ciues sui nominabant χρασικόν, ut ait Plutarchus. Gennadius in Catalogo, *Prosper homo Aquitaniæ regionis sermone scholasticus*, id est culta, eleganti, & ornata dictione præditus. Hinc scholasticè dicere idem est quod rhetorice & oratoriè exornare. Nunc scholastici nuncupantur docti & sapientes qui arcanas Theologiae disputationes eruditè & subtiliter expōnunt. Quo modo Serapion, ut meminit S. Hieron. de ronymus, ob elegantiam ingenij, cognomen script. Eccles. scholastici meruit. Alij etiam Patres pro egregiè perito id nomen sumunt. S. Paulinus epist. ad Seuerum, *scholasticis eorum secularibus literis Græcè iuxta ac Latinè diues*. Sic Alcuinus l.2. contra Felic. Vrgel. Inuenit poëtam vocat doctissimum Hispaniæ scholasticum. Sed ut eas acceptio- nes omittam, quæ non sunt huius disputationis, hæsit tandem scholastici appellatio in his hominibus, qui factas lites & controversias declamabant, & in eorum etiam auditoribus, ut apud Senecam, Autorem Dialogi de oratione aliisque: factumque est tandem, ut nomen in

contemptionem venerit, iisque dicti scholasti-  
ci, qui in stylo & oratione scholam olerent,  
*Senec. prefat.* & iuuenilem quandam apparatum. *Seneca pa-*  
*l. 3. Contrau.* *ter de Albutio, Timebat ne scholasticus videretur,*  
*Sueton. de eod. Declamauit vario modo splendi-*  
*dè atque ornatè, tum ne usquequaque scholasticus*  
*existimaretur, circumcisè & folidè, & tantum non*  
*trivialibus verbis.*

*Principes hu-*  
*ius saceruli.*

*Divinissimus Paulus eos Principes huius saeculi*  
*vocat 1. Cor. 2. ubi Theodoreetus, Principes*  
*huius mundi appellat Sophistas, poetas, philosophos*  
*& oratores, ut qui ex eloquentia, in hac vita sint*  
*clari & illustres: vel, ut ait S. Chrysostomus,*  
*intelligit φιλοσόφους, ρήτορες, λογοχέραφους.* Paulò  
autem idem Apostolus illis attribuit ἀρρόγλων κό-  
νου ή σοφίας. quibus verbis Theodoreetus signi-  
ficari putat eloquentiam & dicendi artem: D. Hie-  
ronymus autem pompaticum eloquentiae sermonem.

*Tractatores.*

*Tractatores* ijdem nuncupati. Apud D. Au-  
gust. in libris nuper editis aduersus Julian. ha-  
reticus sanctissimum illum Doctorum voca-  
bat *Tractatorem Pœnum*, hoc est ut v.c. Cl. Mæ-  
nardus exponit, *sophistam*. Et quidem paulò  
post eodem sensu ponitur, *disputator Pœnus*. Sed  
hoc modo pertineret hæc appellatio ad So-  
phistas, captionibus & quæstiunculis fallere  
solitos, de quibus actum est superiùs. Vnde re-  
tractatus apud Tertullian. in *Apologet.* subti-  
les sunt disputationes Sophistarum: Eadem, in-  
quit, materiæ apud haereticos & Philosophos volu-  
tantur, ijdem retractatus implicantur. Sed ex usu  
Ecclesiæ, Tractatores etiam dicebantur viri  
eloquentes, qui in hominum cœtu bonis ver-  
bis

bis sententiam suam exponerent. Ita sumit in epistola ad D. Augustinum Secundinus: *Et quamvis tractator multa dixerit, quæ teneat apud se auditor, tamen à tractatore non receperunt.* D. Cyprianus: *sublimes materiæ sublimium ingeniorum exigunt tractatores.* Petrus Chrysologus serm. 91. *Vacat humanus sermo, silet prædicatio tractatoris:* vbi Tractatorem vocat Euangelicum oratorem: siue, ut appellat Concilium 5. Oecum. *To. 2. Conti-*  
*Constant. eruditum sermocinatorem.* Qua ratio-*p. 542.*  
*ne etiam hoc nomen in Sophistas eloquentiæ doctores conuenire potest.* Ita sanè Cassiodorus meo iudicio sumit 8. lib. Var. ep. 12.

---

*Sophistæ Rhetorici, aut παντες, hoc est, vagi & errores, aut σαδαιοι, diutius videlicet uno in loco morantes. Eruditæ peregrinationes antiquorum. Ισοπην quid. Χρων μανια. Cur vagarentur Sophistæ. Γραμμοντες, φθορητæ, erratici. Περισσευται in iure qui. Pandectæ illustrantur. Errones etiam quidam poëtae. Hesiodus & Aelianus consenserunt in patria.*

## C A P. III.

**E**XPLICATIS nominibus eorum Sophistarum, qui eloquentiam humanitatemque tractabant, quæ fuerit eorum varietas, nunc videndum. Et occurrit mihi quidem imprimitis diuisio-

*Themist. or. 4.* quam Themistius attulit: alios enim facit ~~mā-~~  
*ritas, vagos & oberrates, alios sordidos, una in urbe*  
*commorantes: de priori illo genere primo loco*  
*exponamus. Fuit hoc quondam illustrium in-*  
*geniorum proprium, ut multas urbes atque*  
*regiones inuiserent, & cum bona venia sapien-*

*Peregrinatio- tum, hoc utile & gloriosum esse putarent. Pere-*  
*nus eruditæ. grinationes, ait Strabo, sunt ~~περιπολαί οὐες εἰς~~  
*Strab. l. 1. φρόντος, ad conciliandam prudentiam valent pluri-*  
*sum. Quæ causa fuit, cur Poëtæ, inquit, sum-*  
*mos Heroas atque omnium præstabilissimos*  
*canant ~~ποδημάστας πολαχος & πλωμήτας, alia~~*  
*regna & longè positas nationes obeuntes. Id maxi-*  
*mè liberale opinatur Epictetus, & naturæ ho-*  
*minum accommodatum, non stirpium more*  
*vno in loco hærere, sed ~~τέτας ἐνεργεια, cognitionis~~*  
*gratia, visendi alias regiones causa obambula-*  
*re: quod fecisse inquit Ulyssem quoque acce-*  
*pimus, qui**

*Πολλοὶ δὲ αἱθρώπων ιδεῖν αἴσια & νοοῦ ἔχειν,*

*Multorum mentes hominum cognovit & urbes.*

Et ante hunc, ferunt Herculem perlustrasse  
 terras omnes, contemplantem iniurias ho-  
 minum, & obseruantem eos, qui æquitatem  
 & ius colerent,

*Αἱθρώπων οὐειν περὶ θύραις τε φορεῖται.*

Sed præsertim eos laude & hominum prædi-  
 catione commendari video, qui parandæ eru-  
 ditionis causa, & honestatis, in alias se oras  
 terrarum contulerunt. *Evidem soleo mirari, ait*  
*Lactant. l. 4. Lactantius, quod cum Pythagoras, & postea Plato,*  
*s. 2. amore indagandæ veritatis accensi, ad Aegyptios &*  
*Magos & Persas usque penetrassent, &c. In eo ge-*

nere Solonem Plutarchus, aliisque reponit *Plutarch.* in multos, qui πολυποίειας ἔργα καὶ ιστοίας, ad colliguntur. Solon. gendam plurimarum rerum cognitionem, sunt diu atque multūm peregrinati. Id qui facerent honestissimorum studiorum causa, ισορῆσης dicabantur. S. Chrysostomus explicans ea verba *D. Chrysost.* in diuinissimi Apostoli, *Ascendi Hierosolymam* ut ep. ad Galat., viderem Petrum, non dixit, inquit, idcirco, sed Ισορῆσης πρῶτης Φεγγρού, ὅπερ οἱ τοιοὶ μεγάλαις πόλεις καὶ λαμπροῖς πατρὶσται οντες λέγονται. Itaque Iulianus adolescens qui postea fuit Imperator, cùm impias iam opiniones imbibisset, & de fato ipso imperij Magos vellet, aliisque infandos homines consulere, quos in urbibus esse Græciæ multos cognorat, honestissimam causam abeundi obtendit Constantio Imperatori, καθιστάντι τὸν S. Greg. Naz. Εὐαγγελον, & τὴν εὐεισηγήσαντα παρεντεῖλαν, ut Græciam eiusque or. 4. scholas viseret.

Non dubito quin Sophistæ multi eundem morem institutumque tenuerint, quod scirent à torius antiquitatis luminibus adamatum, & doctorum hominum voce atque literis celebratum fuisse. Certè Eunapius, So- *Eunap. in Proem.* phista & ipse non de multis vnuis, illam ho- eret. minum eruditorum cupiditatem, & visendæ Græciæ studium eleganter nominauit χρυσὸν Χρυσὸν μανία. μανίων, auream infaniam. Deinde constabat eloquentia præstantes & gloria viros, eam dicendi facultatem, quæ teneat animos, & mirabiles efficiat, non tam ex intimis penatibus hausisse, quam per varia domicilia literarum sparsam disseminatamq; parauisse. Quare Na- *Greg. Presb.* gianzenus Gregorius honestæ facundiæ spe- in vit.

cimen, adolescens, primū Cæsaream, deinde in Palæstinam, mox Alexandriam in Ægyptum, tandem Athenas se contulit eis σωματικὴς σοφίας, ut eruditus quidam aiebat, hoc est sapientia & doctrinæ coaceruandæ causa. De se item memorat Themistius, studiosè multas abs se vrbes Græciae perlustratas, & longius quam Socratem peregrinando fuisse proiectum, ut diues, & multiplici doctrinæ varietate locupletatus, Mnemosynæ themist. or. 4. sauros in alios deinde effunderet: ὅμηρον εἴνετον, νεῖστρα causa, sic enim auditores suos affatur, πολλὰς γένους ἐπιτύχον, οὐ πολλάς πόλες μεγάλας περὶ οἰδατορας, terræ plurimum, plurimaque ciuitates obij, amplias illas atque magnificas.

*Cur obrarant Sophistæ.*

Non sic autem vulgus Sophistarum, qui per vrbes, non tam scientiæ, quam gloriæ parandæ causa, neque ut cæteris commodum utilitatēmque adferrent, quam ut summas colligerent pecunias vagabantur. Institutum id fuit primorum Sophistarum, à quibus ars & facultas nouæ istius eloquentiæ, ad summum decus & hominum opinionem fuit euecta, de qui-

*Liban. declam. 29.* bus ita Libanius: *Protagoram, Gorgiam, Prodicum, Thrazymachum*, alias Sophistas, οἱ μαθῆται τῶν χρειῶν εἶλετο, ὡς τὸ δάμος τὰ πενήντα τρεχατα, lucrum ad omnia loca, ut pecudes famelicas ramus,

*Plat. in Protag.* trahebat. Id quoque Plato memoriae commendarat, à quo dicuntur Sophistæ οἱ τὰ μαθήματα αειαζοντες καὶ τὰς πόλες, οὐ πολιουπητες οὐδὲ (legerem autem) οἰκουμενῶν, qui varias per vrbes disciplinas venales circumferunt, οὐ καυπονantes eis qui emere cupiunt. Et in Sophist. definit

Sophistam eum qui doctrinam nummis commutaturus vrbes varias circuit. Hoc primū fecisse Prodicum ait Philostratus, qui quæstus habens orationes, mirabilis elaboratas, *ωριφοτης τας αρχης, lustransque ciuitates, Orphei & Thamyridis in morem, omnium animos incredibili suavitate orationis lenociniōq; mulcebat.* Hunc igitur aliōsque principes non exiguo numero secuti sunt, qui huiusmodi auream messem obambulando colligerent.

Multi verò non tam pecuniam appetentes, quam gloriam, maximas ciuitates adibant, ut orationibus omnibus dicendi luminibus ornatis, & declamationibus exquisito artificio pictis & variegatis, sui admirationem excitarent, & facundiæ suæ vim industriamque proderent: quod Græci θησέξιν ποιεῖσθαι dicunt. Quare Theopompum θησείζεις ποικιλόρου lustrasse omnes vrbes Græciæ, autor est Photius. Et Synesius Dionem Chrysostomum ait *Synes. in Dion.* per Italiam Asiāmque multis in locis certatorijs sāpe declamationibus pugnauisse pro victoria. De Sophista Ptolemaeo Naucratite Philostratus: *Ad multas certè gentes profectus, et in plurimis ciuitatibus versatus, nullibi locorum gloriae sue iacturam fecit, neque expectatione sua minor unquam visus est, sed επειρ θητι λαμπτον δύνατος της φήμης, perinde ac illustri famæ vehiculo inuestus, per ciuitates et oppida transiuit. Atque hi quidem tametsi popularis auræ captatores, & nimiū gloriosi, tamen audiebantur, & curiosum adolescentum ingenium dicendique amorem excitabant.*

*Philostr. l. 1. de  
vit. Soph.*

Aliud fuit vagorum Sophistarum genus, qui nec ita à doctrina comparati, & opibus inhiantes, nil præter vanas pollicitationes, & pictæ tectoria linguae adferebant. Quos

~~mānūtū~~ per oppida vagantes insectatur ora-

Themist. or. 1. tione sua Themistius, quos etiam εν τη πόλει

Iſocr. in laud. ~~προσωπούσας~~ vocat, in ciuitate oberrantes, Iſocrates

Helen.

Agell. l. 9.

Agell. l. 9. φύγοντες errones Sophistas. Sic Agellius palliatum quendam Sophistam illusum ab Herode Attico, erraticum hominem vocat. In iure dicuntur ~~προσωπούσα~~, sic enim est D. de excus.

l. 6. Grammatici, Rhetores, Sophistæ, Medici qui

~~προσωπούσα~~ vocantur, &c. Vbi quidam eam vo-

cem tantum ad Medicos referunt, qui domos

circumeant: mihi verisimile est, referri etiam

ad alios posse, & maximè ad Sophistas: quars

Antoninus Augustinus ibi vertit circumfora-

neos, vulgatus interpres circuitores. Fauet omni-

no Seneca qui circulatores Sophistas nominat,

qui philosophiam vendant. Idem de Appio-

ne Grammatico, qui sub C. Cæsare, inquit, tota

circulatus est Græcia. Alias circulantem Sophistam

nominat: sic habe istam vim dicendi rapidam at-

que abundantem, aptiorem esse circulanti: ~~προσωπούσα~~ mihi sanè videtur pingere, vagum &

erronem declamatorem. Sic etiam in Conci-

lio Laodiceno ~~προσωπούσα~~, certum genus ve-

luti Episcoporum dicuntur, sicut ~~προσέρχεσθαι~~,

μὴ ἔχοντες καθέδραν oīkeian, quod huc illuc con-

tinendis in officiis delibus vagentur, nec ulli-

bi propriam sed rāmque habeant,

Can. 57. Con- ait Zonaras. Gregorius Tholosan. l. 15. Syn-

tagm. iur. nominat ambulatorios, & ut vulgo,

προσωπούσα.

Cuiacius in  
eum loc.

Senec. ep. 88.  
Circulatores  
Sophistæ.

inquit, vocantur, portatiuos Episcopos. In Concilio Prouinc. Constantinopolit. sub Leon. To. 2. Concil. Pap. i. nominantur Viatores. In iure quoque interpretando fuisse homines erraticos & circulantes intelligimus, quos edicto suo Iustinianus repressit. *Audiuiimus*, inquit, in *Alexan-* *Iustinian.* *Pref-*  
*drina* *splendidissima ciuitate*, & in *Cæsariensium*, & *D.*  
*in alijs quosdam imperitos homines deuagari*, &  
*doctrinam discipulis adulterinam tradere*, &c. Hinc  
eleganter Ausonius vagantem operam dixit de *Auson.* *de se-*  
*Rhetore*, qui varias vrbes lustrans eloquen- *dat. Rhet.*  
*tiam docuerat.*

Quumque vagantem operam diuise impenderis vrbi.  
Etiam inter poetas similes quidam Sophista- *Poëtae vagi.*  
rum, qui honoris aut diuitiarum cupiditate  
vagi esse voluerunt. Euripides in Macedo-  
niam, Aeschylus & Simonides Syracusas ad  
Hieronem profecti sunt. Homerus *Ἀποδημίας*  
*βῆ μακρῷ τεῖχεν*, vt ait Pausanias, *τῆς οὐρανοῦ τοις πόλισι* *τείχεσιν*, *τοῖς ἔρεσι*, *in ultimas terras peregrinatione suscep- Pausan. in*  
*τοῖς ἔρεσι*, *non regum familiaritatem*, *vt alij poëtae*, *appetiūt*, *Attic.*  
*quod potentium hominum opes posthaberet gloriæ*,  
*quam sibi apud omnes gentes maximam comparauit*.  
*Contrà Hesiodus ὅντες τῆς πάτην*, *vt est apud*  
*eundem Pausaniam*, *cum varios eos cursus erro-*  
*rēisque defugeret*, *maluit in patrio solo conse-*  
*nescere*. Aelianum Sophistæ nomen comme-  
*ritum*, ea quoque ratiō. Quidam laudaue-  
*runt*, *quod è patria nunquam excesserit*. Hu-  
*iusmodi verò hominem* *οὐδὲ* *nunquam solo*  
*natali relicto peregredi*, *inhabuit*, *significan-*  
*tes Agyptij, Onocephalum pingebant*, *quia*

*Horus Apoll. in Hierog.* ut ait Horus, ἐπεὶ οὐδὲ ποὺς ιστεῖας, &c. nec vlam audit historiam, neque nouit quæ apud exteris gentes sunt.

Cæterum cùm hic quoddam genus Sophistarum, Themistium secutus, nominati vagos & errores; eos præsertim intelligi volo, non qui varijs in urbibus docuerint à republica euocati, vel delecti à principibus, aut sponte in ea industria occupati, quales multos fuisse meminimus summis honoribus ornatos, sed qui ad exiguum tempus circumerrabant, aut quærendarum opum causa, quas sæpe inanissimis pollicitationibus aucupabantur, cùm se noua & hactenus in usitatæ & mirabilia docturos promitterent, aut ut ingenium & eloquentiæ magnitudinem ostentarent, tum prompta & subita dictione, tum etiam meditata: aut denique ut cum Sophistis, qui in illis ciuitatibus morarentur, publica declamatione certarent. Hoc ultimum eodem orationis cursu hinc illustremus.

Vagorum Sophistarum concertatoriae declamationes. Επαγγέλματα ακρόασιν, αἰτῶν τινος διον. Niger è Sophistico certamine interiit. Victi abjecti, victores letitia efferebantur, plausus & alijs honoribus excepti. Curiucunda sit hominibus ēenū ex Aristotele.

## C A P. IV.

**S**OPHISTÆ quos paulò antè vagos nominabamus, si quam scirent pulcherrimam ciuitatem curiosis hominibus abundantem, à studiis humanitatis minime alienam, theatrum esse opinabantur ingenio suo dignū, in quo laxis facundiæ habenis volitarent. Eò igitur se conferebant, & cupidè etiam excipiebantur à multis, qui peregrinis auditionibus inhiantes, velut audiā sitim explere cupientes, hauriebant noua & admirabilia Sophistarum. Statim verò atque in aliquam urbem venissent, ingens adolescentium numerus affluebat, si præsertim alicuius nominis foret Sophista, de quo priùs quidpiam inaudiissent. Id Themistius perspicuè significauit, *Themist.or.4.*

Ἐ τελευτής ἀρχαίνετος, ἐκ πρέματος θύσις, ὡς τοπῆς λίθου τὰ σιδηρα. Nam simulatque Sophisticum pallium asperxerint, statim ex eo veluti ex magnete ferramenta dependent. Si nullus præterea esset in urbe Sophista, vel ex tempore pro animi sui arbitrio disputabant, eaqué re promptam & expedi-

tam linguae volubilitatem ostentabant, vel  
 $\xi\pi\delta\xi\pi$  in aliud tempus opportunum pollice-  
bantur. Hoc expressum videmus in Apuleio  
Pœno, qui cum venisset Carthaginem, Florida  
illa sua habuit omnibus veneribus illuminata,  
museo lepore tincta, summa industria meditata.  
Alias autem ad extemporalem dictiōnēm inui-  
tatus, De genio socratis summa laude varietatēq;  
differuit. In iis autem orationibus, vel urbem,  
in qua tum loquebantur, exquisito præconio  
exornabant, vel de suo ingenio atque studio, &  
multiplici eruditio[n]e gloriabantur, aliisque  
deprimebant. De primis autoribus Sophistarū  
loquens Socrates, Gorgias, inquit, Leontinus, &  
Prodicus Chius, & Hippias Eleus ad singulas profecti  
ciuitates, adolescentibus quibus liceret in patria suorum  
secundum disciplinæ gratuitò commendare, persuadent  
ut se aliorum disciplina relieta sectentur, &c.

Plat. in Apolog.

Declamatio-  
nem indicere.  
 Επαγγέλματα  
 μάχητις, vel  
 ακρόστον.

Quod si in iis locis ad quæ diuerterent, esset  
aliquis docto[r] humanitatis & eloquentia[rum],  
quem docta pubes sequeretur, illi subito de-  
clamationem indicebant & dicendi certamen:  
Græci id dicunt μάχητις επαγγέλματι, vel επαγγέλματι  
ακρόστον χειρίς λόγου, item ταῦθεν αἰτήν, & ταῦ-  
θεν αἰτήσις ταῦθεν. Philostratus etiam habet  
δύοδιστα τὸ ταῦθεν μάχητις μάχαιρα τερψίν, instituere,  
suscipere, aggredi, vel indicere certamen declamatio-  
nis. Plutarchus vocat σοφιστοὺς αἰγάλεας τερψίς ἀμιλλαῖ  
θητικούς, sophisticas concertationes ad ostentatio-  
nem comparatas: & alio loco dicit eas fieri ταῦ-  
θενς & φιλοτιμίας, propter gloriam & ambitionem.  
Exempla sunt apud Philostratum in vitis So-  
phistarum plurima, de Marco Byzantio, Po-

Florida Apu-  
lei.

Iemone, Dionysio, Herode Attico; aliis; &  
præsertim morem hunc luculenter expressit,  
in Alexandro Peloplatone Sophista, qui fuit  
apud Antoninum Imperatorem gratiosus. Hic  
cùm Athenas aliquando venisset, subito ci- *Philostr. l. 2. de*  
uium motus factus est, ἐπώντων αὐτῷ τῆς ἀκροδοτεῖς, *vit. Sophist.*  
qui cupidi essent illius audiendi: subito ipse ἐπήγειρε  
τοῖς Αθηναῖς αὐτοχθόνοις λόγους. Habuit orationem  
quæ laudes virbis continebat, & purgationem  
apud Athenienses, quod nunquam antea ad  
ipsos accessisset, Tum progressus ad Αἰγαίον,  
quam proposuit Herodi Attico primario tum  
Athenis Sophistæ, quem iuuentus omnis se-  
quebatur, optionemque dedit, ut vel ipsam  
audiret, aut exhiberet alteram.

Cæterū qui esset ea ratione prouocatus ad  
declamandum, non potuit sine famæ & exi- *Certamen de-*  
stimationis suæ detimento id defugere; vnde *trectare infamie,*  
non leuia incommoda sequebantur, & inter-  
dum quidam in ea re sunt immortui. Cui rei  
illustrandæ breuem narratiunculam è Plutar-  
cho subiiciam: qui cùm doceret periculosa *Plutar. de sanis*  
esse vocis contentionem post cruditatem & *tuend.*  
defatigationem, & plurimis id Rhetoribus  
Sophistisque solere contingere, sic narrat. *Oratoriam artem in Galatia docens Niger forte fortuna*  
*spinam pisces deglutiuerat, cùm subito foris superuenit*  
*alius quidam sophista, & declamare cœpit. Ibi Niger*  
*ne silentio suo concedere palmam videretur metuens,*  
*etiamnum spina in faucibus hærente declanauit &*  
*ipse. sed inde inflammatione graui exorta paucis post*  
*diebus interiit.*

Qui victi fuissent, anteactæ vitæ gloriâ, deic- *Victi mors*

rentes.

*Isidor. Peluf.  
l.2. ep.*

*Aristot. 2. rhet.  
c.23.*

*Plutar. l. de  
prof. virt.*

*Eunap. devit.  
Phil.*

*Victores ge-  
stantes.*

*Arist. l. 1. rhet.  
c. 11.*

Etionem animi sui & mœrorem solari conabantur: πολοι τη σοφιστη, ait Isidorus Pelusiota, εκ της αρχαπεξαντης δικαιεις της συμβαντος μηδε σεμειωτη περοντα. Multi Sophistæ per eam gloriam, quam prius adepti sunt, detrimenta ea, in qua postea victi incident, obtegere conantur. Et quidem victos in disputationibus Sophistas, non esse penitus reiiciendos, Aristoteles cum disputat de argumen-  
to à pari, significat hoc exemplo; si neque Imperatores sunt mali quod vincuntur sape, neque sophistæ. Itaque Aristippus, cum aliquando in disputatione Sophistica, fraude circumuentus ab audaci & veteratore fuisse, eumque exulta-  
re, & insolentiū efferti consiperet, Ego qui-  
dem abeo, inquit, suauius te qui me refelleris dormitu-  
rus. Simulabat ille forte animi æquitatem, qua  
minimè perfruebatur. Sanè quosdam impa-  
tientiū id tulisse meminimus: de Prisco sic

Eunapius, Siebat in disputationibus victum non  
mitescere magis, quam qui veritatis vim oppugnet, et  
voluptatibus corporisque delitii fractum efferrari, ac  
rationis literarumque hostem pariter et philosophie  
osorem euadere: eam ob causam plerumque dicere  
supersedebat.

Iam verò qui vicissent, nimio scilicet opere  
triumphabant sui præcones mirifici, & genio  
indulgentes suo. Nam vt verissimè dixit Aristoteles, η νικην ιδε, vincere suave et incundum est,  
quodvictoria excellentiam quādam significet,  
& in hominum animis concipiatur quādam  
opinio de se magnifica, qua cæteris se præstare  
putant. Quare, vt ibidem ait Philosophus, tam  
incunda sunt hominibus η σκανδαλη ειπει,

forenses & Sophistica concertationes, quodd ubi sit contentio, ibi quoque victoriam consequi oporteat; qua superiores gaudent, & iij maximè, qui diu atque multum in iis studiis versati sunt. Hinc perspicuum est quantis lètitiis & voluptate incesserint contentiosi & acuto prædicti ingenio Sophistæ, qui operam industriamque posuissent in tortuosis conclusiunculis ediscendis: vel qui studio eloquentiæ florentes, quoddam veluti regnum Declamationum tenebant. Certè victores plausu fuisse exceptos ait Isocrates: *Lecta, inquit, est oratio & laudata, Iosrat. in Pa-*  
*& cum plausu excepta, η τε ψηφος λιν ὥντορ οι καπο- nathen.*  
*ρωντες ει τας δημιουριας, & ea consecuta omnia quæ*  
*successum declamationum sequuntur. Sed mirabilius*  
*quod de Sophista Proæresio victore meminit Eunap. im*  
*Eunapius; Cuncti qui aderant, τε σεργα της θρισσος πελ-*  
*ληχυνοταιδηροι καθιστορ άγαλματος εις θεον, &c. Circum-*  
*lambendo sophistæ pectus velut simulachrum alicuius*  
*Dei, alij pedes, alij manus deosculabantur: nonnulli*  
*Deum, quidam Mercurij eloquentiæ præsidis typum*  
*nominabant.*

Eunap. im  
Proæres.

*Declamationes ad pompam seu ἐπιδείξεις Sophistarum. Δεῖξεων hora. Επιδεκυάν. Πανηγυέζει. Ostentatio. Fruola iactatio. Dicere populo. Ακροάσσεις quid. Eae aut publice aut priuatae. Εεργική ακροάσσεις. Επιδείξεις ἔμπιστοι. Prodici ἐπιδείξεις πυρικοτάσθαχμος. Sophisticus ille mos damnatus. Quid in iure, ostentatio vulgaris.*

## C A P. V.



I C T V M olim fuit eleganter à  
Lucilio,

scire est nescire, nisi id me  
scire, alius scierit.

Sapiens poëta naturæ ipsius  
venam attigit, quæ lenocinio quodam hono-  
ris & gloriæ, si quid fortè prædicandum vi-  
deatur, nescit regere, sed in aperta potius luce  
ponere, atque venditare gestit. Eâ causâ fuit  
olim commune hoc artificum, adhibere δεῖξεις  
suarum artium in ciuium luce & conspectu, vt  
propter in eo genere præstantiam, commen-  
dationem in vulgo haberent. Id fecisse quidem  
poetas Rhæfodos ait Athenæus; *Lysanias*, in-  
quit, *primo libro de Iambicis poetis scribit*, *Mnasio-*  
*nem rhapsodum λέγει εἰς δεῖξεων, ostentationis gratia*  
*cum sui specimen ederet, iamboz quosdam e Simonide*  
*recitasse. Tempus autem τοῦ δεῖξεων fuisse πλανῶντος*  
*αιώνας*, cum nimirūm frequentissimus fuit ho-  
minum cœtus in foro, idem scriptor aliâs pro-

Δεῖξεις artifi-  
cum.

Athen. l. 14.

Idem l. 6.

dit, apud quem ita Cynulcus; si ad sermones audiendos inuitatus fuisset, non ignorabam veniendum fuisse παιδούντας αὐγεῖς, pleno foro; νῦν τόπος πέρι τῶν συφῶν τούτων δεῖξεν ὡραῖον ἐκάλει, tempus enim harum ostentationum ac disputationum, sapiens quidam ita vocabat. Hac in re non postremi fuere Sophistæ, immo omnium acerrimi, qui usque adeò se nihil scire putabant, nisi eos scire, alij scirent, & laudibus & commendatione prosequerentur.

Prodibant igitur in publicum, & concinna quapiam oratione omni artificio composita, ingenij sui lumen, & singulare eloquentiæ decus venditabant. Id à Græcis ὅπιδηξίν ποιεῖσθαι Επιδηξίς dicitur, & ipsa declamatio ὅπιδηξίς, hoc est Sophistica recitatio, & oratio ad pompam & ostentationem comparata. Dionysius Longinus vocat τὰ πομπικὰ ρυτόρεα, Isocrates ὅπιδηξίν παραδεύσοντας. *Longin. ῥυτ.*  
*Isocr. or. de Big.*  
 Apud S. Gregorium Nazianz. est λόγοις δεῖξαι, in munere Sophistico eloquentiæ specimen dare. *S. Greg. Naz.*  
*carm. de vit.*  
 Hinc Sophistæ dicti ὅπιδηξινά & ὅπιδηξινάδροι, cum theatro conuocato eloquentiam suam promunt & ostentant, ut Æschines apud Rhodios αἰέντω περὶ Ποδίοις τὸν καὶ Κτησιφῶντος λόγον ὅπιδηξινάδροις, ait Plutarchus. Hinc etiam gloriolæ aucupes, qui omnibus in rebus venditare se magnificè cupiant, dicti à Græcis ὅπιδηξινά καὶ φανηταῖς. In Sophistis illud idem fuit πανηγυεῖσαι, ut apud Aristidem: εἰ μὲν οὐδὲ κεχροισθόν πνα αὐτοῦτον λόγον ζητεῖτε, ὡστερ ἦντες αὐτὸν πανηγυεῖσαι τοὺς κατόιων. Si igitur eleganter & incundam aliquam speratis vos ostensionem audituros esse, quemadmodum cum in convenientibus publicis dico ad pompam. Παρῆσθε εἰς λόγων

Ostentatio.  
Fab.l.4.c.3.

Idem l.2.c.10.

Macrobius  
prefat.  
lib.1.

Seneca ep.59.

Seneca filius studiorum liberalium vanam ostentatio-

Seneca prefat. l. nem. Seneca patens friuolam iactationem. Labienus

s. contro. & pref. orator, inquit, declamare audiente populo, turpe &

lib. 4.

friuolæ iactationis putabat. & aliâs, Vorienus Monta-

nus adeò nunquam ostentationis declamauit causa.

Friuola iacta-

tio. Venditatio. Dicebatur quoque venditatio. Cicero Tuscul.2.

Mihi quidem laudabiliora videntur omnia, quæ sine

venditatione, & sine populo teste fiunt. Illustrius

Cornifici. l.2. Autor ad Heren. Comparata, inquit, oratio artificij

significandi, ingeniique venditandi, & memoriae

ostentandæ causa. Sic Plinius major scientiæ ven-

ditionem nominauit, M. Tullius Rhetorum pom-

plam, Seneca disputationes preparatas & effusas au-

diente populo quæ strepitum habeant. Latini id

ipsum quoque aliquando vocant dicere populo,

hoc est ostendere populo. Seneca senior prefat. l.3.

Controu. de Albutio, Per totum annum quinques

Seneca prefat. l. sexiesve populo dicebat. Idem est declamationem

4. epitom. populo committere apud eundem in epitom.

Contr. de Asinio Polione, Ille triumphalis senex

aruspices suas nunquam populo commisit. Vbi no-

tanda

tanda vox ἀκρόασις, quæ apud Latinos æquè ac ἀκρόασις  
Græcos suscepitam publicè disputationem & quid.  
ad pompam declamationem significat: dici-  
turque aliquando ἀκρόασις ὑπόδρυλη, aliquando  
σοφίτην. Phauorinus apud Agellum: *Rationes Agell. l. 2. c. 22.*  
omnium vocabulorum effudissem, nisi multa iam  
prorsus omnibus vobis reticentibus verba fecisset,  
quasi fieret à me ἀκρόασις ὑπόδρυλη. Sic apud Lu- *Lucian. in Pro-*  
*cianum, tempus consumere eis ἀκρόασιν σοφίτην, meh.*  
in declamationem Sophisticam. Suetonius de Crate *Sueton. de illust.*  
Mallote, Plurimas ἀκρόασις subinde fecit, assidueque *Grammat.*  
dixerunt. ἀκρόασις vocat declamationes, publicas  
disputationes, illustriores expositiones multis  
audientibus. Quare quod vulgo vertunt libro-  
rum Aristotelis inscriptionem, τὰς τῆς φυσικῆς  
ἀκρόασις, Physicæ auscultationis libros, mallem om-  
nino disputationes de natura dicere, vel scholas, eo  
videlicet modo, quo Cicero Philosophorum  
scholas nominat eruditas eorum disputationes.  
Est tamen interdum ἀκρόασις idem quod audi-  
torium, vel audientium cœtus. D. Chrysostom. *s. Chrys. hom. 9.*  
ad pop. Antioch. Propterea, inquit, non sen-  
tio dicendi labore, τῷ τῆς ἀκρόασις κουφίζομενος  
κέρδη, auditorum lucro relevatus.

Porro Sophisticæ ἀκρόασις, siue ὑπόδρυλαι, aut Duo genera  
publicæ fuerunt, aut priuatæ: harum meminit ὑπόδρυλων.  
Plato cum Prodicum ait idæ την ποιεῖσθαι,  
hoc est, domi & priuatim apud suos vendi-  
tandæ eloquentiæ causa dicere. Et doctissimus  
Gregorius Naz. de ostentatoribus Sophistis *Greg. Naz.*  
loquens: *carm. de vita*  
*sua.*

Tῶν μὲν δρόσιν εἰς ἐπίδρυλην οἱ λόγοι,  
Ἐτ μετεγκάπτων συλλόγοις ἐπιλάσματα.

*Horum enim ad ostentationem est oratio,  
In cætibus adolescentium atque fabulis.*

Philostr. in  
Predic.

Egerius d.  
ἀρπάζος &  
ἐμπιστός.

Laert. l.2.  
Illiſtrius de  
Phil.

Mirabilis Pro-  
dici *θητίδηξις*. *δραχμον*, cuius meminit Aristoteles, ita nomi-  
Aristot. l.3. rhet. natam, quod qui eam declamationem audi-  
c.14. rent, pendere drachmas quinquaginta con-  
Plato in Cratyl. sueuerint. Plato qui rem eandem memorat,  
Suidas. ea causa *δραχμιάς* *θητίδηξιν* nominavit. Suidas  
de Proculo: Hic primus *πιὼ πετυμοντά δραχμον*  
*θητίδηξιν* *ἐποίησεν*. Mirificā sanè fuisse necesse est,  
planēque auream illam Cei oratoris declama-  
tionem, pro qua singuli qui adessent, quatuor  
nostros coronatos & regales præterea Ibericos  
duos pendere debuerunt: hanc enim summam,  
si nostri æui numerandi rationem intuecamur,

De publicis illa suit Philostrati: *θητίδηξιν* *ἐποίησεν*  
*Γρόδηκος* *τελεφονῆς* *τὰ ἀστὰ*, *Prodicus* *specimen eloquen-*  
*tiae* *suæ* *dabat* *lustrans ciuitates*. Præterea in iisdem  
Sophistæ aut captabant tantum gloriam, no-  
minis famam, ingenij commendationem, aut  
lucellum ab unoquoque audientium repe-  
bant: quales nominatae fuerunt *ἰερικῆς ἀρπάζος*,  
vel *θητίδηξις* *ἐμπιστός*. Sic Athenion Sophista di-  
citur apud Athenæum l. 5. *ἰερικᾶς πινοτελήνος*  
*ἀρπάζος*. Menander apud eundem l.6. *huc allu-*  
*dens*, *Μικρὸς πέντης* *εὐμενος* *ἀρπάζος*. *Symbolam*  
*ego exiguam* *pro auscultatione* *hac conferam*. Laer-  
tius Æschinem ait Socraticum *ἐμπιστός* *ἀρπάζος*  
*ποιεῖται*. *vertunt*, *auditores* *sibi mercede* *quaesuisse*:  
*obscure* *dictum*; nam *mercede* *quaerit* *audito-*  
*res*, qui dat *sportulas* ut Itali recitatores, aut  
*frumentum* ut Themistius: Æschines autem  
non dabat, sed accipiebat *mercedem*. Prodi-

drachmæ illæ quinquaginta efficiunt.

Cæterum Sophistas habuisse frequentes olim An frequenter  
 ὅμιλοις, è Cæsare Iuliano facile intelligas, qui ὅμιλοις.  
 eos propter vsum & consuetudinem istiusmodi  
 orationum promptissimos & audacissimos ait  
 fieri ad dicendum: οὐτε γὰρ αὐτοῖς, inquit, ἐν τῷ Iulian. paneg. τῷ  
 τῷ λέγειν μάχεσθαι, οὐτὲ ταῦτα ὅμιλοις συνθέτειν τὸ  
 δεπότεν εἰς δίκην. Et tamen hoc institutum senten-  
 tiis suis viri omnium grauissimi repudiaue-  
 runt. Epictetus. imprimis, ut recipub. literatæ Epict. in Enchir.  
 Censor, minimè adeundas ἀποδοτούσας ὅμιλοις  
 monebat; hoc enim est illius sapientis effatum,  
 εἰς ἀποδοτούσας οὐνοματεῖ, unde παράδοσις πάλαι. Ad reci-  
 tantes pompamque Sophistarum ne accede, neque his  
 facile interfisi. Sanè ab illa venditatione & iacta-  
 tione populari alienus maximè fuit Isocrates:  
 εἴχε διαjoreiως ταῦτα ὅμιλοις, refugiebat ostentatio-  
 nem, ait Plutarchus. Synesius pulchrè & sa-  
 pienter, τὸ κυρύζειν εἰσήνει πάντα πάντα τοῦ ὅμιλοις  
 ἔργα, & Cœdias, αλλὰ σοφιστας οὐτοί. Praeconem sui esse,  
 atque ad pompam & ostentationem facere omnia, non  
 sapientiae est, sed sophisticæ versutiae. Denique leges  
 quorundam in ea re licentiam inanitatémque  
 represserunt: nam cum viderent Imperatores,  
 etiam Romæ, quosdam os suum publicè osten-  
 dentes, venditantésque facundiam, qui ta-  
 men in numero professorum minimè cense-  
 rentur, sic edixerunt; Vniuersos qui usurpantes sibi Cod. de fidei.  
 nomina magistrorum, in publicis magistrationibus cel- liber. l. unic.  
 lulisque collectos vndique discipulos circumferre con-  
 fuerunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amo-  
 ueri, &c. Vbi ostentationem vulgarem Glossæ malè Ostentatio  
 interpretantur conversationem cum laicis: doctior vulgaris.

quidam Interpres ad marginem, ostentationem vulgarem dici ait, quam *vulgus* ambit atque affectat. Putem ego intelligi declamationem publicam ad illiciendos adolescentes accommodatam, aut publicam docendi functionem: quæ quia **Capitolini auditorij dignitatem splendorēmque** potuit imminuere, dominorum lege prohibetur.

*Εποδειξεις Sophistarum in Olympijs.* Ολυμπικὶ λόγοι. Is conuentus ad conciliandam famam idoneus, ubi etiam παρδεύσωες αθλα. Philosophi quoque in eo se ostentabant. De quibus rebus Olympiae orationes. Locus in quo vulgo habebantur. Philostratus emendatus.

## C A P. VI.

*Dionys. c. 7. x.**S. Greg. Nyss. de infant.*

**D**IONYSIUS Halicarnasseus in Panegyricis dominari maximè eloquentiam prodit: quod in eorum quæ exponuntur varietate & copia, latè patens veluti apriatur stadium, in quo possit disertorum hominum vbertas elegantiaque excurrere. Id præstanti vir ingenio & sapientia Gregorius Nyssenus vidit, & diuinitus exposuit, ad Hierium scribens virtutum omnium splendore collucentem: σοι μὲν, inquit, πάτης σοφισταί τὸ λογοχέφοι τῷ τέλεγχῳ πάτης ἐπιδειξονται διώματιν, οἵτινι ταῦτα τῷ πλάτοι τῷ σοι διαματων εὐδαίμονες. Dicendi quidem vim, qua quisque præditus fuerit,

Sophistæ omnes & rerum scriptores facile tibi, veluti in studio quodam, per amplitudinem admirabilium tuorum facinorum discurrentes, utique demonstrabunt. Subdit rationem, quod eximium & copiosum dicendi argumentum dicendi peritis & eloquentibus propositum, quasi in altum attollere soleat vñā cum rerum magnitudine, & magis quodammodo sonoram & grandiloquam efficeret orationem. Itaque non mirum si audi laudis & gloriae Sophistæ, qui venditare facundiam suam vellent, ad hoc genus ἀπολεξεων & panegyricas orationes cupidè se contulerint.

Quod eorum studium perspicuè declarat Iso- Isocr. in Paneg.  
crates, qui Panegyricum scribens ipse, Non  
sum nescius, inquit, ὃν πόλει τὸν προσανατολὴν οὐδὲ  
σοφιῶν, ἐπὶ τὴν τὰ λόγον ὥρμην, eos qui se nominari  
Sophistas volunt, huiusmodi argumentum solere ar-  
ripere.

Fiebat autem illud maximè in Olympiis, &  
totius Græciæ celebritate, vbi idem Isocrates  
alio loco ait fieri ἀπολεξεις πάντων, & πώμων, & πα-  
δίσκων, opum, virium, eruditionis, præsertim elo-  
quentiæ, quam Athenienses incredibili semper  
studio coluerunt. Atque adeò in Panegyr. ait  
præmia in ijsdē certaminibus fuisse proposita,  
non modò τέχνους καὶ πώμων, αἵματος τὸν λόγον, celeritatis  
& virium, sed facundiæ quoque & literarum. Primi  
igitur & parentes aliorum Sophistæ eos con-  
uentus adibant, ut luminoso aliquo panegyri-  
co, & omnis eloquentiæ flosculis redimito se  
ostentarent, & famam sui nominis emereren-  
tur. Qui id fecerit princeps nominatur Gor- S. Hieron. l. I. in  
gias, cuius meminit ἀπολεξεως D. Hieronymus, Iouin.

*Idem or. de  
Rigis.  
Panegyrici in  
Olympijs.*

scriptorésque alij multi, vbi dicitur ζειζον τῷ λόγῳ, vt cum Siculo Diodoro loquar, inaudito genere orationis, omnes in admirationem sui rapuisse. Eius orationis gemmeum veluti exordium in ipsa ara æternitatis docti homines inscribi voluerunt; plures enim meminere, vt Aristoteles, vt Fabius Quintil. & alij: idque Maiorum laudem continuisse dicūt, quod eos conuentus sapientes instituissent. Antiphon & Hippias antiquissimi quoque Rethores, demulcere Græciam in Olympijs, vt ait Philostratus; quos secuti recentiores, in solennibus illis Græcorum certaminibus, sibi decus & nomen quæsierunt. Hinc inscriptæ orationes Ολυμπιοὶ λόγοι, παναθηναιοὶ, & πανχρυσεῖοι, vt Rethor monuit Hermogenes: sicutque Sophistis in eo genere propositū, heroum laudes celebrare, commendare patriam, suadere concordiam, excitare omnes ad tuendam dignitatem, barbarosque subigendos. Quia in re quantum eloquētia & copia dicēdi valuerit, perspicuum est, & Aristides eloquētissimus inter Sophistas, cuius opera sunt in manibus, afferuit. ἐν γέ μὲν αἰ πανχρυπεῖς καὶ τὰς εἰπλῶν χρήσιμα τὰ παράποτα (ρητορικής) κόσμου τεοց δῆται. Ταῦτα δια τῆς Δεᾶς προαι, &c. Conuentus enim solennes, & pacis festiuitates, magis etiam eius (Rheticæ) ornamentum requirunt, atque etiam Deorum & heroum honores, & que præclaris viris iure debentur laudes. Hæc enim omnia pernudit & exornat, vbiique æquè decora, &c. Itaque ipse Aristides qui tempore M. Antonini Imperatoris viguit, ὅπλα ταῦτα habet ad Græcias ciuitates: & de Hippodromo Sophista Larissæo, qui ijsdem

*Arist. in Rhet.  
fab. 4. 3. c. 8.*

*Hermog. l. 2. de  
form.*

*Aristid. to. 3.*

temporibus eloquentiae ludo præfuit Athenis,  
ita Philostratus; Non neglexit ire ες ται την Εμπλωμαν Philostr.l.2. de  
πανηγυρεις, αλλ επιστολην εσ επιτελεσσειν ενεκα, & vit. Soph.  
τη μη αγνοεισθαι. Frequentanit Graeca solennia specio-  
sorum recitationum causa, atque ut notus esset omni-  
bus. Nam inter ea quæ fiebant in Olympijs, nu-  
merat Apollonius Tyaneus apud Philostratum In vit. Apoll.  
σοφισμata, διαλεξεις κατα τηχας πλειστας, additque: τα l.8.c.7.  
δι την απουσιαν απουσιαν τατα, κατα την επομην ελογι-  
μωντα ζυγκαλει πανηγυρεις & ξωσομιζει. Studiosorum  
enim studiosissima quæque, & elegantium elegantiſi-  
ma, in unum cogit & cumulat panegyris.

Latere igitur neimo potuit doctus, & mira-  
bili quodam eloquentiae genere ornatus, in  
communi illo theatro Graecia, vel potius orbis  
terrarum: adeò verum est quod ait Suidas,  
Olympia επιλειπον διακομηταις λόγοις, glorioſis  
& arrogantibus Graecorum sermonibus celebrari  
consueiffere. Nec fuit postrema laus Sophistarum  
in Olympia illa panegyri & celebritate, quam  
Strabo nominat sacram & omnium maximam, Strab.l.8.  
exquisito aliquo artificio & dicendi suavitate  
coronam oblectauisse. Hinc poeta Graecus An-  
tipatrum oratorem commendans, petendum  
esse testimonium laudis à communi Graecia  
cœtu dicit, ubi ille quondam eximum florem  
orationis, & ingenij vim ostentauisset.

Αντιπατρες ρυτηρος εγω Τεφος· ηλικα δι επνει

Anthol.l.3.

Εργα, Πανεπιλωμαν πενθεο μαρτυρειν.

Nec Philosophi huius laudis expertes esse vo-  
luerunt, sed venditabant se in Olympijs, &  
in omnium luce volitare cupiebant. De Empe-  
docle Laertius; Quanda, inquit, ad Olympia ve- Laert.l.8.

niebat, in se cunctorum vertebat ora, ut nullius in  
communi hominum sermone tanta quanta Empedoclis  
fieret mentio. Apollonius quoque Tyaneus qui  
Pythagoreo instituto quinquennium totum  
filuit, os tamen aperire in Olympijs, glorio-  
lāque voluit captare dicendo.

In ea pompa dicentium, de varijs quidem  
Olympicæ orationes de Concordia ciui-  
tatum, ut paulò antè attigimus; quales oratio-  
nes fuere Gorgiae, Antiphontis, Aristidis  
euorōias, Apollonij ἀριστονομίας: vel maiorum in-  
clyta facinora prædicando memorabant; quod  
esse munus poëtarum, ή λόγιων & Oratorum  
vel Sophistarum, ait Pindarus, & Isocrates in  
Panegyrico, qui tamen tam illustria parentum  
facta tot & tanta esse dicit, ut nullus vñquam  
μην πειθώ, μην συφιστῶ sit eorum magnitudinem  
celebrando assecutus. Vel denique è media  
sapientia depromebant, quod lumine oratio-  
nis vestirent. Sic Musonius Tyrius, & Herodes  
Atticus Sophista, qui sub Adriano Imperatore  
docebat eloquentiam, in Olympijs multa ex-  
niè dixerunt ἀεὶ μεσότητε, de laude mediocritatis.  
*In vit. Apollon.*  
l. 4. c. 10.

Locus De-  
clam. in  
Olympijs.

Locus autem vnde huiusmodi orationes  
haberentur, fuit ut plurimū gradus templi  
Iouis Olympici. Sophista Lemnius in quadam  
epistola de Georgia, Ολυμπίας διελέχθη καὶ τὸ βαρ-  
εῖσθαι τῆς τε ρεω βαθύτερος: ubi Interpres non  
sat commodè meo iudicio vertit è templi repagu-  
lis; gradus maluissem dicerē aut crepidinē: nam

quæ h̄ic βδγεις, in vita Apollonij dicitur κρηπίς.  
Apollonius, inquit, de virtutibus, ἢ πό τῆς κρηπίδος  
τὸν νέω διελέχθη, stans in templi crepidine disputa-  
bat. Philostratus item de Polemone Sophista  
hymnum sacrum in Olympijs recitante, ἢ πό  
τῆς κρηπίδος τὸν νέω διελέχθη πολλὰ εἰ διαυδοῖα, εἰ tem-  
pli crepidine multa εἰ admiratione digna differuit.  
In Pythijs tamen Gorgias ἢ πό τὸ βωμὸς, ex ara,  
mirabilem illam orationem habuit, propter  
quam aureus stetit in eo templo.

Celebres ὁμιλίες materia in quibus Sophistæ  
se ostentabant. Laus Deorum, hominum,  
ciuitatum. Panegyrici Imperatoribus con-  
sulibusque dicti à Professoribus eloquen-  
tiae. Panegyricorum mendacia. Funebres  
orationes Sophistarum. Vituperationum  
quaque ὁμιλίες.

## C A P. VII.

**E**AMILIARE & commune  
argumentum carum oratio-  
num, quibus ad pompam vte-  
rentur Sophistæ, fuit Laus  
atque Vituperatio. Viam iam  
inde præiuerauit Gorgias, quem  
ferunt singularum rerum laudes vituperatio-  
nēsque conscripsisse, quod iudicaret hoc ora-  
toris esse maximè proprium, rem augere  
Cic. in Brut.

posse laudando, vituperandoque rursus affligere. Huiusmodi orationem vulgo nominant

*Quid Panegyricus.*

Panegyricum. Glossæ Isidor. *Panegyricus, laus in promptu dicta:* sed oportet laudem esse quandam eximiam atque mirabilem, ut hoc nomen tueri possit. In eo genere cum primis adolescentes erudiebant, ut Plutarchus animaduertit:

*Plutarch. de audit.*

quod ille vocat πανηγυρίζειν οὐ τάς χελαστήν μελέτας, quæ res viro grauissimo displacebat: unde alio quodam in loco πανηγυρική λύροις, *nugas panegyricas* appellat, quibus assuefandi minimè adolescentes videantur. Mores omnino Sophistarum attingit, qui delectandi placendique studio inflata quædam,


*Idem ap. πανηγυρικήν.*

& περὶ μετεπνώσῃ studiosissimè colligebant, plena inanis & friuolæ iactationis. Itaque Nyssenus Gregorius, vir haud maior vita sanctimonia quam eloquentia & humanitate, dixit eleganter κομπώδη τὸν ἐκφύγων Γέμην, morem laundandi inflatum & redundantem, qui cum sana dictione, seueroque iudicio, nullum habet commercium. Et tamen, ut paulò ante aiebam, hoc commune fuit ὅμδειζεων argumentum, in laude panegyricisque versari, in iisque se nimium quantū, ut propriè dicam, iactare.

*S. Aug. l. 4. de Doctissimus & sanctissimus Augustinus de iudict. Christ.*

cūda elocutione differēs; Appetunt, inquit, eam, qui lingua gloriantur, & se in panegyricis, talibusque dictiōnibus iactant. Tam proprium id eorum fuisse putat Sidonius Apollinaris, ut oratorem *Panegyristam* nominet: ut non sit mirum, si in illis delitijs & dicendi voluptate, quosdam animus vitaque defecerit. De Eteoneo lo-

*Sidon. l. 4. ep. 1.*



quens Aristides, sic habet: Eloquentiam & Aristid. to. eruditionem adeò amabat, ut eorum studio sit im-<sup>in fanebr. or.</sup> mortuus, πανηγυρίον & οὐδέτερα δούλων, cùm panegy- ricum & declamationes recitaret.

Laudationes autem Sophistarum & pane- Triplex ge- gyricos in tria maximè genera dispersitos vi- nus cele- deo: aut enim prædicabant Deos & Heroas, brium Pane- aut claros viros, aut illustres ciuitates: in qui- gyr. bus ingenij neruos omnes contendebant, vt ἀριστοὶ εὐοίαις haberent, & floridam elocu- tionem, & insuetam & mirabilem elegan- tiam, quibus ornamentis stupefacti audien- tium animi caperentur. Et quod ad laudem Laus Deo- rum. Deorum quidem attinet, sic disertè Plato,

*Atqui si vis, o Eryximache, quærere, inuenies pro- Plat. in Con- fectio, nis χρηστοὺς συφιστὰς Ἡερατέοις μόνον & διγών [γεῶν] niss. ἐπικίνδυνος κατελογάδιον συγκεχρήψῃ, bonos & peritos so- phistas oratione soluta Herculem aliisque laudasse.*

Fabius item quasdam materias esse ait ad so- Quintil. l. 3. lam compositas ostentationem, ut laudes Deo- rum virorumque, quos priora tempora rule- runt. Nec difficile arduumque foret id exem- plis antiquitatis illustrare. Cui rei vel Aristi- des vnum sufficiat, cuius habemus hymnum in Iouem, & iustas orationes in Mineruam, Bacchum, Sarapim, Aesculapium & alios, qui- bus superstitione implicatus diuini numinis vim tribuebat. Hic verò Antalcidæ memini Lacedæmonij principis, à quo Sophista bellè fuit irritus, qui delicatam à se compositam orationem, Rhetorum pigmentis artificiosè illusam, floribusque variegatam, dicere in laudem Herculis gestiebat: de quo sic Plu-

*Plutarch. in  
Lacon. apoph.* tarchus: σοφιστὸς δέ πνος μέλμοντος αὐτοῖς οὐδὲν μιν  
μιν Ηεράλεοις, Τίς τορ ἀπόν, ἔφη, φέγξ; quis enim,  
inquit, eum vituperat? Idem propè fecit Apol-  
lonius Tyaneus, cùm incidisset in iuuenem,  
qui in schola Sophistica politus, dulcem &  
magnificam orationem in Louis Opt. Max.  
commendationem elaborauerat: hunc enim  
σεμιναριόδην, opere suo tumefactum, καὶ δοκισσόφη,  
vt verbis utar Philostrati, & se gloriose ven-  
ditantem repressit, quòd diceret, verisimile  
non esse, vt qui mediocris hominis fortu-  
nam stylo & cogitatione non æquaret, is Io-  
uis Opt. Max. decora & immensitatem, pro  
dignitate commendare posset.

*Laud homi-  
num.*

Sed in hominum prædicanda excellentia,  
sæpiùs artem & dicendi copiam explicabant  
Sophistæ: quo in genere, etiamnum inue-  
niuntur Panegyrici dicti Regibus, & dynastis  
luculentí, è quibus liceat intelligere, quid  
ipſi poliundæ orationis & elegantiæ artifices,  
& Suadæ filij præstiterint. Huiusmodi lauda-  
tiones speciosas Imperatorum dixit aliquo-  
*Themist. or. 12.* ties Themistius Ὀπιδηνοῦρος, & id fieri vulgo  
ab illis eloquentiæ doctoribus ait, à quibus  
tamen suam in dicendo rationem distinguit:  
quòd illi vnam modò aurum delectationem  
intueantur; ipse verò è lege philosophiæ, plu-  
rimum etiam utilitatis adiungat. Imò etiam  
quoque dicti Panegyrici, in quibus, absentium Imperato-  
rum laudes magnificentius vberiùsque fui-  
sent expositæ, deinde ad eosdem mitteban-  
tur: quod à se factum prodit ipse quem no-  
*Themist. or. 13.* minaui Themistius, qui cùm Senatu popu-

Ioque audiente, amplissimo in hominum cœtu, de Augustis orbis dominis multa exquisito artificio dixisset, eam deinde coronam ( sic Panegyricum suum appellat ) non ex auro, inquit, obrizo, sed è Platonis Aristotelisque flosculis intextam Imperatori misit: vbi quoque suam illam orationem vocat *Hymnum*; quo sic Principem recreatum ferunt, ut statuam illi ex ære collocaret.

Hoc autem munus celebrandi oratione Panegyrici à Dynastas, Reges, Consules, proprium fuisse professorib.  
illorum, qui in schola facundiæ profiterentur, optimus autor & eloquentiæ magister di-  
cit Augustinus, qui Mediolani in florentissi-  
ma ciuitate, Bautoni Consuli, laudem Calen-  
dis Ianuarijs, in magno hominum conuen-  
tu, pro sua, inquit, tunc *Rhetorica professione* re-  
citauit. S. Hieronymus epistola quadam sua, S. Hieron. ep.  
Doctissimi quique Græcorum Regum suorum ac prin-<sup>21.</sup>  
cipum laudes accepta mercede dicebant. Ea res  
multa in historiam mendacia ludibriūmque  
importauit, cùm Rethores non tam elabora-  
rent, vt vera dicerent, quām vt ea quæ subtiliter  
excogitauissent, iucundè & mirabiliter  
in audientium animos immitterent. Sanctissimus Augustinus in Confessionibus: Cūm pa-<sup>Aug. l. 6. conf.</sup>  
rarem recitare Imperatori laudes quibus plura men-<sup>c. 6.</sup>  
tirer, & mentienti faueretur ab scientibus. Itaque  
viris sapientibus improbata est ea consuetudo,  
& præclarè meo iudicio Lactantius: Id *Lactant. l. 1. de*  
*faciunt*, inquit, qui apud Reges etiam malos pa-<sup>fal. rel. c. 15.</sup>  
negyricis mendacibus adulantur: quod malum à Græ-  
cis ortum est, quorum lenitas instructa dicendi facul-

Lamprid. in Alexand.  
tate & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitarint. Quæ fortè causa fuit cur Alexander Seuerus minimè ambitiosus Imperator, laudationum id genus repudiarit, de quo sic Lampridius: *Oratores & poëtas non sibi panegyricos dicentes (quod exemplo Nigri Pescennij stultum dicebat) sed aut orationes recitantes, aut facta veterum libenter audiuit.* Cuius Principis ævo, cùm multi essent non modò in Græcia, verùm etiam in Italia Sophistæ, qui delectis viris audientibus, publicè laudes pronunciant Alexandri Magni, Pompeij, Cæsaris, & aliorum virtute præstantium, qui rem communem moderati olim fuissent, eos cupidiūs audiebat idem Imperator, ut ex memoria Annalium cognoscitur.

Funebres  
orationes.

Plat. in Me-  
naxen.

Or. 10. sub  
mittimus.

Longin. ap.  
v. 4.

Neque modò viuos panegyrico, verùm etiam mortuos funebri oratione ἀεὶ στοχεῖν studiosissimè comparata laudabant. De qua re Plato, *Non, inquit, temere, sed ἐν πλοδῷ χρόνῳ λόγοις παρεσκευασμένοις, longiori tempore composita & concinnata oratione tam egregiè mortuos laudant, ut dum & quæ sunt & quæ non sunt de aliquo prædicant, verborum elegancia auditorum animos quasi præstigijs beneficijsque quibusdam fallant, &c.* Id vocat S. Gregor. Nazianz. στοχεῖν πιναπάτη & τὰ συμφορά, vel ex ipsa calamitate materiam ostentationis arripere: vbi etiam id in communi fuisse consuetudine significat. Hyperides in eo genere fuit illustris, de quo sic Longinus: τὸν δὲ ἑπταφτὸν ἔπιδεκατῆς, οὓς ἡ οἰδη ἐν τοῖς διήσεται. Funebrem orationem cum tanta ostentatione composuit, ut nesciam, an quis-

quam alius similem potuit efficere. Sed est in manibus istiusmodi orationis speciosissimum exemplum, apud Sophistam Aristidem, in funere Aristid. to. 2.  
Eteonei adolescentis; qua nihil pictius, & ornatus esse puto, vel inuentorum elegan-  
tissima varietate, vel dicendi modo veneri-  
bus redundante: & me quidem iudice, mu-  
seum poëtarum leporem, næniāsque dulces  
& amœnas suavitate superauit.

Ad extremum in claras vrbes Panegyrici Laus vrbium.  
fuere Sophistarum, ad ostentandam eloquen-  
tiā; quod fieri sæpe ab illis innuit Philostratus in Polemone: & perspicuè Aristides vlti- Aristid. to. 3.  
ma oratione, cùm de se loquitur in hunc mo- or. vlt.  
dum: *Quim panegyrim, quem conuentum præter-  
misimus, τὸ μὴ ὑπομηνῶν τὸν πόλιν οὐ τῷ μέσῳ;  
quin Vrbem publicè laudaremus, quamquam gloria  
non indigebamus?* Et quidem eius distinctæ & Idem to. 1.  
elegantissimæ sunt orationes in Romam, in  
Smyrnam, in alias: quæ Rhetorum studium  
in eo argumento declarant. Apud Athenæum Athen. l. 3.  
etiam Pompeianus memoratur Sophista, δεῖξιν  
λόγων σημειώσα πιστύρος, καὶ εἰκόνιον διεξιχόνδρος τῆς  
βασιλεύσοντος πόλεως, qui eloquentiæ vim publica de-  
clamatione ostentans, Romam vrbium reginam lau-  
daret.

In vituperando quoque ὕποδιξίς adhibue- Vituperatio-  
runt. Eratosthenes sanè qui reliquit μήτης num ὕπο-  
rhetoricas, quas ornatè & σοφιστῶς elucubra- dixīς.  
uerat, aduersus poëtas sæpe declamauit, cùm  
ostenderet maximè in Homero, τις Ἀηιγντας  
φλυαροις ἔι, καὶ αὐτὸν τὸ πινθλο, επ nugatores fuisse  
interpretes, επ poëtam ipsum, ait Strabo. Dio Strab. l. 1.

etiam Prusæus dedecora philosophorum, & nugantis sapientiæ labes in hominum luce explicuit, cōmuniq[ue] theatro ἐπιδεινόμενος: cūmque multas orationes, tanquam ex Amaltheæ cornu emiserit, eam tamen quæ esset contra *Synes. in Dion.* philosophos, Synesius autor est, παῦν τὸ θεάτρον γένεσις χαρεῖται, omni genere venustatis grauiæque affluere.

---

*Επιδείξις de Marathone, Salamine, &c. Campus Rhetorum, ubi omnia καλωπομata sine ornamenta sua explicabant. Cur Sophiste id argumentum studiosè arripuerint. Triplex Marathonia, templum Euclie, εορτα ob victoriam, & publica encomia. Eam laudem Marathonis plerique ineptè obtrudebant, eo nomine à doctis illusi.*

## C A P. VIII.

**N**ULLA res fuit tam cupidè à Rhetoribus, & maiori contentione celebrata, quàm Marathon, quàm Plateæ Salamínque, quàm Heroes illi quos Μαραθώνας indigitabant, quod eorum laus omnes opes orationis, vim eloquentiæ artificiumque reciperet. Quare Plutarchus eam materiam Sophisticæ scholæ propriam fuisse refert; τὴν Μαραθώναν γένεσις της Εύρυμέδοντος γένεσις της Φλατακας, &c. Marath.

*Plutar. in precept. polit.*

Marathonem, Eurymedonem & Platæas relinque-  
mus in scholis Sophistarum: additque earum re-  
rum commemorationem ποιῶν οἰδεῖν καὶ φρεάτες  
εἰσεκέντης τοὺς πομοὺς, inflare plurimorum animos, &  
inani arrogancia complere. Eandem M. Tullius *Cic. i. offit.*  
Rhetorum campum nominauit, sic enim loqui-  
tur: *Quae magnō animo & fortiter excellenterque*  
*gesta sunt, ea nescio quomodo quasi pleniore ore lau-*  
*damus. Hinc Rhetorum campus de Marathonē, sa-*  
*lamine, Platæis, &c. Rethores hīc appellat So-*  
*phistas: hinc rhetorici, Sophistico more dicē-*  
*di copia & cōcinnitate exultare. Peritē S. Hie-*  
*ron. Rhetorici sumus & in morem declamatorum S. Hieron. ad  
paululūm lūsimus. Eodem modo πυλόβολοι sumunt uers. Heluid.*  
Græci. Hinc etiam *locus Rheticus*, aptus vide-  
licet ad splendorem orationis atque floscu-  
los & iucundam amplificationem capiendam:  
Quintilianus locum plausibilem vocat, Aristides  
orator *κεχριπούνερον*. Doctissimus Hieron. l. i. ad-  
uers. Iouin. Extulit se quasi in locum Rheticum,  
& facit apostrophen, &c. Hunc eundem cam-  
pum Sophistis attribuit Gregorius Nazianz. *S. Greg. Nāz.*  
ad Ablauium scribens; cuius locum, quod exi- *ep. 131.*  
niē rem explicet, lubet hīc apponere. so-  
phistes, inquit, amore te flagrare audio, ac miri-  
ficam quiddam existimare, grauiter ac magnificè lo-  
qui, excelsum vultum præferre, altè ac sublimiter  
ingredi, atque ingentes tuos spiritus in Marathonem  
& Salaminem, illa inquam vestra ornamenta tende-  
re, nihilque aliud quam Miltiadas & Cynegiros &  
Callimachos & Telemachos cogitare, ac denique  
omnibus rebus Sophisticè instructum esse. Idem in *Idem ep. 131.*  
epist. ad Sophistam Adamantium: *Apud vos*

magno in honore ac pretio sunt Cynegiri & Callimachi, ac Marathonis & Salaminis tropaea, ob quae & felices vos ipsos esse existimatis & felicitatem adolescentibus adferre.

Cur orationes de Marathon frequentes.  
1. Causa.

Causæ verò cur tam audiè hoc argumentum Sophistæ arripuerint, maximè duæ proferri possent. Imprimis enim res fuit perquam illustris, in oculis barbarorum, in conspectu Græciæ summa admiratione perfecta, quæ omnes exornationum locos posset capere, &, ut ait M. Tullius, pleniore ore laudari. Nam quæ de rebus insignibus & præclaris instituitur oratio, habet *gravitatem*, *grauitatem*, ut au-

*Hermog.* l. 1. tor est Hermogenes: Velut, inquit, *τοι περι της θεωρίας* de formis. *Μαραθώνιον ναυαγίας*, *η τῆς ἐπὶ Πλαταιῶν*, *η τῆς ἐπὶ Σαλαμῖνον ναυαγίας* εἰ τοι λέγοι, & τοι Αἴγαρον, καὶ τὴν Εργασίου τὴν πιούστην, si quis de Marathonio prælio dicat, aut Platæensi, aut nauali ad Salaminem, aut de Atho monte, aut de Hellestante & similibus. Quibus in verbis ea breuiter enumerat Sophistarum, ut nomen à Gregorio Nazianzeno mutuer, *καλωπομάται*, orationum veluti monilia & ornamenta, quibus *κορονᾶσι* coronare suas confueuerunt. Vedit hoc etiam eru-

*Sidon.* *Pans-* ditissimus Sidonius Apollinaris, & poëticè *gyr.* in *Nar-* exposuit:

*bon.*

*Namque in corpore fortium virorum  
Laus est amplior, amplior cicatrix  
In castris Marathonijs morantum.*

*Agell.* l. 3. Huc alludens venustè Agellius, *Pulchrum*, inquit, *Dij boni facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum.*

2. Causa.

*Altera causa est, quod nullum fuit ora-*

tionis genus tam iucundum Atheniensibus, quam speciosa eorum certaminum prædicatione, qua' beati apud omnes videbantur. ἐν δὲ τῷ εἰς Μαραθῶνα μάχῃ, inquit Isocrates, ὡς Σοφία-Ισορ. or. ad pūni ναυμαχίᾳ, &c. ἀπότιτος αὐτοῖς ἐγκριμάτων. Sed Philip. cūm ob Marathoniam pugnam & nauale ad Salaminem prælium, tum eo potissimum quod pro salute Græciæ suam urbem nostri ciues reliquerunt, vniuersitatem celebrant. Aliæ res fortiter in bello gestæ, aliæque victoriæ propè omnes, communes toti Græciæ fuerunt: Marathonij verò triumphi proprium opus Atheniensium, ait Suidas. Atque in hanc tem venustè Maximus Max. Tyr. Tyrius: Deme Atheniensibus velocem illum ad Dissert. 32. Marathonem cursum, mortemque quam oppetiere ibi, & Cyngiri manum, & Polyzeli cladem, & Callichachi vulnera, nihil præclarum Atheniensibus relinquis, nisi forè Erichthonium aut Cecropem, fabulas meras, nec fide digna nomina. Et Aristoteles l. 2. Rhet. negat Athenienses bene laudari posse, nisi teneamus in Salamine naualem pugnam, & in Marathone prælium: quod quilibet à proprijs laudari debeant, ea verò sunt Atticorum propria. Itaque multa machinati sunt Athenienses ad eius pugnæ memoriam (qua nihil adhuc est nobilius, ait Aemilius Probus) in posteritatem omnem transmittendam. Nam in eo victoriarum campo insigne monumentum & trophæa posuerunt cum hoc epigrammate:

Εμίωντες μεγαλώπες Αθηναῖοι Μαραθῶνα

Ἐκτεντος Μῆδοντες εντελέσθαι.

*Attica Graingenis gens propugnans Marathone  
Persarum fudit myriadem nouies.*

Hinc eleganter Critias circumscribens Atticam, nō, inquit, τὸν καλὸν Μαραθώνιον κατεστόντα τοῖς Επινοῖς, quae pulchrum in Marathone trophyum posuit. Præterea in eodem ipso loco delubrum exædificatum est opere magnifico & eleganti, Euclæ, hoc est famæ & gloriæ perennitati sacrum, ut annales Græciæ meminerunt, nisi Euclæ nuncio victoriæ malis tribuere. Indicta quoque celebritas perpetua & solennis, qua tantæ rei letitia renouaretur: τινὲς μὲν τῷ Μαραθώνιῳ μάχῃ νῦν Αθηναῖοι ἵοπτοί οὖσι, ait

*Plutar. contr. Epicur.*  
*Idem de glor. Atheniens.*  
*Anniuersarij agones in Marathon.*  
*Cyrrill. l. 10. contr. Julian.*  
*Iuratum per Marathonijs.*

Plutarchus; Marathoniam pugnam hodièque Athenienses solenniter celebrant. Alio loco diem nominat: Sextam Boedromionis diem, hodièque Athenæ festam celebrant, memoria Marathoniæ pugnæ. Denique quod maximè ad nostram rem pertinet, institutæ hominum eloquentium declamationes, qui astricta & soluta oratione clarissimos illos triumphos concinerent. Qua de re quid piissimus doctissimusque Cyrillus Alexandrinus Antistes memoret, hic apponam. Dicunt Athenis maximè eloquentibus & facundis anniuersarios agones institutos, qui pro Græcu periclitati, obstantes Barbarorum insolentiæ, numero minores fuere bellatorum innumerabili turba, & cum vincere non possent, pro victoria contenderunt, ne minus utiliter morerentur, memorias & encomia apud illos consecuti. Ad dit per eos quoque iuratum: Quidam, inquit, dicunt, Non per progenitores qui in Marathone

occupuerunt, non per eos qui Salamine naufragium  
sunt passi, &c. Demosthenem omnino intelli- Poëtæ laudat.  
git, cuius illud iuriandum est in orat. pro  
Coron. De Poëtis Ammianus Marcellin. so- Ammian. l. 25.  
nent Hætoreas poëtæ veteres pugnas, fortitudinem  
Thessali ducis extollant, longe loquantur atates So-  
phanem & Aminiam & Callimachum & Cynegi-  
rum Medicorum in Græcia fulmina illa bellorum.

Etiā Philosophi latrēam ex eodem musta- Item Philo-  
ceo petebant, quos reprimit Epictetus; Nón- sophi.  
ne, inquit, quando recitando plurimum admira- Arrian. l. 3. c.  
tionis captaſti, si quis eleganter te alicui affirmet re- 23.  
citatæ historiam Xerxis, &c. id nimirum ἀκρόασιν φί-  
λος οὐδὲ Μεδοὺς Τεττάγοις ἐπειδήσιοι, ait Philostri-  
tus, in laudandis Medorum tropaeis est immoratus.  
Secutus easdem orationis delicias fuit Iso-  
crates in Panegyrico, Plato in Menexeno,  
veteres alij omnes, qui Suadam coluerunt,  
quos Sophistæ imitati recentiores, bellis istis  
& magnificis amplificationibus refererunt  
omnia. Aristides multa sæpe exquisito artifi- Arist. in Pane-  
cio de illo argomento pronunciat; Himerij & Jr. to. 1. &  
Polemarchicus in eo totus est consumptus, ut to. 3.  
videre est apud Photium. De Scopeliano Phi- Photius.  
lostratus: In illustribus causarum argumentis fuit Philost. l. 1. de  
mirabilis, & longè magis si Medorum causas in qui- mū. Soph. 23  
bus Xerxes Daritque inerant declamaret. Subdit paulò post, cum in ijsdem consueſſe βανχεύεται

*E* oratione, impetu veluti bacchico agitari. Sophista quoque Proærcisius quid in ea re præstiterit, ex Eunapio licet colligere, quem Diophantus cum lunebri oratione prosequeretur, sic exclamauit; ὁ Μαραθὼν γε Σάραπις νῦν ποίησε, εἴδοντα πολυτύπα τῆς ψυχής τοῦ Επιμένηος πολωλεκτεῖ; nunc silentio obruta iacetis Salamin atque Marathon: quanta egenim vestris tropais arque victorijs tuba interiit?

Ridiculi So-  
phista.

Sed ut solet in suavitate mellis contingere, ut qui plus aequo illo saturetur, in vitiositatem incidat: ita Sophistis eueniebat sæpe, ut blandiente illa materia elati, & effusè lascivientes, omni fere in causa impotuisse Marathonium duellum occinerent. Festiuum est Lucillij epigramma in Meneclém Rhetorem, qui mercede cum fuisset ab auctore conductus, ut porcellum in iudicio repeteret; de porcello nihil quidem ille in causa, sed de Xerxe, Othryade & Thermopylis multa magnifice & gloriose dixit, & in canoris Sophistarum nugis in omni oratione est versatus: hinc vulgo id iactatum, Ἄλα λέγει Μενέκλης, ἄλα τὸ ζεριδόν. Alia Meneclés, alia porcellus. Lusit &

*Lucian. cō pñ-  
Cp. diadex.*

in Rhetorem suo more facetè Lucianus, quem instituit ut quam maximè sit ineptus: Καὶ τὰ δὲ, inquit, ὁ Μαραθὼν γε ὁ Κυνέγρος, &c. In omni autem oratione sit Marathon, & Cynegrus, sine quibus nihil fiat: sempérque Athos nauigetur, & Hellespontus pedibus teratur, & sol à Persarum sagittis obumbretur, & Xerxes fugiat, & Leonides admirationi existat, & Othryada literæ legantur, &

salamis & Artemisium & Plateæ, multa hæc & studiosius inculcata. Ita Lucianus; ubi tanquam breui in tabella videre licet, quæ frequentius Marathoniaæ illæ tubæ resonarent. Hinc Ptolemaeum Naucratitem Sophistam Μαραθῶνα ἐπωνυμάτιον, Marathonem cognominarunt, ut ait Philostratus, quod opinor in omni genere causæ, è Marathonia corona semper aliquid decerperet, & Salamine velificaretur. Eosdem illudens Aristophanes ait, *vñlw c̄ M̄p̄t̄w̄i με-* Aristoph. in *γάλως ἐχλωποκοπηῖν*, *victoriā ad Marathonem equit.* magnifice crepare. Sed non modò proprium Sophistarum id certamen fuit; sed commune Atheniensium omnium studium atque ambitione, quam Theopompus lib. 25. rerum Philippi, ut est apud Theonem Sophistam, illudebat; multa enim de Græcis barbarisque hominum mendacio inuoluta fuisse: ἐπ ἡ δὲ τιὸς οὐ Μαραθῶνι μάχῳ ἐχ ἀμφὶ πάντες ὑμεῖς τε φέμενοι εἰναι, & ὅτε δῆμα, φυσιν, οὐ Αθηναῖοι πόλις δῆμος οὐδέποτε, & οὐδεκρίτου τοις Ἐμβωμασ. Præterea ne Marathonia quidem pugna æquè celebratur ab omnibus, quæque alia, inquit, gloriösè prædicare, quibuscque fucum facere Græcis ciuitas Atheniensium consuevit.

*Materiae infames celebrium declamationum,  
quæ Græcis ἀδόξι, ὁργάδοξι, φῶλαι, ἀτοποι,  
πονηραὶ ἴσωθεος. Eæ proprie Sophistarum.  
Quinam earum inuentores. Assumeban-  
tur exercendi ingenij causa, vel ostentan-  
di. Indiculus earum materiarum. Qui-  
dam id studium reprehendunt.*

## C A P. IX.

 *S T E N T A B A N T se quo-  
que Sophistæ in leuissimis rebus  
prædicandis, aut etiam malis,  
& humano generi perniciosis;  
quas matetias Græci vulgo ἀ-  
δόξις nominant, & ἀνημονίας, Agellius  
infames materias vel inopinabiles: quidam vocant  
Tzetzes Chil. θεραπεῖα. Tzetzes inter laudes ἀδόξις & ὁρ-  
γάδοξις subtiliter distinguit; ἀδόξις ἐκείνον, in-  
quit, est, ut si quis flagitiosum libidinis genus,  
aut ebrietatem commendet: ὁργάδοξον verò quod  
præter hominum existimationem opinonemque di-  
citur, ὡς τὸ πενιχρὸν ἐπαγγεῖν, διάβατο, &c. Vulgo  
tamen confunduntur, & sapienter ea duo ge-  
nere communi ἀδόξιον nomine comprehen-  
duntur. Fuit autem ea laudandi ratio pro-  
Philostr. l. x. de prius Sophistarum, ut Philostratus in Dione  
ut. Soph. significat; Quæ, inquit, de minis serijs rebus  
à Dione conscripta sunt, μὴ μητρὰ ὑγιάμετα, δημο-  
σιοτεικά. Οφισος γὰς τὸ ὑπέρ τοις τοις αὐτοῦ συνδεῖτο.  
Νε quis lenia hæc aut parua censeat, verū potius so-*

phistæ accommodata: Sophistæ siquidem ea quoque studiosè tractanda sunt. Isocrates ait eosdem in eiusmodi argumentis μέτα φρονεῖν, placere sibi *Isocr. in Helen.*  
vehementer, in iisque se gloriösè venditare: *encom.*  
arque illius instituti autores facit Protagoram,  
Gorgiam parentes Sophistarum, Zenonem &  
Melissum, qui res omnium opinione incredibili-  
biles, sibi tuendas defendendāsque putarunt,  
aut oratione refutandas, quas superiorum  
temporum sententiæ constabiliſſent.

In hanc igitur sui ostendandi viam apertam, Cur infames  
& illustrium hominū vestigiis protritam, studio materias lau-  
magnō ingressi & ambitione Rethores, etiam darenr.  
veteres eloquentiæ coryphæos, in hac rerum 1. Causa.  
exilium prædicatione superare moliebantur.  
Quod doctissimi viri notarunt ab ijs factum,  
vel exercendi ingenij causa, vel copiæ osten-  
tandæ. Vtramque causam Lactantius diuinè *Lactant. l. 3.*  
complexus, diuin. Instit. l. 3. ait quosdam pru- c. 23.  
dentes & scios mendacia defendenda susci-  
pere, ut ingenia sua in malis rebus exerceant vel osten-  
tent. Sed elegantissimè Agellius, *infames materias, Agell. l. 17.*  
sicut ad d'g'os, i'c'w'g'os, veteres, inquit, adorti sunt non  
Sophistæ solum, sed philosophi quoque: & noster  
Phauorinus oppidò quam libens in eas mate-  
rias dicebat: vel ingenio expurgificando ratus ido-  
neas, vel exercendis argutijs, vel edomandis vsu diffi-  
cultatib'ns, &c. Notat idem Quintilianus, cum *Fab. l. 2. c. 17.*  
quærit, an sit ars eloquentiæ; Evidem, in-  
quit, illos qui contrà disputarunt, non tam id  
sensisse quod dicerent, quam exercere ingenia ma-  
teriæ difficultate credo voluisse. Ad hanc exer-  
citationem reuocatur illud dogma Sophista-

rum, τοιούτων οὐδενός λόγου, de quo superius multa exposuimus; & Protagoræ id institutum, qui aiebat, de omnibus rebus in contrariam partem disputationi posse.

2. Causa.

Plutarch. de  
audien.

Ennod. l. I.  
epist. 6.

Isocr. in Helen.

Neque modò exercitationem quærebant Sophistæ, verùm etiam, ut dixi, ostentationem, & eximiam ab ijs laudem, qui suavitate orationis delibuti audirent: quod expressit eruditè Plutarchus: ὅπου γέ εἴρενον πνὲς ἐγκάματα δὲ πυρεῖ, δὲ μὴ Δια χρήσας ἀποδεκανύθει, παρερώμενος ἐν ἀμοιρύσιοις, quando enim quidam vomitus, febris, atque adeò olle laudationibus publicè declamat, non expertes fuerunt approbationis? Vbi notandum id eos fecisse ἀποδεκανύθει, videlicet in orationibus, speciosissimè ad pompam & speciem elaboratis. Sic enim existimabant, vbi deficit materia, propter improbitatem, aut tenuitatem, haud satis ad dicendum idonea, ibi regnare oportere eloquentiam, quæ tenere animos audientium queat, celerisque ingeniorum motus ostendi, in quo laudem positam esse omnes fateantur. Hinc Ennodius eruditè de Fausto, qui Comum, rem ut ipse putabat exilē & despiciātā, miris laudibus extulerat; Tanti, inquit, fuit diuitias facundiæ, in rebus laude carentibus ostentare. Hinc igitur petitæ ab illis sæpe ἀνδείζεται, ex hoc veluti spineto dumis impedito; rosas legere, & corollas sibi texere völuerunt, ut persuaderent omnibus, ὡς εἰ τοιούτων παρεγγαμάτων ἔχοντι πλείστη, τοιούτων καλῶν γε ἀγαθῶν πρᾶξις διπονούσι· se, cum de rebus adeò improbatis verba suppetant, ad res præclaras exponendas luculentia oratione facile abundanturos, ait Isocrates. Nam moris est eloquentibus

viris (verba sunt Apollinaris Sidonij) ingeniorum Sidon. Apoll. facultatem negotiorum probare difficultatibus, et illic stylum peritum quasi quendam fæcundi pectoris vomerem figere, ubi materie sterilis argumentum, velut arida cespitus macræ gleba ieunat.

Iraque reperti sunt in ultima antiquitate, qui Indicus mā omnem vim ingenij consumerent in laudando teriarum insale; quod ridet Plato in Coniuicio. Gorgias omnibus orationis copijs efficere & probare molitus est, nihil esse in rerum natura, quod vere sit. Molam eximiè laudauit Pittacus, qui in choro Sapientum Græciæ fuit positus; quod de eo refert Ælianus *min. isop. lib. 7.* Quidam publicè declamauerunt in opum & exulum vitam magis expertendam esse quam hominum cæterorum: quam ἄννη Τερέδην & Ἀρτεσίον nominat Isocrates. Dio Prusæus ingeniosissima laude exornauit psittacum, Polycrates mures, Lucianus muscam, Michael Psellus pulicem: quem opinor imitari voluit Cœlius Calcagninus. Clitarchus scripsit laudes τῆς περιπολος τερεδίνις, quæ exiguum est animal simile api: scripsit autem, ut ait Ioannes Tzerzes, ὑψηλῶς καὶ ἐπηρεόφεως, stilo Tzerz. chil. 7. magnifico et elato,

Ως εἴησθε τοῖς λεύκος ἔχεα φεῦ Νεμέας,

Εἴτ' οὐδὲ γάλαρε τῷ Κρητὸς ἐκείνῳ τῷ πυρπόλῃ, &c.

Perinde ac si de leone scripisset Nemeao,

Siue de tauro illo Cretæ ignem spirante, &c.

Omnes Atticorum arculas & pigmenta Rhetorum adhibuit Phauorinus ad febris quartanæ prædicationem, ut autor est Agellius, qui illius docti hominis ἐπιδιήγεως particulam habet. In Therente etiam laudando sudauit, ut Polycrates

Fab. l. 2. c. 17.

in Busiride & Clytemnestra: quod memorat Fabius lib. 1. Synesius multis laudibus celebrauit caluitum; Aristophanes paupertatem: Eliensis adolescens podagrum, surditatem, cæcitatem, ut refert in vita Apollonij Philostratus. *Somni et mortis* scriptæ etiam sunt laudes, ait Quintilanus l. 3. c. 7. Alcidamantem meo iudicio inteligit, quem scripsisse ἐκόμιος θεάντα accepimus. *Moria et fatuitalis* encomium quidam exhibuerunt. Etiam reperti qui vomitum, febres, ollas magnificè & disertè prædicarent ex Plutarcho. Quidam ouum, alij asellum tardam & languidam pecudem, Dio Chrysostomus κούτωτα, culicem, non nemo scarabeum, alij alia sibi omni orationis elegantia & varietate ornanda sumperunt. Horum opinor omnium communis illa vox fuit atque sensus;

*In tenui labor, at tenuis non gloria.*

Sed tamen totum id studium repudiavit, & oratione lacerauit Isocrates. In Panathenaico non sine animi indignatione scribit, quosdam εἰκασίαι τὰ φαιλόπτερα τὸν ὄντων, & τὸ γερομάταιον τὸ μηδικόν, res omnium vilissimas, aut mortalium nequissimos laudare: idque, ut ibidem ait, εὐ πανγύρεον, in celebritatibus, ut ostendat fuisse θηλεῖς. In Busiride vocat πνεῦμα τελεόδοτον, improba argumenta: & in Helenæ Encomio τελεῖς τε τὸ γένος μηδέποτε, ineptias in eloquentiae studium inuectas, quarum paulò post exempla etiam ponit, ut cum, inquit, laudant τε τελευτῆς, & τε τελεῖς, & τε τελεώντα, apiculas, salem, et quæ sunt eius generis. Synesius quoque nominauit σοφιστῶν απορρεῖαν, sophisticam insolentiam, & φιλόπτωτον

Synes. ep. 147.

ambitiosæ gloriæ contentionem: vbi de sale disputat, & omnino vir doctissimus respicit ad ea, quæ ex Platone & Isocrate posuimus, qui Sophistarum in laudando sale studium illuserunt. Sed indignum maximè videbatur, quod quæ essent in primis utilia, præclara, & inter homines glorianda, nonnunquam ea dicendo effigerent. Quam haud obscuram notam Sophistarum epistola quadam sua prodit Libanius: sit, inquit, & hoc studij tui, ut neque vituperes ea quæ laude sunt digna, ita ut se in magnifica gloria eis ostendatis in Libano, ne te res ista in album sophistarum abiiciat. Sic Carneades ἐπιδημούσας Romæ, cum lumen ingenij sui & eloquentiæ vult ostentare, in amplissimo hominum consensu vituperauit iustitiam.

*Liban. ep. ad  
Basil.*

Aliæ ὀμδεῖται materiae colliguntur, Florida, μῶμοι, bella, historia, &c. Quis hominum concursus in ὀμδεῖται Libanū. οὐλα μέτται. Non solum sua, sed aliena quoque scripta ὀμδεῖται recitabant.

## C A P. X.

**V** E R V N T & aliæ ὀμδεῖται materiae summa in varietate positæ, ut è doctorum hominum monumentis licet colligere. Non abs refuerit si delectas quasdam hic apponam, ut quod est nobis in hac disputatio-

ne propositum, illa omnia veluti Rhetorum mysteria commodiūs illustremus. Liberæ igitur maximè fuere materiae huius pompæ: & in genere dici potest, id argumentum vnum- quemque ad dicendum arripuisse, quod varie & mirabiliter, nouè, iucundè, & elegantissima copia tractari posse videretur. In eo genere felicissimus excogitando & ingeniosissimus Apuleius fuit: nam Carthagine vrbe admodum eruditissimis hominibus referta, sumpsit ad ostentationem Florida, vbi tanquam in speculo antiquitatis Sophisticum morem mihi notare videor. Nam curiosa quædam attingit & ~~προσδόξους~~ ~~έννοιας~~, dulces fabellas, narratiunculas plenas suavitatis, quas varie intexit, ut in Phrygio parapetasmate multis coloribus vriegato: tum dictio ipsa est concinna, nouis & inclinatis artificiosè voculis ut stellulis irradians, & contextu ipso orationis ~~γραπτεύσας~~, præstigijs velut quibusdam audientium animos deliniens, & vt breuiter dicam, ut in scena, choragium luculentum exponit Sophistica pompa dignum. Sunt in manibus Maximi Tyrii sermones, sanè politi & veneribus affluentes, quos opinor magnam partem, ~~πράξης~~ ~~έπιδρξης~~, fuisse ab illo ~~συφιτικώς~~ omni industria elaboratos: vnde & in vtramque partem sæpe disputat, & quod una Dissertatione stabilijt, proxime deinde consequente refutat, & efficit contrarium. Quā in re hoc etiam habet Sophisticum, quod Sophista minimè videri vult, quo s aliquando in Sophistico argumēto contemnit. Yt cū in laude voluptatis versatur, priusquā

Florida qua-  
lia.

Empliūc  
Maximi Tyrii  
& aliorum.

omnes orationis copias & elegantiam explicit,  
 Quæ vulgo, inquit, à Sophistis obijciuntur voluptati, Maxim. Tyr.  
 Sardanapali luxus, Medicæ delitiae, mollities Ionica, Dissert. 32.  
 mensæ siculæ, sybaritica tripudia, Corinthiæ meretriculæ, hæc omnia, &c. Sophista Himerius, cuius nonnullæ declamationum reliquiæ etiamnum inueniuntur, à summis viris & cupidissimis audiendi rogatus, ut *θησεῖν* exhiberet, primò Photius.  
 quidem ille recusauit, post tamen in auditorium plenissimum ingressus, exhibuit in hoc argumentum, ὃν κανία τε καλλά, quæ pulchra sunt, esse rara. Romæ aduersus Chaldaeos & Genethliacos, Phauorinus eximia & illustri oratione differuit, exercendi vel ostentandi gratia ingenij, ut scribit Agellius. Autor est Synesius, doctum & eloquentia nobilem Sophistam de Epistolarum vsu publicè declamauisse, & οὐτι αὐτὸν οὐ πολλῶν ἢ Γαμματῶν λόγων σοφιστής θεόθεον Synes. ep. 137.  
 intentio, quod ipsum multorum et admirabilium Sermonum argumentum sophista ille instituerat. Antiphon Rhetor habuit orationem de Pauonis, magis pictam, variam & elegantem, quam Iunoniæ sint aues. De bello Troiano, de Agamemnone Regum Rege, de magni Ducis iracundia, de tropæis, de victorijs dicebant eo delineamento orationis, & suauissima copia, ut quod notauit Themistius, incredibili volupitate perfusi auditores, à liberis illa suis addisci vellent. Sophisticas etiam declamationes, quos παραποτοις ὑγιεστικοις λόγοις nominant, publicè interdum, & corona inuitata exhibebant. Quod in primis incredibili hominum Libanijs commendatione fecit Libanius, eo omnium θησεῖς.

concursu ad audiendum, ut non modò studiosi literarum, sed vacuis officinis sellularijs quoque opifices accurrerint. Cuius rei fama cùm clarissimis hominum sermonibus Antiochiā Cæsaream usque perlata fuisset, Magnus Basilius doctissimus & religiosissimus Antistes de-

S.Basili.ep.158.

dit literas ad Libanum, plenas gratulationis atque laudis, & declamatoriam illam actionem Ἀπόδεξιν λαμπερὴν ἄρα, speciosissimam et valde illustrem appellat, & eiusmodi fuisse ait, ὡς πολὺ ταῦτα μουσθαμένην, &c. ut omnes contento studio accurrerint: neminem enim expertem illius orationis esse voluisse, nec magistratus, inquit, honore præditum, neque delectu & catalogo militati clarum, nec opificio addictum; quinetiam mulieres ad specimen id eloquentiae properasse. Fuit autem illius declamationis argumentum, Morosus homo qui uxoris loquacitatem non ferens mori destinaverat: facta res, qualia in scholis μάσηται & ἀδοκούται agebantur. Libanius ergo hominis mores dininitus effinxerat, quæ causa fuit, cur demirans S. Basilius hominis artificium, dicat in omni orbe terrarum vnuim esse

I. ep. 160.

Libanum, qui ἐμπνεωυσ λόγον, spirantem sermonem efficiat, ὃς μένος Τίς λόγοις φυχών ἐχριστο, qui solus eloquentiae animam largitus est. Atque ex his paucis, quæ fuerit ἀπόδεξεων celebritas, aliqua ratione potest intelligi, cùm Libanum videamus commouentem omnem urbem, & ut magni viri verbis utar, εν ταῖς μάγιστραις ἐμπομποῖσι, in declamationibus triumphantem.

In eo genere ἀπόδεξεως potuit esse hoc incommodum, quod Sophistæ quidam eandem habeant

habebat variis in locis declamationem: qui dicebantur ἔωρα μέγετην, declamare pridiana & vetera, prius videlicet à se dicta, & propterea cachinnos irridentium minimè effugiebat: quod Philagro Athenis contigit, qui cùm famam Philostr.l.2.dæ extemporalis dictionis aucuparetur, & iam *vit. Soph.* olim à se recitata pronunciareret, in conuentu plurimorum adolescentium, & præsente ipso Herode Attico summo viro & Sophista fuit illusus.

Nonnunquam alienum etiam opus ὅμιδην- Alienorum φόροι recitabant: quod factum ab Ἀρέσκινο Rho publica recidi, monumentis annalium est proditum, qui tatio. Demosthenis orationem in magna ciuium corona, non sine omnium admiratione & vo- luptate pronunciauit. Hoc idem de se memo- Synes. in Dion. rat Synesius, qui rogatus cùm doctissimi cuiusdam viri opus nobilissimum & grauissimum recitaret, & magnitudine ingenij & orationis copia de suo quædam in prōptu adderet, scri- ptis iis simillima, ἡρόπολος ἡρώδης πολὺς καὶ κρότος ἐπάρχη mox ingens ab omnibus strepitus plausisque concitans est. Idem cùm à Pylæmene doctissimas literas Idem ep. 109. accepisset, statim, inquit, Græcum in Libya thea- trum auditoriumque instruxi, condicens omnibus, ut ad eruditas literas audiendas conuenirent, &c. Sed ne sim longior in speciosarum Declamatio- num materiis persequendis, addo hoc vnum; factas etiam fuisse à Rhetoribus ὅμιδειζεις in historia. Philostratus de Antiocho Sophista, Philostr. in Antioch. ὅμιδειζεις τε ισεία τε ποιηται λεξεως της καὶ ισείας, specimen declamationis exhibuit in historia, & dictionis & nar- rationis, ut in ea quoque opera honesti studium emineat.

Q

Extemporales ἀνδεῖξεις, siue declamationes  
subitariae ad pompam, que χρέοι, siue αὐτοχθό-  
νοι λόγοι. Istius inuenti parens Gorgias.  
Parati olim Sophiste de quaue re dicere.  
Id ἐπιγενεα notatum ab eruditis. Προσδιήτης  
Multi olim repentini. Quidam à scholis  
αὐτοχθόνων remouent. Eueni, vomere, de  
subitaria dictione. Emendatus Irenaeus.

## C A P. XI.

Repentini  
χρέοι decla-  
mantes qui  
Græcis Latini-  
isque.



I D E M etiam Rethores ad  
ostentandam prompti ingenij  
vim & linguæ volubilitatem,  
orationem habebat ex tempo-  
re: Græci αὐτοχθόνοι nominant, &  
interdum etiam τὸ ἔπιμον, quod  
Philostratus opponit φρονίμων, aliquando  
Σεωρίμων. subitariam dictiōnēm vocat Celsus, extem-  
poralem Fabius Quintilianus: Cicero l. i. de  
orat. subitam & foruitam orationem, quam op-  
ponit commentationi & meditationi. Apuleius ea  
ipsa vocat schedia, incondita, subitaria, fruola, de  
repentino oborta: sēque ex tempore dicentem,  
repentinum: cui opponit præparatum, quemad-  
modum apud Hermogenem in Methodo  
τὸ πεμφόνηκεν, & αὐτὸν λέγει opponuntur, hoc  
est paratum venire ad dicendum, & dicere ex tempo-  
re. Apud Isocratem αὐτοχθόνων ex aduerso  
respondet τῷ φρονίζειν, ut apud Philostratum  
χρέοις & ἐκπνήσου λόγον. & in Plutarcho ἐν τῷ

*Εξεργάσια, siue en τῷ ἀνθεγχόντος λέγεται, & κατα-  
μένη. Sic apud Latinos subiò dicere & dicere  
meditata, sibi ex aduerso respondent, Orator  
qui ea dicendi ratione vtitur, Xenophonti di-  
citur αὐτοχθόνης, Philostrato αὐτοχθόνος: sic enim  
de Antipatro, αὐτοχθόνος ἐών, οὐδὲ προματωνήγεν  
Martiali extemporalis:*

*Extemporalis factus est meus Rhetor.*

Martial. I. §.

Arque hic mihi obiter emaculandus est D. Ire-  
næus apud quem sic habetur l. i. c. i. *Vt idiotæ  
putent ex illa temporali declamata controuerſia: le-  
gendum enim extemporali: quod exprimens  
Iancetus Epiphanius dixit Ἡ τούτου μελετηπόλιον  
τυρόν. Sæpe autem huiusmodi ὑπειχεῖται ex  
tempore fieri solitas, clarè significat The-  
mistiſius, his verbis: Non enim tam peritus  
taniāque facultate præditus sum, ἔπειτα αὐτοχθόνης  
καὶ τὴν τὰ γέρατα, καὶ τὰ οἱ δακτυοί σοφο-  
ραῖ, ut ē re nat a subiōque picturas perficiam, quod  
sophistæ nostri illi admirandi solent. Atque adeò  
veteres omnes Rhetores, id studium veluti  
eximium decus & gloriandum putauisse au-  
tor est Hermogēnes. In genere, inquit, iudi-  
ciali, tamen si paratus ad dicendum veneris, ex-  
temporalem tamen dictionem præ te feras,  
quod veteres omnes faciunt: γέλαστας γένοις  
τυρκινοτατας χειλέας, qui cum scriptas orationes ha-  
beant, tamen videri volunt ex tempore dicere.*

Themist. or. 8.

Hermogen.

Autor γείτονος λόγου est incertus: quidam Anaxi- Quis autor  
menem fuisse volunt, ut Suidas; alij, Gorgiam; γείτονος  
id referunt quidam in Aeschinem: Periclem  
alij malunt, à quo γείτονος λόγων ποντικῶν φασιν,  
prompte orationis fontes manasse aiunt, ut habet

Philostratus, qui subdit quosdam opinari id esse τὸν Αἰχάριον θύρην. Sed verius est ut princeps in ea re putetur Gorgias, cuius rei magnum hoc argumentum edunt, quod ille primus Athenis in communi theatro dicere est ausus, *ωρέδητε*, *Proponite*: cùm significaret nihil esse penitus in hac rerum vniuersitate, quod non animo & scientia comprehenderet, scéque paratum de re qualibet dicere ex tempore. Id fuit Sophistarum *ἐπαγγέλμα*, de quo Aristoteles in Rhetorica, & Plato in Gorgia; ἐκέλευτο, inquit, Σωτῆρ, τις βελοῦτο τῷ ἔρδον ὄντων, καὶ τοὺς ἀπωτα εἴφη ἀποκρινέσθαι. Iubebat querere quæ quis vellet in auditorio, tum se ad omnia responsurum pollicebatur. Quod

*Plat.in Gorg.*

*Cic.i.Tuscul.* imitatus M Tullius, Ponere, inquit, iubebam de quo quis audire vellet, & id aut sedens aut ambulans disputabam. Meminit Quintilianus Gorgiæ:

*Fab.l.12.c.11.*

*L.2.de Finib.*

*Plutarch. de audiend.*

Gorgias quoque summæ senectutis id querere auditores de quo quisque vellet, iubebat. Ab hoc principe ea manauit in alios consuetudo, vt notauit M Tullius; Eorum erat iste mos, qui tum Sophistæ nominabantur, quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere questionem, &c. quod paulò post vocat audax negotium & prope impudens, nisi in scholas quoque philosophiæ id penetrasset. Plutarchus id suo quoque tempore fieri consueuisse docet, cùm de modo audiendi disputat: ὅταν δὲ Τοῦς αὐθιστας οἱ λέγοντες Σωτῆρ εἰσι τοις οὐρανοῖς, ubi vero si qui dicit, auditores querere, & ponere de quo disputetur iussit, &c. propriè dixit ωρέδητος, nam Sophistæ consuerunt dicere, ωρέδητος, vt superius è Philostrato monuimus.

Fuit igitur ea dicendi ratio in laude aliquando posita, audientibusque iucunda, vel quod habeat admirabilitatem insuetam, non communem omnibus, vel quod celeres ingenitorum motus arguat vberes & copiosos ad explicandum, & ad inueniendum acutos. De qua re sic Dialogi Autor de corrupta eloquentia. *Autor de corr. eloq.*

*Extemporalis audacia atque ipsius temeritatis vel præcipua iucunditas est: nam ingenio quoque, sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, graviora tamen quæ sua sponte nascentur. Hinc immensus quorundam ardor & huius laudis cupiditas: de Attico sanè Herode ita Philostratus: ἦν δὲ τὸν αὐτοχθόνην μᾶλλον, ὃν ὑπερέστη, &*

*τὴν ταῖς δοκίμων. Extemporalem orationem magis amittit, quam aut Consul esse, aut à Consulibus originemducere videri. In eo genere præstítisse multi feruntur apud Græcos, ut Polemon, ut Scopelianus & Phauorinus, aliique apud Philostratum. Atque id studium olim Tarsi maximè celebratum, quæ doctissimis alioquin hominibus, & omnium artium cognitione florebat, suis monumentis Strabo inferuit. Apud Latinos etiam quidam memorantur, qui è subita illa dictione laudem obtinuerint. Plinius de Isæo declamatore & Sophista, quem sæpe audierat; summa ipsius est facultas, copia, libertas: dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripsit. Honoratus Massiliensis Episcopus, vir eloquens & absque ullo linguae impedimento ex tempore in Ecclesia declamator, ait laudans Gennadius. De L. Vincio in hunc modum Seneca; quo nemo in agendis causis præsentius habuit ingenium, quidquid longa controv.*

*Aὐτοχθόνη  
cur in laude.*

*Subitarie di-  
ctionis stu-  
dium.*

*Philostr. in Po-  
lemon.*

*Strab. l. 14.*

*Plin. l. 2. ep. ad  
Hepet.*

*Gennad. in  
Catal. illus.*

*Senec. l. 2.  
causis.*

cogitatio illi præstitura erat, prima intentio ei dabant ex tempore causas agebat. De hoc eodem eleganter Augustus; *Vnusvinicius* ingenium in numerato habet. Romæ denique fuisse, qui extemporali declamatione famam colligerent, & præstantis ingenij gloriam aucuparentur, è Petronij verbis hiqueret: *Ingens, inquit, Scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat.*

Petron.

Fabius l. 2. c. 4.

Plutar. de educ.  
liberior.Αὐτοχθόνων  
est εὔνοια,  
vomere.Greg. Nyss. or.  
9. in Eunom.

Synes. in Dion.

Damnat Fabius hanc exercitationem in adolescentibus, & extemporalem garrulitatem, circulatoriae verè iactationis esse ait. Repudiat & Plutarchus: οἱ δὲ αὐτοχθόνοι τὸν λόγον πλῆνες δικηρεῖαι & παρεπηγαὶ εἰσὶ πληρεῖς, &c. Orationes ex tempore habitæ plenæ sunt multæ leuitatis atque vanitatis, neque initium habentes aptum, neque finem. Sophistæ quoque elegantes atque docti id futile, & iuvenilis plenum temeritatis esse putauerunt. Aristides eloquentia nobilis cum à Marco Imperatore ad subitam declamationem inuitaretur, Hodie, inquit, propone, & cras audies: οὐ τοῦ ἐσθροῦ τὸν εμοιώταν, αὐτὰρ τὸν αἰτεῖσθανταν, neque enim ex ijs sumus qui vomunt, sed qui accuratè faciunt. Vbi nota tralatione est usus. εὔνοια, vomere, hoc est temere leuitérque effutire quod in buccam venit. Sic eruditissimus Gregorius Nyssenus de Eunomio; αὐτὰρ πάντα τὰ τιμῶν σφροῖαι χωρὶς επιμέδητα λογοτελέα, sed omnia talia sine iudicio scriputator hic noster euomuit. Consimilis tropo Synesius: Non enim sermonem interius souet, ὅτῳ καθ' ἕνεκα εὔνοιαν, cui quotidie enomendus est: & paulò post de extemporali facil-

tate, οὐ περιέχειν εἰς δῆμον εἰτίν, αἰδησθαι τὸν πολιτικόν,  
 qui in populum expedite dicendi facultate valet, ad  
 rem aliquam sedula animaduersione considerandam  
 imbecillus est. Itaque ab ea levitate sapiens Epi-  
 cetus absterrit: μὴ ταχέως, inquit, πρώτα τις  
 ιδίωνται τοιδεῖντες, ne te leviter apud imperitos ostenta  
 in fundenda subito oratione: & hoc quasi oracu-  
 lum adiungit, μέγας γάρ οὐ καθαρός θεός εἴη μέσου, οὐ οὐ-  
 πέπλας, magnum enim periculum est euomere, quae  
 non concoxeris. Sed quoniam necesse est orato-  
 rem aliquando è re nata loqui, & quidpiam  
 non ineleganter exponere, atque ut Plutarchi  
 verbis utar, ἢδικειάζειν τις λόγοις, dicendi ma-  
 gistri de paranda extemporali facultate præ-  
 cepta reliquerunt, qua de re copiosè Fabius *Fab.l.10.c.7.*  
 Quintilianus lib.10. Cicero illam in adolescen-  
 tibus exercitationem, ut non penitus damnat *Cic.l.de orat.*  
 & conuellit, ita præponit curam & commen-  
 tationem: Sic enim i. de Orat. Crassus: Quam-  
 obrem in istis ipsis exercitationibus, etsi vtile est etiam  
 subito sæpe dicere, tamen illud vtilius, sumpto spatio  
 ad cogitandum atque accuratiū dicere.

*e apparatu publicæ Declamationis ad pom-  
pam constitute, & primum de loco. Is fuit  
Θεάτρον Θεατρικανα Rhetorum. Θεατρικανα περοι.  
Ρωμαϊκανα περοι. Theatra Sophistarum tum pu-  
blica tum priuata. Agrippæum. Auditio-  
rium Capitolinum. Athenæum. Έdes  
commodatae τοις δημοσίεis. Solennis aliquan-  
do Declamatio in Curia & Basilica.*

## C A P. XII.

**I**ximus de materia, & nonnulla declamationum varia-  
tē, quæ ad pompam celebritatēmque à Sophistis & elo-  
quentiæ ostentationem exhibebantur: nunc illatum apparatus oratione  
pingendus, & in primis de loco dicendum  
videtur. Locus igitur in quo splendidæ illæ  
Rhetorum ὅμδιξεις habebantur, à Gracis no-  
minatur vulgo θέατρον. Et in Theatris quidem  
olim dominabatur eloquentia cùm ad popu-  
lum conciones haberentur, præsertim Athe-  
nis, ut annalium monumentis refertur. Quod  
respicere visus poeta, cùm de principe orato-  
rum illa canit:

*Tuuenal sat. 10. — quem mirabantur Athenæ  
Torrentem & pleni moderantem fræna theatri.  
Et verò qui deinde consecuti sunt oratores, in  
iis communium spectaculorum locis, nonnun-  
quam specimen eloquentiæ dedisse, facile*

ostēdi potest. Nam Themistius orationis quam *Themist. or. 16.*  
elaborauerat, auditorem ait esse po-  
pulum, *xειρ* ḥ, locum verò, *ταῦτα*. Apuleius  
de se idem significat, cùm splendido apparatu  
Florida illa sua recitauit: sic enim habet: *Nam Apuleius Flo-*  
*& pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, &* *rd. 4.*  
*pro magnitudine frequentiae locus delectus est, &c.*  
& paulò pōst, eum locum esse dicit, in quo  
alias m̄tus hallucinatur, Comædus sermocinatur,  
Tragædus vociferatur, funerepus periclitatur, præsti-  
giator furatur, histrio gesiculatur, &c.

Sed latius theatri nomen patet, cum de loco recitatum Sophistarum queritur: significat enim auditorium frequens, & magna hominum multitudine celebratum. Ita Synesius *Synes. in Dic.* Dionem Prusaum qui ab aureo dictionis fluamine *χρυσούμον* nomen obtinuit, ait κόλη Ιππαντία τῇ Αἰγαίᾳ θάρσα μέγετος ὀντωτικός, Italiae atque Asiae theatra elaboratis declamationibus obtulisse. Idem Synesius alio loco, σειρυνθεὶς τῷ ποτί θεάτροις τοῖς λόγοις, in auditorijs siue in cœtu & frequentia, tanquam in scena, venditare pictam & omni artificio expolitam orationem. Sic Themistius auditores suos dicit à se *Themist. or. 1.* collectos & cōuocatos εἰς θέατρόν Μουσῶν. Et aliâs: *Gaudet, inquit, plurimum eloquentia & αἰγαλεται* *Idem or. 7.* *θέατροις ἐμμινέοις, & exultare in Græcia theatrois sollet.* Hinc θεατεῦντο factum ad pompam & ostentationem & ad captandam popularem auram accommodatum. Quo modo Eunapius *Eunap. de vit.* Sophistam Libanum ait idoneum *ωργής τέρψις θεατρικής*, & eadem propè significatione Chrysanthium nominat *μυρμηγόποδας*. Sic Laëtius *Laërt. l. 4.*

Bionem dictum ait fuisse *θεατρον*, ad pom-  
pam videlicet aptum audientiumque volunta-

*Gregor. Naz.* *or. 27.* tem. Contrà S. Gregor. Nazianz. negat se *θεα-*  
*τερον* & *πανηγυρον*, ad *theatricam* quandam osten-

*Idem or. 20.* tationem compositum. Et de se iuxta Basilioque  
agens orat. 20. εἰς τὸ αὐτὸν καὶ ἐχειδὸν θεατρικόν,  
εἰς δὲ θεατρικόν. Et elegantissimè in epistolis eas

*Ep. 67.* Rhetorum iactationes vocat *θεατρικά*, & τὰς  
οὐλῶν πανήγυρα, *theatricas* *nugas*. Nec absimili mo-  
do Dionysius Halicarnasseus figuris quibus  
Sophistæ utebantur, appellauit *θεατρικά γέ-  
μη*.

*Tacit. de orat.* Latini quoque Sophistarum auditorium,  
& splendidum illud orationum spectaculum  
dixere *Theatrum*. Auctor Dialogi de orator. Te

*Senec. ep. 108.* ab auditorijs & theatris, in forum & ad causas &  
ad vera prælia voco. Seneca; sicut in *theatrum* vo-  
luptatis causa ad delectandas aures, oratione, vel vo-

*Plin. l. 2. ep.* ce, vel fabulis ducimur. Plinius epist. ad Seuer.  
sicut olim *theatra* male *musicos* canere docuerunt:  
ita nunc in spem adducor posse fieri, ut eadem thea-  
tra bene canere *musicos* doceant. Vbi vir doctus  
ludit in ambiguo: nam priore loco *theatra*  
popularia intelligit, posteriore *Oratorum*; per  
*musicos* enim *oratores* significari Cataneus  
interpres autor est. Monebo hīc tamen, *θεατρον*  
cūm de recitatione agitur, non modò locum,  
sed cœtum quoque ipsum significare, non  
quemlibet, verūm splendidum & veluti ad  
pulcherrimum & iucundissimum spectaculum  
aduocatum: qualis nimirum illa eruditorum  
& curiosorum fuit multitudo, quæ ad So-  
phistas audiendos cōuenire solebat. Quò allu-

dens Synesius, cùm Cyrenensibus docti homi-  
nis epistolam plenam elegantiae publicè le-  
gere vellet, & ciures ad audiendum suos inui-  
tasset, ait se ~~προσενθάνου θέατρον~~ <sup>προσενθάνειν</sup> εν τη Αἰγαίων εξ-  
ακτωνών, vult dicere se Græcum morem imi-  
tari voluisse in splendore & magnificentia de-  
clamationum, vbi celeberrimi fuere cœtus au-  
dientium. Græci Patres etiam concionem po-  
pulique in audiendo frequentiam vocant ~~θέα-~~  
~~τρού~~. D. Chrysostomus Antiochiae differens gau-  
det sibi ~~ταυτότητις τὸ θέατρον οὐδέποτε ἡ πλειον~~ <sup>Hom. 10. ad</sup>  
~~ἀπορεύεται συνεδεῖται~~ <sup>Antioch.</sup> Idem homil. i. de prouid. εἰ  
αἴσιοι χρῶν, & θεάτρων πενταλίκων, & συλλόγων δροσεῖται.  
Sed ad rem. In claris & magnis ciuitatibus  
celebria fuere theatra ~~τοῦτος~~ <sup>Theatrum</sup> ~~θεατρικάς~~, & eiusmo-  
di speciosam ostentationem. De Smyrna sic <sup>Smyrnense.</sup>  
Aristides; Θεάτρων τε ἀμφιτεατρῶν κατὰ τε αὐλαῖς & ταῖς  
διյασ ὄπειταις, αὐλαῖς τε αὐθορίαι: theatra autem va-  
ria tum ad certamina, tum ad alias ostentationes  
comparata, magno sunt numero. Athenis quoque  
fuisse non pauca docet Himerius, cùm propter <sup>Himer. in A-</sup>  
Sophisticam artem in magno hominum con- <sup>reopag.</sup>  
uentu gloriatur: Ego, inquit, & pater apud  
vos Sophistæ fuimus: num in eo genere præ-  
stiterim, vos scitis: λέγω τοὺς αἲτοις, ἵνα τινων ιρισμάτων  
εἴχα τὰ θέατρα: dico enim identidem, εἰς meam institu-  
tionem theatra loquuntur. Et nominatum Agrippeum,  
peum theatum fuit Athenis, Sophistarum de-  
clamationibus celebratum, de quo sic memi-  
nit Philostratus: sophista Alexander profectus Philostr. l. 2. in  
Athenas, extempore declamationem cupidis cum <sup>Alexandr.</sup>  
audiendi est pollicitus: interim ad theatum in Cera-  
mico, quod quidem Agrippeum nominatum est, sunt

*congregati.* Idem clarissimas duas Philagri declamationes memoras, alteram ει τη Αγερνησσα dicit habitam, alteram ει πηγηνη βελομειω. vertunt, *in artificum praetorio*, quod iuxta portas Ceramici fuit inaedificatum.

Auditorium  
Capitolij.

*Cod. Theodos.* *de studiis lib. 1.3.* annalium referunt. Codex uterque Theodosij & Iustiniani ponunt in Capitolio tit. de stud.

liberal. ubi lege Imperatoria circuforanei quidam ab ostentatione vulgari amouentur, oratores autem, quos, inquit, Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, *in Capitolij auditorio* comprobantur. Sed præsertim *Athenæum* fuit

speciosis Rhetorum orationibus deuotum: *Athenæum* autem Romæ nominabatur Σπάθης ει αυτη πηγαινειδρωις αστηνωσ, ait Xiphilinus ex Dione. De illo sic Lampridius in Alexandro:

*Ad Athenæum audiendorum et Græcorum, et Latinorum Rhetorum, vel poetarum causa frequenter processit.* Græcos rhetoras appellat Sophistas. Philostratus de Adriano Sophista, qui Romæ summa gloria thronum Sophisticum est moderatus: Subiit, inquit, ac declamationem fore denunciauerat, Senatores, equites, omnes δρεμω εχθρου ει τη Αθηναιοι ιεροι μεσοι, contento cursu et studio inflammato *in Athenæum* conuolabant. Nempe, ut paulo ante dixerat, omnes eum audiebant, ως διστροφας ανδρα, ut suanissimam lusciniam.

Priuata Thea-  
tra.

*Eunap. in Iu-*

Fuere porro non publica tantum, sed priuata quoque theatra dicentium, ut disertè mentionit Eunapius, qui loquens de ædibus Iu-

lian Sophistæ , ait adiunctum fuisse theatrum proportione domicilio respondens, τῷ δημοσίῳ θέατρον εἰς μίανν, in modum & faciem publici theatri extuctum. Et paulò post ait eo tempore Sophistas ἐν τοῖς ιδιωτικοῖς θέατροις docuisse. Quo modo intelligendus Philo Iudæus videtur, de scholis philosophorum agens : τὰ τε ἀφοστολικά, τὰ τε θεᾶτρα πληροῦται, θεάτρα δὲ, &c. plena sunt theatra & auditoria, & philosophi continuò de virtute copiosè verba faciunt. Quod verò ait Eu-napius , priuatum huiusmodi theatrum non dissimile fuisse δημοσίαν, in quibusdam verum est, non in omnibus: quod Plutarchus signifi- Plutarch. in Pompe.  
cat in Pompeio, qui Mitylenen veniens docto-  
rum hominum theatra sua præsentia coho-  
nestauit: ea de re ita scribit, οὐδὲν δὲ τὸ θεάτρων,  
περιεργάτες τὸν εἶδος αὐτὸν & τὴν τύπον, ὡς ὅμειον αὐτῷ  
γεννιόδος τὸν εἰς Πάριν μετέχον τὸ τε σεμνότερόν, delecta-  
tus (Pompeius) theatro, delineauit effigiem &  
figuram eius, quo Romæ simile excitaret grandius &  
excellenter.

Interdum solebant ad θησεῖξαν conducere aulas grandiores & palæstras, aut à magnificis hominibus vtendas accipere, ut innuit Theophrastus in Character. vbi ait hominem illum, Theophr. ap.  
quem pingit blandum, αὐτὸν παλαιστρὸν κόρυν χρόν, Aulae com-  
areolam puluere palæstrico respersam conce-  
dere solitum τοῖς σοφισταῖς, &c. idque περὶ τὸ  
θησεῖνυσσαν, ad declamationis pompam & ostentationem. Sic Romæ fuisse quosdam locupletes, qui domum suam recitantiibus præbeyent, ait Plinius lib. epist. 8. cui Iugenalis pulchrè suc-  
cinit :

Inuenal. Sat. 7.

— at si dulcedine famæ

succensus recites, Maculonus commodat ædes?

Declamatio Nonnunquam in ipsa Curia siebant eloquentes in Curijs tium ἀπδείξεις. Docet id Aristides, tom. 2. qui & Basilicus. cùm haberet orationem de Concordia à se multo artificio elaboratam, ciuitati imprimis agit gratias, ἡ τὸ βγλθνηρον τοῖς λόγοις παρέχεται, quæ sermonibus illis Curiam præbet. Idem etiam factum aliquando in Basilicis Apuleius significat: Differo aliquid postulanibus, inquit, amicis publicè: omnes qui aderant ingenti celebritate Basiliacam, qui locus auditorij erat, complentes, &c.

*Auditorij Sophistici delineatio. Cunei, anabathra, orchestra, δρόβος οὐφλός dicentium. Quorundam Sophorum nulla subsellia. Puluini Sophistarum. Reprehensa eorum κατάκλιση, seu mollior sessio. Sedentes ut plurimum dicebāt. Thronus quoque excelsus Magistratum & Episcoporum. οὐφλός αἰθλός de sublimi δρόβῳ. Emendati Eunapius, Gregor. Nazianz. & Cyrillus: plures illustrati.*

## C A P. XIII.

Tacit. de Orat.



E C T V M locum Sophistæ adorabant, ut audientes commode posset capere, & ipse non sine dignitate pronunciare. Autor Dialogi de Oratorib. id vocat extruere auditorium.

Sic autem extruebant, ut in medio promiscua  
subsellia ponerentur, ad parietes anabathra,  
quaꝝ vetus Scholiastes Iuuenalis gradus superio- Scholiast. ad  
res scansiles vocat: Sidonius Apollinaris Athene- Sat. 7.  
næi cuneos, & subsellia cuneata, ut Ennodius cre- Sidon. l. 9. ep.  
pantes plausu cuneos, Apuleius sedilium circumfe- Ennodius pref.  
rentiam: Sidonius iterum, scanna, ut lib. 9. Offi- car. 8.  
cij, inquit, nostri est, auditoribus scanna compo- 4.  
nere, & preparare aures fragoribus intonaturis. E-  
pietetus nominat bæſpa, & rem eleganter ex-  
primit apud Arrianum in hunc modum; Ut Arrian. l. 3.  
autem hoc consequi valeant, dñi πολὺων χάρια βαſπαι c. 23.  
& ἀρχανθέως τοῖς ἀκουστικοῖς, mille ponit subsellia  
oporebit, & connocari quam plurimos auditores.  
Sic Themistius in auditorio suo bæſpa fuisse Themist. or. 4.  
meminit, in quibus auditores federent: & ne  
lapideos forte gradus cogitaremus, alio loco  
pro ijsdem posuit ἔγκλισ. Eunapius vocat ovarī- Eunap. in Pre-  
dæc. Aihenis, inquit, minutorum Sophistarum vix ares.  
& facultas, μέχεται τὸν ovaridov & τὸν εὐνυχὸν fuit: ubi  
τοὺς ovaridas vertunt, Tribunalium subsellia; melius  
meo iudicio fuisse, auditorij subsellia. D. Gre- Gregor. Naz.  
gorius Nazianz. dixit ἀρχεδρίας καὶ υφεδρίας, sub- or. 3.  
sellia tum altiora tum humiliora.

Commune hoc scholarum omnium fuit,  
& auditorij quasi proprium, ut sedilia com-  
poneretur, exceptis pauculis Sophis, qui illum  
sessionis apparatum genio quodam suo con-  
tempserunt; qualis Menedemus, de cuius audi-  
torio ita Laërtius: ὅτε γεῶν τεξιν πνά λόν παρ' αὐτῷ Laërt. l. 2.  
βλέπεται, ὅτε βαſπα κύκλῳ δικεντεῖ, &c. neque ullum,  
ut fieri solet, circa illum ordinem vidisses, nec sub-  
sellia erant per gyrum disposita, &c. Socrates quo-

que libero fastidio ea omnia repudiauit, gravissimo teste Plutarcho, ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰς θρόνον καθίσται, &c. Cum neque poneret subsellia, neque thronum concenderet, &c. Et tamen illi ipsi, qui ab inambulando habuere nomen Peripatetici, aliquot spatijs confessis, ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰσιν στάσις, ut lib. aduersus Epicurum monet idem Plutarchus: εἰδοὺς κατεπιῆσαι τὸν θεῖταν, γὰρ κατέστησε εἰώδειλον τὸν θεῖταν βασιλεὺς κατέβαστον, &c. placuit finem deambulandi facere, & pro more nostro in subsellijs confidentes, &c. Hinc εἰ τὴ γέλη κατηγόρος apud Epicetum, id est discipulus vel auditor, & sedere, est inter auditores censerit. Seneca de schola Philosophi: *In eo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent.*

**Orchestra.** Verūm ut de Sophistis conficiamus, cura illis fuit maxima, ut theatrum auditoriumque habent cuneis aptè instructum, & peroppertunum ad audiendum. Ornatissimo vero in loco fuit Orchestra, siue, ut quidam nominant, tabulatum, & in eo cathedrae honestiores, tum ipsius sedes oratoris. Rem delineauit in theatro poëtico exædificando Iuuenalis:

*Lunental. Sat. 7.* Nemo dabit Regum quantum subsellia consenserit,  
Et quec conducto pendent anabathra tigillo,  
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.

**Thronus Sophistarum.** In ea parte longè eminebat dicentis pulpitum, quod Græci πρόπορον vocant. Plutarchus de Sophistis: αὐτοὶ δέ τοι οἱ Σπόρες γὰρ κατέστησαν βιτια, &c. Socrates de Hippia Sophista: Vidi Hippiam Eleum κατηγόρον εἰ τὸ κατατίκρου περισσῶς εἰς θρόνον βασιλεὺς, &c. in aduerso porticus vestibulo in throno sedentem; circum autem

*Plutarch. an-*

*jeni ger. resp.*

*Plat. in Pro-*

*tag.*

autem in subsellijis alij sedebant, &c. Pingit aliqua ratione theatrum Sophisticum.

Fuisse autem huiusmodi sedem excelsam, aliisque cathedris longe sublimiorem, multi autores produnt. Apud Themistium sedere ἐν Themist. or. 1.  
θρόνῳ πνὸς ὑψηλοῖς μάλα συφιστικῶς καὶ σοφιστῶς, in sublimi quodam solio sophisticè in primis et arroganter. Diceres cum Persio,

sede leget celsa.

Perf. Sat. I.

Quemadmodū Ion apud Platonem, se despiciere ait auditores αὐτῷ τῷ διάβολῷ, supernè à suggesto. Hinc eleganter S. Gregorius Naz. Scribens ad Eutropium Rhetorem, καὶ οἱ υψηλοὶ αὐτοὶ οἱ δρόποι φύσιοι, ac si te rursum throni sublimem ferunt. Et epist. III. εἰ καπωπίω συφιστοῖς S. Greg. Naz. Δρόποι καθήμεται, licet infra sophisticos thronos desideamus. Eam ob causam ludens Aristophanes, Aristoph. in κρεμασθεων vocavit, cui insedisse ait Socratem: Nub. διὰ τὸ μετέπορον ἔτι αὐτῷ κρεμασθέων, quod penderet sublimius, ait Græcus Scholiares. Et aliás nominat περρὸν pari ioco, quod esse μετέπορον in celo ἐφ ὁ δικτείδες κοιμῶνται ait Interpres, hoc est, sublimem quandam perticam in qua solent cubare gallinæ. Vulgo id commune docētum omnium fuit. Zacharias Scholasticus de Ammonio phi- Zachar. in losopho. Ipse autem nobis, velut iij qui exponunt ora- disput. cula, Aristotelis philosophiam, εἰ υψηλῷ πνῷ βηματι συφιστικῆς μάλα καὶ σοφιστῶς καθήμετος, in sublimi quodam suggesto sophisticum in morem sedens, magnificè explicabat. Hæc altitudo ministra fuit atque nutrit arrogiatiæ, qua Sophistæ opinione sui inflati digito cœlum videbātur attingere. Itaque peritè Gregorius Theologus So- Gregor. Naz. ep. 41.

phistico throno iungit superciliū: οἱ δὲ σπόραι  
& τῆς θρύνος αἰεχαρίσταμεν, thronis & supercilio ces-  
simus.

Hunc thronum variè nominatum à Græcis  
*Arrian. l. 3.* Latinisque video. Arrianus in Epist. vocat  
πούλειον, quod in exedris atque sellis ad com-  
modiorem sessionem essent puluini. Sic dispu-  
taturus apud Ciceronem Crassus poposcisse  
puluinos dicitur; quemadmodum Plato l. 1.  
de repub. (quod forte intuebatur M. Tullius)

*Plat. l. 1. de rep.* Cephalum collocat ὅπῃ πνος περιπέρηψαις πε-  
δίσσεις. Communem fuisse morem, ut sedenti-  
bus sternerentur περιπέρηψαις, è Theophrasti  
Characteribus liquet: vnde & Praxinoe Theo-  
critea sellæ iubet iniisci πονηρᾶς puluinum. Sanè  
in doctorum hominum velut supelectili nu-  
merari videmus puluinos. Theodoretus histor.

*Theodor. l. 4.* Eccles. l. 4. de Eusebio in exilium abeunte,  
Seruus eum sequebatur cum cervicali & libro. S. Am-  
brosius ep. 56. l. 7. videtur appellare plumatum.  
Et in veteribus ὄμηρος γόλας. simul nominan-  
tur σπόραι & περιπέρηψαις. Cicero epist. 18. l. 9.  
famil. de ludo loquens eloquentiæ quem in  
Tusculano suo instruxerat: sella tibi erit in  
ludo, tanquam hypodidascalœ proxima: puluinus  
eam sequetur. Est ergo veri simile, eo So-

*Plutarch. in  
10. Orat.* phistas ad pompam & splendorem usos, vel  
quod essent nimium molles & delicati, quo  
nomine male audiisse videtur Isocrates, quem  
aiunt habuisse κρόκον διάφρον περιπέρηψαις, croco  
imbrium puluinum. Heliodorus in Aethiopicis,

*Heliodor. l. 2.* id vocat μαλακὸν κατέκλιτον, mollem accubitum,  
*Athen. l. 5.* Athenaeus κλιτόν. Atque hoc forte in Sophistis

olim reprehēdebat Socrates, de quo sic Maxi-  
mus Tyrius: καὶ μετὰ τοῦ οὐ κατέκλινεν σοφίσθω, Dissert. 8.  
ille habuum et discubitum sophistæ perstringit.

Eandem sedem appellant *δίφρον*. Plutar- *Δίφρος.*  
chus circumscribit ita Sophistas, τοῖς δὲ τῷ  
*δίφρᾳ* φύγεομένοις. Philostratus & Eusebius in *Plutarch. in*  
*Hieroclem* *δίφρον* etiam nominant, vbi de Iar- *civil. Instit.*  
cha apud Indos sapientum coryphæo, quem  
sedisse aiunt εἰς ὑψηλότανον δίφραν, in altissimo thro-  
no. Alij σκίμποδα vocant. Suidas: σκίμποις, φιλο- *Σκίμποις.*  
σόφων καθέσθρα. Hinc Socrates apud Aristopha- *Suidas.*  
nem in Nubib. *Aristophanes.*

Κάθησε πάντας ἡπὶ τὸν ἵψον σκίμποδα.

D. Hieronymus sellam. sella, inquit, posita Her- *D. Hieron. l. 2.*  
magoram nobis et Gorgiam exhibes Leontinum. *in Ruffin.*

Dicebatur quoque apud Latinos Cathedra. *Sella.*  
Iuuenalis de Rhetoribus Sat. 7. *Cathedra.*

Pœnituit multos vanæ steriliisque cathedræ.

Sic apud Sidonium l. 7. literarum cathedras te- *Sidon. Apollon.*  
nere. Et l. 4. ep. 5. *cathedrarios* appellat orato-  
res vulgares, quemadmodum Seneca philoso-  
phos *cathedrarios*: θηδίφειοι dicuntur Græcis.  
Cyrillus aduers. Julianum: subindicauit Aëscala- *Cyrill. l. 7.*  
pius remedia opinor, ὡσεὶς θηδίφειοι iατροί. ver-  
tunt, sicut medici curules; malim, *cathedralij,*  
nisi quis inertes velit interpretari aut *circun-*  
*foraneos.*

Pulpium quidam vocant, ut Marialis: *Pulpitum.*

— et circum pulpita nostra

Et steriles cathedras basia sola crepant.

Vulgò à Græcis βῆμα nominatur. Hinc The- *Βῆμα.*  
mistiūs de Sophistis αναβῆμα ἡπὶ τῷ βῆματος, in *Themist. or. 4.*  
suggestum ascendere. Libanius idem hominum *Liban. declam.* 8.

genus pingens, sic ait: αἱρετές δέροι λέγειν, & βοῶν,  
 ἐκ παρπούθησι τὸ βῆμα, viri ad dicendum & claman-  
 dum exercitati, & suggesto perfruentes. Doctè rem  
 expressit Gregor. Nazianz. & quæ diximus de  
 auditorio Sophistico repræsentat, cuius lo-  
 cum doctissimi Interpretis versio inobscura-  
 uit: sic enim habet de Iuliano Imperatore dis-  
 serens; οἰδασκοῦσσα μὲν ἴδρυσαι τὴν πάσαν πόλιν ἐποι-  
 μος οὐ, βῆματα δὲ τεωρεῖας καὶ ψευδεῖας, Εὐλεικόν  
 περ δογμάτων αναγνώσεις καὶ αισθήσεις. Eruditus Bil-  
 lius ita vertit: scholas quidem in omnibus ciuita-  
 tibus, & sacraria, subselliaque partim altiora, par-  
 tim humiliora extruere parabat, prophanorum etiam  
 dogmatū lectiones & explicationes instituere. Quod  
 βῆματα vertit hīc sacraria, haud scio qua ratio-  
 ne cum schola & subsellijs conuenire possit:  
 malim ego quidem suggestum, aut, ut Græcē  
 dicam, *thronos*, in quibus doctores illi sapien-  
 tiæ considerent.

Porri Sophistæ vulgo declamitabant se-  
 dentes, nisi forte in grauiori quadam ampli-  
 ficatione exurgerent. Id docet in Sophista

Philost. de vit. Scopeliano Philostratus: οἴγετε δέ ξποτε μὴ το  
 θρόνος ξυδὸν ἀερόπολι. ὅπερ δὲ οἱρός διελέγεται, θησηρο-  
 φῶν τε ἔχειν οἱ λόγοι καὶ εἰσῆρχε. Ei throno delicate

molliterque differebat; quando autem rectus dice-  
 bat, conuersionis acumine & robore pollebat oratio.  
 Idem in Polemone, solitum eum ait αἰσθήσαι  
 τὸ θρόνον οὐδὲ τὰς ακμὰς τὸν ταρθοτελένον, εἰ throno in

Senec. prefat. l.3. conerou. causarum vigore exilire. Seneca de Albutio de-  
 clamatore; Incipiebat enim sedens, & si quando  
 illum produxerat calor, exurgere audebat. Erat  
 enim in lessione, quædam autoritatis & digni-

tatis significatio, quam appetebant studiosissimi: τὸ καθίσαι, inquit suauissimus Chrysostomus, & τὸ στρασικόν & τὸ βασιλικόν, ipsum sedere, *Psal. 7.* D. Chrysost. in  
*& iudicium dignitatem & regiam quandam maiestatem innuit. Ad tuendam eandem autoritatem,*  
*& augendam, thronum habuerunt, vt dixi,*  
*ὑψηλὸν sublimem, vt principum & magistratum amplitudinem & maiestatem imitarentur.* Nam D. Gregor. Nazianz. eruditè inter *s. Greg. Naz.*  
*magistratum insignia ponit Spōrōv ὑψ., & car-* or. 20.  
*mine de vita sua vocat ὑψος αρχην.* *Suggestum*  
*imperij vocat S. Ambrosius in Psal. 61.* Sic in Sublimis  
*iure ciuili κόμητα τὸ ὑψηλὸν βασιλεῖ, Comitem Con-* thronus quo-  
*fistorianum, siue primi Ordinis in l. vlt. Cod.* rum olim  
*qui nul. pos.* Et in lege Honorij & Theodos. *Proprius.*  
*Cod. Theod. Vicarij sedis excelsæ.* Themistius *Themist. or. II.*  
*de Imperatore: κανόντα ἐν τῷ Spōrōv ἡ ὑψηλός, εἰ*  
*sublimi solio descendente. Ex eo more factum, vt*  
*ὑψηλὸς tantum sine alterius adiunctione, pro*  
*excelsa throno ponatur.* Heliodorus in *Æ. Heliodor. l. 9.*  
*thiopic. εἰς δὲ τὸν ὑπεράσπιον ἐφ' ὑψηλὸς ἀρχαγθί-*  
*μονος ὁ Ταῦτας, postridie sedens pro tribunali ex-*  
*celso.* Et de Sophistis Libanius: *ἴδρυται μὲν ὁ στ. Liban. Chr. 3.*  
*δέκανος ἐφ' ὑψηλὸς πρὸς ἀστρονομούς στρασικόν, residet*  
*magister in sublimi throno, quemadmodum & iu-*  
*dices solent.* Etiam apud Græcos Patres Episco-  
*porum sedes Spōrōs ὑψηλὸς, index honoris &*  
*dignitatis.* Gregorius Theologus suo Basilio, *s. Greg. Naz.*  
*ὁ δρόνος ὑψηλότερον σε ἡμᾶς ἀθρώως ἐπίστε, pontifi-*  
*cis thronus te repente supra nos euenxit.* Et epist.  
24. *ἐπιδίνη σε πάντα τὰ ὑψηλὸν δρόνον ἔγραψε.*  
Julianus Imperator in edicto ad Alexandri- *Iulian. in ep.*

nos, significat fuisse propriè appellatum θησαυρὸν δρον. *Audio*, inquit, *Athanasiū* αἰλια-  
κέδαι τε ρεχεθή παρ' αὐτοῖς θησαυρὸν δρον. Et qui-  
dem ita nominat *Zosimus hist.* l. 5. pag. 801.  
Sed hæc vereor plus satis sint ad Sophisticum  
auditorium illustrandum. Addam hoc tamen  
vnum; sublimem illum thronum Sophista-  
rum, ornatum fuisse videri aliquando σκαδίῳ  
sive conopeo. Id expressit poëta Pherecra-  
tes vnguentarium Sopham illudens his ver-  
bis: μαρτὼν τούτῳ χειλὶ καθηδρον ἵψατος τινὸν σκα-  
δίῳ, &c. Dalechampius ita vertit, eum qui di-  
dicit artem, sedentem oportet in sublimi, sub cono-  
peo, confessu hominum ad id congregatorum toto  
die cum adolescentibus confabulari. Sed hoc qui-  
dem apud nullum alium legere me memini.  
Atque in ea re fortè æmulari Christianorum  
Pontificum dignitatē maiestatēque vole-  
bant, quorum thronos fuisse ornamentiis il-  
lustres & venerandos accepimus. Sic D. Au-  
gustinus epist. 203. *cathedras velatas Episcopo-  
rum appellat: & Pacianus, sedem lineatam.* Id  
verò hominum opinione atque more ad ho-  
norem referebatur. Pontius Diaconus ait mo-  
rientis Cypriani sedile fortuito linteo fuisse  
rectum, ut, inquit, et sub ictu passionis, Episco-  
patus honore frueretur.

## De inuitatione ad publicam Declamationem.

Ea res variè explicata. Αὐτοίς de circu-  
latoribus Sophistis. Αὐτοῖς τοις αὐτοῖς un-  
de appellati veteres athletæ. Θρησκεῖα.  
Formule inuitationis. Inuitare per nun-  
cios. In crastinum aut diem perendinum  
facta vulgo inuitatio. Quantum appete-  
rent auditorum frequentiam. Magna so-  
licitudo dicturi Sophistæ.

## C A P. X I I I .

**E**IEBANT inuitationes ambi-  
tiosè, ad audiendas διδαξίαι,  
& solennes eas Declamatio-  
nes, quas Himerius orat. in  
Muson. παρθένοις συνόγεοις vo-  
cat. Eum morem attigere mul-  
ti è Græcia doctissimi, & variè suis verbis ex-  
pressere. Arrianus in Epicteto l. 3. dicit Ἀγ-  
κανθῶν τοὺς ἀκοντιστόρους, qui audituri sunt aduo-  
care. Dicunt etiam Latini aduocare. Fabius *Fab. l. 2. c. 10.*  
Quintil. l. 2. ait in Panegyricis permitti adhi-  
bere plus cultus, omnēmque artem osten-  
tare, etiam hominibus, inquit, in hoc aduocatis.  
Laetantius de fal. sap. l. 3. Apparet eos exer- Laetant. l. 3.  
cendæ linguae causa, vel aduocandi gratia, artem c. 16.  
ipsam philosophiæ reperisse. Eodem sensu dixit

*Lucian. de  
Dom.*

*Idem in Pro-  
meth.*

*Syntesis.*

*Themist. or. 16.  
S. Basil.*

*Iuuenal. Sat. 7.*

Lucianus συγκαλείου τοῖς θηλύσιοις, inquit, συκα-  
λεστα λόγων ἐπίδεξιν ποίησασθαι, optimates cum au-  
diendum euocasset, publicæ declamationis pompam  
exhibuit. Alio quodam modo in Prometheo:  
νεοῖς ἢ τὰς παιάνιας τῷ αἱρέσεως ἐπαγγέλμοις, εἴδω-  
λα ἄλλα ὀπίδημα μέθα, nos declamationes huiusmodi  
denuntiantes, &c. Synesius ep. 135. ἀχείρης ἡ τοῖς  
γείτναις τοῖς νέοις, adolescentes in theatris sine an-  
ditorijs congregare. Themistius orat. 16. ἀχείρης  
θέασθαι, D. Basilius epist. 158. παιδινοὶ συναγένεται  
τηνήντες, frequentissimam aduocare panegyrim. Sy-  
nesius ἐπαγγέλματις ἵκεν αἱρέσεων δύοις, epist. 100. &  
aliās ἐπαγγέλματι αἱρέσις, promittere declamationem.  
Iuuenalis etiam promittere diem,

— latam fecit cum Statius urbem  
Promisitque diem.

*Aristid. or. vlt.* Aristides 10. 3. ὁ δὲ ἥπτων ἔτει τοῖς λόγοις ἀφεὶς τοῖς  
ἀκουστοιδόις συμέγῃ, si orator auditores colligat.

*Themist. or. 4.* Sic etiam Themistius dixit συμέγῃ, & alio  
loco αἰδραι συμέγῃ ad eandem rem significan-  
dam. Idem orat. 1. statim initio, ἀπλῶς sumit  
pro eodem ἀχείρης: ubi noster P. Petavius vir

doctissimus ait sibi ante ea voce usum, quod  
nimirum circulatores fuere multi Sophistæ  
qui dicti ἀχείροις. Id sane est verissimum: sic  
Eusebius nominat Apollonium Tyaneum scri-  
bens aduersus Hieroclem, σοφιστὶς περ δῆμος ἀχεί-  
ρων καὶ τοῖς πόλεσ, &c. nihil aliud quam sophista

quidam ciuitatum circulator & pro sopho magus  
deprehendetur. Quam tamen notam magnopere  
conabatur effugere, ut est in eius vita l.  
Philostr. in vit. 4. ὁ τοῦ Εὔποδος ιψος ἑδόκει καὶ σὺν ἐοικοῖς τοῖς ἀχείροισι  
l. 4. c. 13.

vbi obscurius Interpres vertit pecuniarum co-  
actores. Sic apud Maximum Tyrium ἡ κλοις *Dissert. 2.*  
ἀγύρπτε. Eadem ratione dicuntur ἀγύρται, cuius ἀγύρται.  
vocabuli si fontem & initia prima considere-  
mus, aptè omnino in circulatores Sophistas  
conueniet. Nam, ut ait Ioannes Tzetzes, prius- *Tzetz. Chiliad.*  
quam victoribus præmia fuissent in Græcia <sup>13.</sup>  
excogitata,

Νικήσαντες διέπερχον τὸ ἄγνευ τὸ πλῆθος,  
Καὶ ὅτῳ σωμεγίνιζον χείμασα τῇ ἀγύρῃ,  
Καὶ οὐκον ἔχον ἀγύρτων, οἱς ἐκ τῶν ἐν ἀγύρῃ,  
Ἄσπορτες λαμπεῖστες δῶρα τῆς νίκης χάρεν.  
Victores percurribant cætum, multitudinem,  
Et sic colligebant pecunias à cætu,  
Et nomen obtinuerunt agyrtarum velut ex agyri  
Colligentes, accipientesque dona victoriæ ergo.

Atqui Sophistæ nonnunquam Declamationes *Scholiast. Eu-*  
habebant *Sauvage*, de quibus verè dicas, σωμεγίν- *ripid.*  
Ζορ χείμασα τῇ ἀγύρῃ. fuerunt ergo agyrtæ. Era-  
tosthenes apud Scholiasten Euripidis in He-  
cuba, eam ipsam Athletarum consuetudinem  
memorans, vocat ἀγύρπτε: σωμεγίς, inquit,  
κύρια πενιοσοῦσταις ἀγύραις ή διδόσθαι, &c. Sed hæc  
et παρόδαι.

Inuitabant ergo Sophistæ ad Declamatio- Quando &  
nem die prodicta; idque siebat vel programma- quomodo  
te, aut libellis sparsis, vel iij ipsi qui erat dicturi inuitabant  
ædes circumdeundo ambiebant, quem ambi-  
tum illustrius exponit Synesius cum *Duponotii* *Synes. in Dion.*  
appellat, quasi fores omnium adolescentium,  
qui in urbe essent, pultandæ videretur, ad illas  
in uitationes obeundas. Autor Dialogi de *Tacit. de orat.*  
orator. rem adumbrat, cum de Basso, Rogares,

inquit, utrum & ambire cogitur, ut sint qui dignentur audire. Origenes autem contra Celsum consueuisse monet Philosophos καλέντες της περιόδου & συνάγοντες ακροατας, vocare de triuio auditores. Formula quædam invitationis ponitur apud Arrianum in Epist. δέντες καὶ ακροατας μη. Venite, & aures mihi dicenti præbete. Et alio loco hanc ponit, οὐχ ξεναλας οὐ κόντρα ακοῦσαι, hortor venias ad audiendum. Nonnunquam missi quoque videntur nuntij, qui Declamationem indicerent. Philostratus in Adriano Sophista, *In spectaculo φαρέτης τῆς της ακροάσις ανέβει*, cum nuncius auscultationis fuisset visus, continuo senatus Equitesque assurgentes in Athenæum conuolabant.

**Initatio in  
crastinum aut  
perendinum  
diem.**

Porro inuitabant vel in crastinum, vel in diem perendinum. De crastino Themistius orat. i. *Nouum, inquit, atque insolens forte videatur, philosophum, χθές περιποτα εἰσεῖσθαι, &c. & pridie cœtum hominum cogere esse risum, & nunc in sublimi throno considere.* Sic adolescens Eliensis, qui orationem de Iouis laudibus erat dicturus,

**Vita Apoll.  
l. 4.c. 9.**

*Apolloium Tyaneum inuitavit εἰσ αὐλαν, in diem crastinum, ut est in eius vita. Tribus autem antè diebus id fieri solitum, ponit alio loco*

**Themist. or. 16.**

*Themistius, cum de Sophista: καὶ Σιάτηα ἡδη αγάπει τὸ περιττα ἴντα, μετεις τὸ δικασθεῖον συνιεῖ. Et θεατρα cogit, & triduo ante vii in forum conueniant denuntiat.*

**Plat. in Hip.  
maior.**

*In perendinum etiam inuitat Hippias ad θηρίξιν apud Platoneum, μετω διδύνωντας εἰς τείχον ιπταειν τοι διδυνδεῖσθαι, &c. Rogat autem Socratem ut & ipse adsit atque alias secum ducat, quæ omnia Γραμματα. Incredibiliter enim gaudebant λαμπερα τῷ Σιάτηῳ, ut D. Chrysostomus*

**Gaudebant  
frequentia.**

mi verbis utar, *splendidissimo theatro*, siue au-  
dientium multitudine & copia: quod festiuo  
dialogismo ostendit Epictetus; inducit enim *Arrian. l.3.*  
Sophistam cum uno de auditoribus cotto-  
quentem, σημερόν μου πολλάς πλείονες ἔχοντες, &c.  
*Hodie plures me audierunt multo. Sanè permuli,* vi-  
demur enim fuisse quingenti. Nihil dicas, mille pone  
audidores. *Tot* nunquam habuit Dion. sed unde istud?  
*Quia doctissime præceptor eleganti oratione capiun-*  
tur, &c. Itaque destitui corona, *Themistius ait Themist.or.1.*  
rem esse magni mæroris, & αὐγαντα σφισσός, &  
quandam sophistæ calamitatem.

Interim cura, & euenti expectatione soli- Declamaturi  
citi cruciabantur Sophistæ, animoque ange- solicitude.  
bantur, dum metuunt, ne non gloriæ respon-  
dere possint, & partæ iam existimationi, aut  
eruditis auribus satisfacere; quod acrius eo-  
rum vitia animaduertebantur, qui præstare  
omnibus & excellere cupiebant. Verè Apu- *Apuleius l.1.*  
leius: *Reputet cum animo suo, quantum periculum Florid.*  
conseruandæ existimationis hic adeat, qui contemni  
non consuerit, cum sit arduum & oppido difficile vel  
modicæ paucorum expectationi satisfacere, &c. &  
paulò post: *Meum verò unumquodque dictum acri-*  
*ter examinatis, sedulò pensiculatus, ad limam & lineam*  
*certam redigitu,* &c. Quare Sophista Polemon *Philostrat. in*  
intuitus gladiatorem iudore perfusum, & in *Polem.*  
certamine de vita formidantem: οὐτος, inquit,  
ἀγωνιζεις ας οδετης μεμων, ita solitaris & sidas, ut  
declamaturus *Orator.* Quo modo etiam Plutar-  
chus ait M. Tullium, tolere οὐτι τὸ λέγειν μάνισα *Plut. in apoph.*  
ἀγωνιζει. Expressit eam curam Themistius: si  
quis sit orationem habiturus, quam studio impenso & *Themist.or.16.*

cura elucubraverit, multasque noctes insomnes ob id traduxerit, ac multa non paucos dies meditatus fuerit,  
*Synes. in Dion.* &c. Synesius etiam grauius, ait non modò noctes insomnes ductas, verum & ipsam animam propè ἀνσαλάξαντρον φορίσων, solicitudine distillasse, ut Sophista lètum quidpiam, audiētibusque iucundum posset adferre. Itaque libelli autor de oratoribus eleganter, famam pallentem oratorum nominauit. Nec in sanum ultra & lubricum forum, famamque pallentem trepidus exterior. Et diuinè S. Hieronymus exponens illa scripturæ verba, Melior est finis orationis quam principium; Meliores, inquit, sunt in dicendo epilogi, quam exordium. In his enim dicentis solicitudo finitur, in illo incipit. Quanquam ne post epilogum quidem metu vacui quidam fuerunt. De Albutio Seneca: *Tristis, sollicitus declamator,* & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Quæ causa est, aiebat Epictetus, quod Rhetor se quamvis bene scripsisse intelligat, & quæ scriperit rite commendauisse memorie, nec non suauiter pronunciasse, nihilominus est anxius? Causam refert in immensam laudis cupiditatem. Quam eandem adserit S. Chrysostomus lib. 5. de sacerdot. vbi eosdem cum mari componit vndis agitato. Neque modò Sophistæ, sed eorum etiam causa, metu amici conficiebantur. Julianus Imperator tota nocte vigilauit, cum postridie esset dicturus Libanius, quem summa benevolentia complectebatur, cum videlicet de cunctu illius ἀποδιξεως foret sollicitus.

*Autor Dialog.*  
de orat.

*S. Hieron. in c.*  
*7. Eccles.*

*Senec. prefat.*  
*l. 3. contr.*

*Arrian. in*  
*Epic. l. 2.*

*S. Chrys. l. 5 de*  
*sac. c. 4.*

*De ingressu in publicum auditorium, deque  
vestitu & cultu Sophistarum. Loti accede-  
bant ad dicendum & ueste conspicui. An-  
nulis decori. Quis primus è Sophorum nu-  
mero sordes in uestitum induxit. Avu-  
noia Sophistarum. Alter humerorum ne-  
glectus. Vngues ferini. Is squalor index  
vanitatis irrisus. Quid sapientes de vesti-  
tu philosophico senserint.*

## C A P. XV.

**P**RO E instituti comparatiue Loti & nitidi.  
Sophistæ, tandem aliquando  
die constituta ad dicendum  
accedebant, & in primis loti &  
nitidi in theatrum auditoriūm-  
que veniebant. Sic enim Synesius declamatu-  
rum pingit: ὁ δὲ ἡστορεῖ τὴν κωμίαν, cæterū is  
ante præscriptum diem lotus, &c. Deducebantur  
autem eximio comitatu ὥμαλης, sc̄tatorum; in  
quo inerat species quædam minimè contem-  
nenda splendoris & dignitatis, qua de re Liba-  
nius: ὅπως δὲ λαμπεῖς θητοὶ πόλις βῆμα καθετέμονται, ὅπως Liban. in Pro-  
δὲ καὶ βῆματος λαμπεῖπον, οὐκάντος δὲ διδούμενοτος; gymn.  
quām speciosè vero ad suggestum deducuntur? quām Honorifica  
speciosius etiam reducantur, cùm egregiè landabilitér- deduc̄tio &  
que dixerint?

Atque ut locum ipsum declamationis quām  
ornatissimum esse cupiebant, ita ut plurimūm

*Soltus So-  
phist.*

*Arrian. in  
Epist.l.3.*

*Synes. in Dion.*

*Lucian. in  
fugit.*

*Philofstr.l.2.de-  
vit.Soph.*

*Eunapius.*

*Aelian.de var.  
list.l.12.*

ipſi culti & amictu ſpecioſo decorati, in lucem hominūque cōtum ingrediebantur. Autores omnium grauiſſimi id diſerte produnt. Arrianus eos ait ἐν κομψῷ σολίῳ μαστίῃ τῷ πούλειον, veste magnificè ornatos in pulpitum ascendere. Synesius εἰδὴν καὶ χρυſαστοῦ ἀροῖς uſos, veste nimirum & cultu corporis ad ſuperbiā & oſtentationem oppor- tuno: addit rationem, ἵνα δέμα κελὸν ἔη, ut ſplendi- dum & iucundum eſſet ſpectaculum. Sic enim au- dientibus gratioreſ, & mirabilioreſ ſe futuros opinabantur. De iſdem Lucianus: χρυſαπόσοι  
καὶ μετεπομποῖς ἔωντις δὲ μάλα εὐκότες, formæ ſtudent,  
& oppidò quām eleganter ſe exornant. Et ut aliquos nominatim citemus, de Adriano, qui Sophi- ſtice ſcholæ fuit Athenis præfectus, ita Philo- ſtratus: μεγαλομερεῖτε ἐπὶ Αθηνῶν θρόνῳ ἐπιμή- θη. εἰδῆται μὲν πλεiouſ αἵγιας ἀμπχυμός, Ἑπριμόρφος τῷ θεματοπερεῖς τῷ λίθῳ. Magnificenſiſtē oratorio Atheniensium throno operam dedit, vedeſ ſtiaſiſtia in- diuſtus lapillus admirabilib⁹ exornata. Sic Maxi- mus apud Eunapium verē Sophista maximus,  
σολὺς ἀβροτέρεցεν ἢ καὶ φιλόſoφoις τελεχόμoſ, elegan- tiore ac molliore quām philoſophum deceret veſtitu- circumfusus, in Iuliani palatio volitabat. Viam ad hanc elegantiam, choragiūque iam præ- uerant, illi primi veluti parentes fatorēſque Sophistarum, quos antiquitas omnium ſcri- ptorum monumentis celebraſ. Nam Gorgiam & eidem æqualem Hippiam ἐν προφυγεῖς εἰδῆται, iunicis purpureis amictos prodire conſueiſſe, autor eſt Aelianus.

Quidam etiam haud contenti glorioſa ve- ſtiam oſtentatione, in ſupelleſtili & reliquo

familiae splendore, haud minimam exhibere pompam cupiebant. Polemon Sophista cum Philostr. in prodeundū fuisse ex urbe, ὅτι οὐδέποτε φρυγοχαλίνη Polem. Φρυγίς οὐδὲ Κελτας εἰπολετο, in his argento fr. o ornatis Phrygiis Celticis re quib[us] adam vehebatur.

Annuli Decla-

Declamantes vero habuisse grandes annulos, mantium.

quibus non modo manus, sed dictio quoque ipsa quodammodo illuminaretur, est veri simile. Certè Hippiam ostentauisse annulum in Olympiis, quem proprio ipse artificio esset molitus, Cicero, Apuleius, aliquique memorarunt. Athenion Sophista prodiit in publicum,

*Athen. l. 5.*

χλωμόδα λαμπεῖσθαι εἰσήρω, & τελείφρος δεκτόλιον

χειρίς, splendidam vestem trahēs, & annulum gestans

aureum, ait Athenaeus. Aurelius Fuscus Rhetor

annulos ex argento ferebat, ut Plinius animadverit. Quem morem etiam recitantes in Italia

tenuere, quorum manus Sardonychatas in di-

cendo fuisse videmus. Notus est ille apud Sa-

tyricum Declamator, qui natalitia cum sardony-

che albus, celso in pulpito multis audientibus

os suum ostentat. Migravit ea consuetudo in

forum, actoribusque causarum splendidæ pa-

raturæ cupidis inhæsit. Itaque negat Poeta

exquis animis audiri patronum,

— nisi fulserit annulus ingens.

*Invenal. Sat. 7.*

& qui non habebant, causam acturi, commo-

datò accipiebant :

— conducta Paulus agebat

sardonyche, atque adeò pluris quam Gallus agebat.

Tantum nimirum ad eloquentiæ lucem & di-

gnitatem, in eo ornatu positum esse putabant.

Et quidem oratori suo concedit Fabius Quin-

*Fab. I. II. c. 3.*

tilian. ut autem illa luce & splendore lapidum manus insigniant, modò eas tamen ornent potius quam onerent. Quam eandem causam fuisse puto, cur Sophistæ id actionis decus am- bierint, præsertim cum res minimè noua fue- rit, sed vetusta potius, ut eloquentiæ doctrina- riumque amantes viri annulos ferrent. Nam Aristoteles *σακτωτοις πολοις φορῶν ἐκδηματεῖον θητῶν, annulis ferendis se mirificè exornabat*, ut est apud Ælianum: quod tanquam inanitatis le- uisque animi indicium Plato redarguere con- sueverat. Socrates item, ut meminit Maximus Tyrius, *ἐκωμῳδίᾳ χῆμα Θριστῶν, sophistarum amictum & vestium elegantiam reprehendebat.*

*Insignis cul-  
tus Philoso-  
phorum.*

*Athen. l. I.*

*Laert. l. 5.*

Et tamen illi ipsi Philosophiæ magistri bene multi, vel tuendæ existimationis gratia, vel col- ligendæ auditorum benevolentiae, exquisitiū se ornabant comebantque *Θριστούς*. Athenæus scribit Theophrastum in peripatum ire solitum addocendum *λαμπεῖρη ή Εποκηφόροι, corporis nitti- do & exacto cultu.. Lycon apud Laertium aded* fuit huius elegantiae studiosus, *ώς αὐτῷ Λαήπτω  
χεῖσθαι μαλακότητι μανίων, ut vestium incredibili mol- litie ac nitore vteretur. Heraclidem propter flori- dam insignemque vestem quam tulit, non Ponticum, sed Pompicuum nominabant. Itaque Ephippus comica libertate in Platonicos in- uehitur, *οπι πολυπελῶς ἡπειρῶν, quod sumptuoso ve- stitu superbirent, vnūmque ex Academia pingit,* in quo liceat veluti Rhetorum nostrorum ima- ginem contueri. Adfuit, inquit, Byrson,*

— *ιωάννων ιορμέτροις βίβλους  
Οἰκα τὸ χλαρίδος δὲ ποτωγενερόδρομος*

Σχῆμα ἀξιόχειρα.

Tunicae plicaturis æqua proportione distantibus

Pallio tumido venustè circumamictus

Gestu gravi & venerando.

Dio Prusæus Sophista nobilis, quem nomina- Leonis pellis.  
uere Chrysostomum, quiddam etiam insue-  
tum in cultu, neque ab aliis vulgo usurpatum  
adhibere voluit: nam λεοντῖον πολάκις ἀπομένος Photius.  
μὲν δε τὸ τρέποδον, leonina sæpe indutus pelle, in  
publicum prodijse dicitur, dum affectat σεμνότητα καὶ  
νόησιν, è corporis amictu venerationem, ut ait  
Photius.

Contrà verò multi è sordibus, & contemptu Affectatae sor-  
omnis elegantiæ, gloriolam aucupabantur. des vestium.  
Sophista Proæresius cùm esset dicendi gloria  
princeps, apud Imperatorem Iulianum gra-  
tiosissimus, quiq[ue] etiam Romæ statuam pro-  
pter singularem eloquentiam fuisse consecu-  
tus, tamen inanis καρπεῖας æmulator, λεπτὸν ἔχων Eunap. in Proæ-  
resiorū καὶ δουπίδην, lacerna extrita & obsoleta ref.  
vtens, & sine calceis, multas regiones obiuit, &  
Galliae niues calcauit, vt refert Eunapius. Idem Damasc. apud  
fecit Isidorus, de quo Damascius ita meminit: Photius.  
δουπίδην καθιών τὸν οἰκουμένην εἰς φαίνει λόγον ἀπεστι,  
nudis pedibus vniuersum propè dicam terrarum orbem  
circumiit. Apollonius quoque Tyaneus, quem Philost. in vit.  
Itali nominabant σοφιστὸν, illam etiam φυντοδησιας Apoll. l. i. c. 6.  
vltro exceptit, ad intuentium animos commo-  
uendos. Pari modo Socrates ibat δουπίδην καὶ Xenoph. l. i.  
ἀγιτῶν, vt testis oculatus ait Xenophon. Id forte Στομαχο.  
ab illis factum Pythagoreorum imitatione, qui  
primi sordes in vestibus amauerunt, quasi ho- Pythagoreo-  
minum mollitiem & inanitatem, communēsq[ue] rum cultus.

mores vellent arguere. Illos enim πυτῶν ἐκόπτει, squalere sordibus vtero consueuisse, ait Aristophanes. Quanquam nec Pythagoras, nec qui proximè illum consecuti sunt, laurum ex eo mustaceo petierunt: sed Diodorus quidam Aspendius, cùm ad Pythagoricam disciplinam animum appulisset, primus inusitatum corporis cultum inuexit, cùm ante ipsum, Pythagorei uti solerent λαμπρῷ ἱδην, splendida et eleganti ueste, ut doctissimi viri meminerunt. Hunc deinceps alij imitati quidam. Theocritus:

Theocrit. Idyll.

14.

Τοῖσις τε φέας περίφερε πυθαγορεῖας  
Ωχρὸς κάνυπόδεως.

Talis huc nuper peruenit Pythagoricus  
Pallidus et nudus pedes.

Stoici & Cy- Id institutum postea Zenonij Cynicique arri-  
nici quales in fuerunt, qui non modò in durissimis pedibus  
cultu. & paedore, verùm etiam in trito sordidóque  
tribonio, sibi vehementer placebant. Illorum

Antip. in An-  
tholog.

fuisse proprium πυτῶν πίνω ππαλαζόμοντες  
sordibus et illuuiie confusurcatam habere uestem, poe-  
ta canit Antipater. Totam rem de illo grege  
vnum apud Lucianum ita exponit: οὐκ εἰμὶ οἶμα  
τις τὸν βεττόν, αὐχενπότι, λάστον ἔτι, τειλαρά εχάρ, κουάρ,  
διυποδύτειν. Cultus verò meus huiusmodi est, squalidum  
esse, hirsutum esse, trito palliolo amiciri, promittere  
comam, sine calceis ingredi.

Lucian. in  
Cynic.

Ambitiosa il-  
la sordes ir-  
risse.

Tertul. l. de  
patient. c. i.

Id omne machinabantur immensa quadam  
honoris cupiditate, ut patientiae laude clari, &  
rerum omnium humanarum despicientia  
commendarentur. Omnem sapientiae ostentationem  
de patientia praeferunt, ait grauissimus Tertullianus. Sæpe igitur fuerunt à doctissimis & san-

Etissimis Ecclesiae patribus irrisi. Laus Galliae nostrae Hilarius comment. in Psal. Cernimus nudis Philosophos corporibus algere, &c. subdit, Totum hoc inane atque ridiculum est, &c. S. Chrysostomus eos Sophistas orationis aculeis pungens: Nullus apud nos pater ~~τελείωσις~~ dicitur, vili ac lacero panno obiectus per forum ingreditur: ea enim admirabilia esse videntur laboreque multo ac summa ærumpna plena, ~~τελείωσις~~ παντούς ἀπειρόντας, sed indigna tamen sunt quæ laudem mereantur. Illud idem obiicit Tatianus. Tatianus et alii orat. cont. Græc. Quid magnum philosophi vestri faciunt? ταῦτα τὸν ὕμενον δέχεται, &c. Incedunt altero ex humeris neglecto, capillium demittunt copiosum, barbam alunt, ὄρυξες melior ~~τελείωσις~~ vngues ferinos gerunt. Sed elegantissimum Sidonius Apollinaris, Sidon. l. 9. s. 2. Non pallio, inquit, aut clava, velut sophistis insignibus gloriari, aut affectare de vestium discrezione superbiā, nitore pompa, squalore iactanciam. Quin illi ipsi mutuò se illudebant ea causa. Notum id Antisthenis, qui cum fractum aliquando pallium de industria in hominum cœtu ostentaret, Socrates qui tum aderat, Ορδονεῖ, εἴην, δια Lære. τὸν τελείωσις κεροδοξίαν. Video, inquit, per scissuram pallij tuam vanitatem. Alio quodam modo rem eandem prodit Aelianus. Socrates cum videret Aelian. l. 9. Antisthenem attritam partem vestis semper in nimia conspectum pretendere, Quin desinis, inquit, apud nos te ipsum magnificè ostentare?

Itaque viri sapientes, cum isti inanissimæ Sapientum ostentationi eundum esse obuiam putarent, sic monita de à scholis dimittebant adolescentes, ut docerent, neque laceris & sordidis nimium vestimentis esse vtendum, neque nimium elegan-

Arrian. l. 2.

Suidas.

Athen. l. 2.

Senec. ep. 5.

tibus & delicatis; quæ norma est canónque prudeatia. Qua de re sic Epictetus: *Cum adolescentem è schola dimittimus, monemus μὴ ταπεινώσῃς πάκη τοπεινά, μὴ ἐπίτηδη κουφὰ ιψαῖς, ne abiectione appareat induitus laceris, ne nimis delicatus elegantibusque vestiatur.* Notauit eandem prudentiam & Suidas; Philosophis, inquit, fuit curæ vestem etiam modestè induere, quique id negligenter, eos deridebant. Est enim similitudo quædam animum inter & externam speciem, & compositum animum decorique amantem necesse est curam habere externæ honestatis. Quare Aristarchum reprehendebat Callistratus ὅτι τὸ μὴ μὴ δύρθυμος αὐτοὶ χάσται, quod indecora & sordida veste veteretur: quasi honestas illa vestium τεθέτη, τοιούτη δέρμα, ad doctrinarum peruestigationem conferret, ut memini dicere Athenæum. Ea ipsa de re multa & præclara documenta ponit Seneca in Epistolis. Non splendeat toga, ne sordeat quidem, &c.

*De tribonio seu Pallio Sophistico. Quis eius color & quomodo à Philosophico discrepareret. Αὐτομενοί & repentini in pallium involantes. Quorū ritu dabatur pallium Athenis. Διχωτα πτ̄ τελεωρα. Εγέρχαμδροι. Initiationes & πλεται Sophisticæ. Honoris causa tributum Sophist.e nomen.*

## C A P. XVI.

**S**OPHISTAS fuisse palliatos, haud obscurè docet Tertullianus, apud quem ita loquitur Tertull. de pall. c.vit.

Pallium: *De meo vestiuntur & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum harenarius, & Grammaticus & Rhetor & sophista, &c. Græci vocant τελεωρα ρητορικόν, oratorium pallium, de quo Damascius apud Photium, λόγις, inquit, ἐπει photius in διηγήματα τελεωρα τον διπλανην τελεωρα φεγγάδημος, Damase. oratione primum specimen edidi, sine publicè declamavi, rhetoricæ pallium induens. Subdit Photius: ὥστε λώ καὶ τελεωρα ρητορικός ὡς & φιλόσοφος, quare pallium fuit etiam oratorium ut & philosophicum. Sed quæro num aliquod fuit inter utrumque discriminē? In primis haud obscuram dissimilitudinem reperio in colore: nam, ut Grammatici Græci monent, Rhetorum τελεωρες φοιτικοί, φασι δὲ τούτου φιλοσοφων. Oratorum pallia fuere punicea, subnigra autem philosophorum. Sed quodd φασι τον & candidum.*

S. Greg. Naz.  
ep. 23.

Anthol. l. 2.  
c. 46.

Tertul. de pall.  
Diplois sive  
abolla Philo-  
sophor.

Horat. l. 1.  
ep. 17.

Virgil. l. 5.

lorem dant philosophis, vulgo est quidem verum, sed non in omnibus: candidum enim fuisse pallium Cynicorum, est notum in veterum scriptorum monumentis. Quare D. Gregorius Nazianzenus laudans Heronem philosophum Cynicum & Christianum, tribuit eius pallio colorem angelicum, nimis *λαμπεφειαις θεοφόρων*, vestitus candorem atque splendorem. Quin & Rhetoras fuisse candidis vestimentis indutos ex Ammiano suspiciari quis posset, quod Sophistam in epigrammate nominet

*Τέχνης ρίπτειν τάξιμα λαμποφόρον.*

quo sanè ex loco Rhetoribus quidam eum colorem tribuunt. Fortè etiam in modo & compositione pallij fuit diuersitas. Nam Stoicorum & Cynicorum pallium fuit duplex, ut insueta illa effigies, hominum elegantiam illuderet: inuentum id Diogenis, si Laertio credimus, qui *τείχων διπλῶσι τεφόνες*, pallium primus duplicit: in Cratetem id retulisse visus Tertullianus, *Pallio*, inquit, *nihil expeditius*, etiam si duplex Cratetis more nusquam vestiendo componitur. Nominat propterea *διπλόιδα*, Antipater in Anthol. *διπλάσιον*, & aliás *διπλον* εἶμα *Γροῦ*. Hesychius *δίσολον χλαῖναι*, hoc est *διπλόν*, Plutarchus in Erot. *δισολιαν*. Horatius eleganter *duplicem pannum*.

— quem duplii panno sapientia velat: id est Cynicus gerens diploida, ut docti interpretantur. Latini uno verbo nominant *abollam*. Seruius in id poetæ principis,

*Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum:*

duplicem amictum, id est abollam, inquit. Stoico attribuit Iuuenalis:

— atque audi facinus maioris abolle.

*Stoicus occidit Baream, &c.*

*Iuuenal sat. 3.*

Vbi maiorem abollam, grandius pallium interpretatur Scholiaestes, hoc est, altioris philosophiae pallium, qualem profitebantur Stoici, de quibus agit. Qui in eo conueniebant cum Cynicis, ut sordido & vili pallio vterentur, ad patientiae laudem & inanum omnium rerum contemptum ostentandum. Apud Hebræos fuit quoque philosophicum pallium, quod illi philosophicū vocant *Addereth sear*, pilosum & rude pallium, pallium *Hebraorum*. quale fuisse volunt id celebratum Eliæ Vatis, quod Eliseo è sublimi demisit. Gregorius Nyssenus *dimicida* nominare videtur, cùm de Sa- <sup>Greg. Nyss. ep.</sup> de Python. muele meminit.

Honestius autem amiciebantur eloquentiæ doctores Sophistæ, ferebantque, ut modò aiebam, phœnicei aut purpurei coloris pallium. Athenæus nominat *χλωρίδα λαμπεῖν*, splendidam vestem, Eunapius aliisque *τειλώνοις*: Laertius in Bione *χρυσίνην ἐθῆται*, scholarem vestem: in iure dicitur generatim *habitus philosophiæ*, de quo est Imperatoria lex Cod. Theodos. in hæc ver- <sup>Cod. Theod. de</sup> ba: Reddatur unusquisque patriæ suæ, qui habitum med. & prof. l. 7. philosophiæ indebitè & insolenter usurpare cognoscitur. Hoc opinor Dominorum Edictum quorundam hominum temeritatem coeret, & importunam audaciam, qui sine eruditione & facundia pallium Sophisticum aut Philosophicum arripiebant, ut in doctorum hominum ordine censerentur: quod notat Epictetus

Q. iij

*Arrian. l.4.**Repentini**Sophi.*

apud Arrianum: *Multi, inquit, οὐδεὶς διαλαβόντες τεῖχον, καὶ πώγωνα καθέντες, φασί, ἐπώ φιλόσοφος εἴη.* Statim arripientes pallium, & barba promissa, se ostentantes inquiunt, *Philosophus ego sum.* Aliás nominat eosdem, *Adonidis hortos*, qui extera-  
nam habeant speciem, fructum nullum: Gre-  
gorius Nazianzenus αὐθικευοίς σοφοῖς, unius  
diei momento exortos; aliás φεδίους, repentinos; Ilo-  
crates νεωτὶ διαφύροντος, fungino veluti genere  
nocte una enatos. Sed fuit tempus aliquando,  
cùm Sophisticum pallium nemo impune ferre  
potuit, nisi priùs initiatus, níve illi quorum  
interfuit, id ius & autoritatem de more tri-  
buissent. *Quod Olympiodorus sic apud Pho-*  
*tium commemorat: λέγει δὲ οὐεὶ τὸ τεῖχον, αἰς ἀ-*

*Solennis pal-* ξένη καὶ τὰς Αἰθίων τείχεις μήδεις αὐτὸν πνα καὶ μαίνει  
*lij concessio.* ξένον, ω̄ μὴ οὐ τῷ σοφιστῶν γνάμην ἐπέτρεψε, δε αἱ καὶ τοὺς  
σοφιστοὺς νόμοις πλεταὶ εὐελάσουσα τὸ αἵμα. hoc est,  
*De Pallio quoque sophistico memorie prodidit, nemini*  
(præsertim vero externo homini) *Athenis id gestare*  
*licuisse, nisi sophistarum suffragio eius gestatio illi*  
*concessa, dignitasque ista sophistarum legum ritibus*  
*esset confirmata.*

*Balnearis  
pompa.**S.Greg.Naz.  
or.20.*

Ritus autem Sophistici fuere multi, in ea  
veluti inauguratione: sed unus communis om-  
nium, qui in Græciam eruditio causa venie-  
bant, seu parui, seu grandiores fuissent; nimi-  
rum ad publicum balneum deductio, quam subij-  
ciunt ante oculos tum ex Olympiodoro Pho-  
tius, tum verò copiosè doctissimus Gregorius  
Nazianzenus, cuius ope atque studio, liberatus  
fuit balneari illa pompa, alioqui permolesta  
*S. Basilius:* tanta fuit etiam in adolescente

eximiae virtutis & modestiae veneratio. Rem eandem memorat Eunapius Sardianus in Proæfio. Lotus igitur publicis in balneis adolescens, variéque iactatus, pallium tandem eorum Sophistarum autoritate capiebat, qui tum Athenis eloquentiae præcessent, quibus ille hand exiguum pecuniarum vim donabat. Hoc dicebatur δέχεσθαι τὸ τῆς τελεοῦς αἵλια, vel, ut alij legunt, ἔχεσθαι apud Photium, vel, ut ait Gregorius Naz. λαμπάτεν τὴν τελεωνα, sophistum pallium induere. Qui hunc ordinem fuissent Initiatæ & consecuti, seu Scholastici forent eloquentiae gitimi. appetentes, siue iam ad docendum idonei, legitimi nominabantur & εὐσεβαμέθροι. Quod respexit Antidotus Comicus in fabula cui nomen Protochorus, vbi quendam de Sophistis parasitantibus ita loquentem inducit:

Kαὶ τὸ σάτιν δὲ σάτινες ἀκροάσθε μου,  
Γεῖτοι εὐσεβῶνται καὶ λαβεῖν τὸ χλαμώδιον.  
Vestro quisque loco audite me priusquam

In hunc ordinem ascribamini et induatis pallium. Illud εὐσεβῶν sat apertè innuit, velut describi illos consueuisse, & referri in album. Hinc apud Philostratum, ἐν οὐφοῖς γεράφεσθαι. Sic poëta vetus apud Athenæum vocat δηλεκτικοὺς τρεῖς Philostr. in Dionys. τὴν παρεγγεζαμένων, dialecticos tres falso inscriptos, Athen. l. 4. hoc est, non legitimos & initiatos. Et Themist. or. 1. mistius obscuros ait Sophistas παρεγγεζόντας εἰσοὺς, qui se ipsi ascribunt; quod non inuitus ad hanc consuetudinem retulerim. Fuere aliæ quædam initiationes, & sacra veluti Sophistica, consuetæque πελεταὶ, quibus ad eam artem adiungebantur. Quod expressit in Eu- Teletæ So- phisticæ.

*Plato in En-*  
*thyd.*

thydromo Socrates, ubi duos ait Sophistas Cliniam adolescentem expiare, mox sacris iniciatiuros: Quare puta, inquit, ὁ Clinia, τὰ θεῶν ἱρῶν ἀκούειν τὸν σοφίσικόν, primas quasdam sacrorum Sophisticorum ceremonias celebrari. Sic apud Athenæum, ὁ μὲν Πρόδικος Θεοχαρίου μαθητὺς ἐπέτελεσ, sacris Sophisticis Prodicus discipulum suum imbuit Theramenem. Aeschines quoque Socratus Telaugen philosophum irridet πάντα τὴν ρήτορα, quod Rhetorem quandam initiasse. Plutarchus item facit mentionem τῆς πλευτῆς καπηρυμένης φιλοσοφίας & τῆς περιφέτων καθαρισμῶν, γε θορύβων, mysteriorum philosophiae primarūmque lustrationum ac tumultuum. Vbi καθαρρός & θορύβος nominans, respicere videretur ad pompam illam balnearem Atheniensium, de qua superius diximus. Eodem forte collineat Zacharias Scholasticus cùm Sophos principes nominat μωσαγωγούς initiationum præsides & veluti quoddam Hierophantas.

*Aristoph. cyp*  
*Nephēl.*

His perfectis initiorum solennibus ceremonijs, pallium Sophisticum induebat: quod facetus innuit Aristophanes una in fabula non semel, apud quem huiusmodi πλευτᾶς obit Socrates Strepsiadēm initians, quem primū iubet considerare τὴν τὸν ιστὸν σκίμποδα; tum ei coronam imponit; mox διφυμεῖ monet, dum precatur Deos; tandem iubet deponere τὸν μάντον ρεστη, quod fieri solitum εἴη τὸν μωσαγωγούντα μωσήα vetus ait Scholiares. De quadam eorum veste, qui ad studia initiantur, meminit Eunapius, apud quem diuini senes dant Sofipatræ πλὸν σολιὸν τῆς ἐδῆτος εἰς τετέλεστον

*Eunap. in*  
*Aedes.*

amicitum in quo sacris studiisque initia-  
ta fuerat. Et ut est in Concilio Trullano, σολας δημοκρατις πνευ-  
ματων την μαθηματων δρχηδροι. quod Patres fieri  
vetuerunt, ut etiam animaduertit Zonaras in  
Can. 71.

Cæterum cum pallio dabatur ius ferendi Ius ferendi  
nominis, & quidam satis eloquentia, & varia nominis.  
eruditione imbuti, honoris causa, in nume-  
rum Sophistarum cooptabantur, quod Græci  
vocant οὐρανούς φίλους. Quod dixi hono-  
ris causa tribui appellationem eam solere, è  
Philostrato liquidò possit intelligi, vbi de Æ- Philost. l. 2. de  
lianō memorat: Oblato, inquit, sibi ab ijs, qui vit. Soph.  
huiusmodi titulos conferre solent, sophistæ nomine,  
non elatus animo est, nec arroganter tumidamque  
superbiam concepit, ἵνα τὸ ὄντας, ἵνα μεγάλου  
ὄντος, ex tanti nominis honore & dignitate, quin  
potius cum suas ipse vires expendisset, easque decla-  
matoria palæstræ impares iudicasset, animum ad scri-  
bendum appulit. Sed de Pallio & initiatione So-  
phistarum hæc satis: nunc quod erat institu-  
tum, de ὅμιλοις & publica declamatione pro-  
sequamur.

*Qualis fuerit publicè declamantium Sophistarum actio. Salutatio, & conciliatio benevolentiae. Sophistarum θύμος. ἐπιχρήση in oratione & κρίσει. Eorundem opin. Αὐτοῖς, πόλεις, βασιλέων, καρκανίων. Quid sit αἴτιος in re Sophistica. Tribuebant sibi εὐδοκιασμόν, seu diuinum afflatum in dicendo. Pleraque autorum loca emendata, illustrata.*

## C A P. XVII.

Salutatio.



*V*M in sedem oratorium consenserunt, lato vultu atque gestienti, & ut plurimum arroganter notis insignito, in primis eum,

*qui principem inter auditores locum habebat, quadam honoris testificatione*

*Themist. or. 6. salutabant. Id perspicue docet Themistius in hæc verba, οἱ δὲ ὅτε παρῆσαν εἰς τὸ δῶμα Μεσσήνας, &c. Illi cum in Musarum theatrum prodeunt,*

*faciunt verò id assidue ac sapienter, arrident vobis ac blandiuntur, atque eum circumplexi salutant, qui*

*Conciliatio. principem inter spectatores locum habet. De blanditijs ad emerendam omnium benevolentiam adhibitis, planum est, id studiosissimè ab illis factum, cum id unum spectarent, ut place-*

*Fabius l.3.c.8. ita Fabius: In Panegyricis de quibus*

*Fabius petitur audientium fa-*

uer, ubi emolumenntum non in viuitate aliqua, sed  
in sola laude consistit. Vtum ut eorum in agen-  
do & pronunciando rationem explicemus,  
Græcos ferè omnes singulari & eximia qua-  
dam venustate egisse, omnis omnium ætatum  
memoria significat. Vnde Græcos Iuuenal is  
eleganter, nationem comœdam indigitauit, velut  
idoueam ad agendum, & ad theatri venusta-  
tem accommodatam. In scholis autem, cùm  
diurna & quotidiana propè exercitatio me-  
ditatioque accessisset; dici vix potest, quām pa-  
rati in mediam lucem politique venirent. Sa-  
nè etiam tacentes poterant audientium be-  
nevolentiam captare, διὰ τὸ δέκαμον: quod A-  
lexandro Sophistæ contigisse meminit Phi- Philostr. de vita  
lostratus. Nam cùm Athenis declamationem Soph.  
haberet publicam, ad eloquentiæ pompam &  
ostentationem, adeò elegans & concinnus A-  
theniensibus visus est, ὡς ἐ βούλεον διῆδην αὐτῷ,  
ἐπιστρῶντες εἴπαντες αὐτῷ τὸ δέκαμον, ut adhuc  
eo tacente, sit admurmuratio exorta omnium laudan-  
tium eius gestus modestiam.

Atque ut partitè quidpiam enuntiem, duo Duplex genera  
notanda mihi videntur actionis genera, qui- actionis.  
bus Sophistæ ut plurimum vterentur: quæ-  
dam fuit remissa, commotionis quædam ple-  
na & contentionis. In priori genere, delica- Delicatus  
tum gestum adhibebant & exquisitum, ad te- Soph. gestus.  
nendos, vnâ cum flosculis, & pulchritudine  
orationis, audientium animos, & suavitate  
perfundendos. Scopelianus Sophista eximus Idem in Scopel.  
ἀγένετο πότε τὴν δρόμον ξεῖνον αἰρόμενον, è suggestu de-  
licatè differebat, ut in eius vita proditur. Tum

verò ab initio frons explicata, tidentes oculi,  
& iucunda volubilitate blandientes, os dul-  
ci pictum gelasino, totus vultus auditoribus  
delitias faciebat. Is quem modò nominabam  
Sophista, prodijt vulgo ad dicendum *αἰγαλόη*  
*τῷ περιστέπω, λεῖα & soluta facie*, ait Philostratus,  
*ἀγαθογένειαν τῇ τοι εἴδους θυμίᾳ, placide fron-*  
*ti statu coronam demulcens.* Idem de Polemone,  
qui plurimum apud Imperatores Romanos  
eloquentiæ nomine potuit, *παρέβη μὲν εἰς τὰς ἀπί-*  
*στεξις ἀλαζηχυμένη τῷ περιστέπω, diffuso hilarique*  
*vultu, ad specimen eloquentiæ faciendum ac-*  
*cerebat.* Atque ut florido amoenóque dicendi  
genere exultabant, sic & ipse liberior gestus  
quodammodo sese fundebat: quod Eunapius

Eunap. in Pro-  
aeres. dicit *βαπτιζόμενον τοῖς λεγεοφόροις.* Nam de Proæresio  
Imperatoris donationem celebrante, sic ait:  
Quid *βαπτιζόμενον τοῖς λεγεοφόροις ἐπεχόρευεν, βαπτιζόμενος, εἰς τὸν*  
*ρόδον in di-τερόν.* Doctus Interpres vertit non optimè  
cendo. hoc modo, *demum exiliuit ubi perorasset, postea-*

*quam arrepto themate specimen sui exhibuisset.* Mens  
Eunapij & sententia hæc est: exultabat in ora-  
tione, in eo argumento sese magnificè ostentans. Cùm  
*βαπτιζόμενον* dicit, videtur respicere ad id quod  
paulò antè posuerat, *Προαιρέσιος ὥστε τοπεῖς εἰ-*  
*πεδίον κακής, ut equo similem oratorem esse*  
*velit, qui in libero spatio exultet.* Sic Phi-

Philost. in Po-  
lem. lostratus Polemonem eximum eloquentiæ  
doctorem dicit, *κροάνην εὐ τοῖς τοῦ τετράστονος χρ-*  
*ειοῖς γένει μεῖον τῷ ἡρωϊκῷ τοντού, heroici equi more,*  
*in certis causarum locis gressus glomerare.* Quæ mihi  
effigies non modò liberum orationis cursum,  
verum etiam latum, magnificum, & gestien-

tem quodammodo gestum videtur exprime-re. Tatianus Assyrius fractos gestus atque molliores illis attribuit: nam Crescentem notans è Cynico tribonio Sophistam, vidi quendam, inquit, αέρωνέδρον ἡρόσην κατέλιπε σκεκλώδηδρον, & τόπον μὴ τοῖς οφθαλμοῖς μαραθεύσασα, τέτοιον δὲ τῷ χίπει λυγίζομενον, perquam delicate se lactantem, & varijs modis luxuriantem, dum partim oculis nictat, partim manibus gesticulatur.

Alterum genus actionis fuit Sophistarum, cùm feruidius contentiusque agerent: quod apud Græcos est in oratione αὐγαῖς, cum vi-  
gore agere. Philostratus etiam dixit pro eo-  
dem πλήρης, grandius spirare. Idque siebat; cùm  
oratio haberet ὄρυγμα imperium, quem addidisse  
Gorgiam orationi ferunt: quo tempore exi-  
liebant, supplodebant, femur quatiebant, to-  
to corpore commouebantur. Polemonem so-  
litum ait Philostratus αἰανθάδην τὸν δρόμον καὶ τὰς  
αὔρας τὸν ταῦθεντα, εἰ σέδε in causarum vigore exi-  
lire: tantum in eo erat ὄρυγμα. De Scopeliano  
idem autor ita scribit, *Vt* sese atque audatores  
fūscitaret, τὸν μηρὸν δευτέραν ἐπαντίτει, vertunt, sibi fe-  
mur subinde plectebat. Plectere femur habet for-  
tè aliquid mysterij quod non intelligo: dice-  
rem ego simplicius, quatere aut ferire. Arrisit  
eadem vox Interpreti, in Iconibus Philostrati  
in Como, *Nam* dextera contractis digitis subiectam  
sinistram ad caenum plectit, in Græco est τόσον απίστη-  
ειν τάντη. Sed hoc obiter. Iudicem Sophistæ so-  
liti in grauioribus causis οἰκεῖαν γε βαρχύν, cor-  
pore omni concuti & propè bacchari: quod  
in trophæis Medicis celebrandis, ei quem

paulò antè nominaui, Scopeliano euenire consueuisse, prodit eius vitæ scriptor. Eandem ipsam ὄρην exponens alio in loco Philostratus, ait ἐπρώτης τοις ἀγῶνας, in declamationibus valentiūs vehementiusque agere. Ponam eius

*Philost. de vit. Sophist.* locum, ne fraudi sit adolescentibus, quod Interpres versione illum sua deformarit. Sic verò habet de Adriano Sophista, Cùm seuerus hunc calumnijs afficeret, ut in sophisticis causis ἐκ-  
ελέγχονται debacchantem, διὰ τὸ ἐπρώτην τοὺς ἀγῶνας. vertunt, quippe cùm in certamine aciéque forensi præpolleret, malè: ἀγῶν enim in historia Sophistica ut plurimū est ὑπίδεξις siue declamatio, & ἀγωνίσθαι declamare: hinc Sophista nominati ἀγωνισταὶ λόγων declamatores, & τοις ἀγωνίσθαι prælusiones oratoria. Quod quia non fuit à plerisque animaduersum, fuitiles habent non-nunquam, & etiam falsas Græcorum autorum versiones. Plutarchus ita sumit lib. de audit. qui, inquit, ad singulas syllabas differentium acclamat, is plerumque εἰς αὐτοῖς αρέσκει τοῖς ἀγωνιζομένοις, ἀεὶ δὲ λυπῇ τοις ἀκροατήσιος. vertit Xylander, ne ipsi quidem probatur actori, si actor dici is potest, qui publicè in auditorio, cœtu erudito audiente differit & declamat: rectè, nam de huiusmodi agit Plutarchus: sed maluissem ego quidem τοῖς ἀγωνιζομένοις vertere dicentibus, differentibus, publicè orantibus, aut recitantibus aut declamantibus, qui paulò post θλεγόμενοι

*Plutarch. ap. τε ἀκου.*

*S. Basil. ep. ad Liban.* ἡ ἀκροατος dicuntur. Sic D. Basilius Libanius μάρτιον siue ὑπίδεξιν, publicè institutam ad ostentationem eloquentiæ sape vocat ἀγῶνα. Et apud Philostratum in Philagro ἀγωνίσθαι τοῦτο.

*τροπεων, controuersiam declamare. Doctus Inter-*  
*pres orationum Aristidis hoc non vidit: nam Aristid. 10. 3.*  
*ille Sophista cum ostendere vellet, se & priua-*  
*tas habuisse declamationes, & publicas 6m-*  
*diūzēs, ita loquitur: Ε μὴ τοις ιδίᾳσι ουνέρας ανο-*  
*διάζονται αγωνιζόμενοι μόνοι παρέχοντεις τούτοις, οἷα γε*  
*τρόπαια ληφθεῖσα, &c. vertunt, Quin & apud*  
*eos qui priuatim agere mecum cupiebant, non decer-*  
*tari modo, sed & ea, &c. Par lapsus in Isocrate,*  
*qui orat. contr. Sophist. ait eos qui infirmioris*  
*sunt ingenij, αγριας αγριοις ή λόγων ποιητας ή δο-*  
*πλειν, neque orare bene posse, nec orationes scribere:*  
*quod paulo post commutatis verbis dicit λο-*  
*γες λέγει & ουνέρα: vertunt autem hīc malè*  
*αγωνιας αγριοις, qui dextrè in rebus gerendis ver-*  
*sentur. Hæc ad illustrandam Sophistarum histo-*  
*riam, non aliena penitus ab hoc loco vide-*  
*bantur: sed pergo de actione dicere. Vehe-*  
*mens in dicendo contentio Sophistis aliquan-*  
*do vocem & spiritum interclusit. Sanè Phila-*  
*ger cum Aristogitonem exhiberet, in con-*  
*uentu Atheniensium Demosthenem accusan-*  
*tem, tanto impetu est elatus, ut iracundiæ vis*  
*pectus opprens, sequi in fauces opere nimio*  
*insinuans, vocem & orationem præcluserit:*  
*τροπεων, inquit Philostratus, η φθέγμα τοις της Philofr. in*  
*χλιν. Hinc Themistius suo more Sophistas vr- Philagro.*  
*gens atque insimulans, eos ait κορυφώντας γε Themist. or. 1.*  
*έστερας, fanaticos agere & veluti de statu mentis Kopuσιντας.*  
*dejci. Et Ioan. Tzetzes eosdem homines vo- Tzetzes in fine*  
*cat θεατρας πνεοες, fanaticos oratores. Consimili*  
*modo Socrates in Amoris laude, more So-*  
*phistarum dithyrambis vtens, à Platone in*  
oper.

Dionys. Halic. Phædros dicitur πολάνις τυμφόλυπτος, sæpe lym-  
phatus, ut animaduertit Halicarnasseus Diony-  
sius. Quæ causa etiam fuit, cur Nicetes Rhetor  
dictus sit habere idem iωβακχον, formam  
quandam orationis bacchantis & quodammodo fu-  
rentis. Eodem, meo iudicio, intuens Theseus  
Euripides. apud Euripidem, sic ait:

Bακχευε πολῶν γραμμάτων παῦθη καπνού.

Bacchare multarum literarum colens fumos.

Illum orandi modum sæpe affectabant Sophistæ, ut ingenij & naturæ præstantiam ostenderent, & diuinitus afflati, & tanquam θεοισταις loqui viderentur; in quo dignitatem & maiestatem quandam inesse putabant. Dionysius Lōginus ait quoldam θεοισταις ἐπιπέδῳ ἢ εἰσεὶ φοιβᾶζεν τοὺς λόγους, afflati quasi diuino grande quiddam atque magnificum spirare, & ratum more furentium incitari dicebo. Plato quoque πολιτικοῖς, non minus quam poëtas, vult οἵοις περὶ τὸ θεοισταιζεν, ὅπις ποιεῖ ὄντας ἢ καπλούδης ἐκ τῆς θεᾶς, ὅπας καπλώστης πολλὰ ἢ μεγάλα ψεύματα, esse diuinos, diuino instinctos numine & à Deo penitus occupatos, cum feliciter multa & præclara dixerint. Callistratus in Ecphras. in Bacch. Stat. & ποιησίῃ ἢ τὸ λογοτικὸν μένον πιστότα τέχνα τῷ ταῖς γλώσσαις ἐκ θεῶν θεαμοδὸς πονήτες. Non poetarum tantum & Rhetorum sermonisque opificum artes in linguas spirant, cum diuinus à Diis afflatus incidit. Hinc Sophistis acclamari solitum in declamationibus, οἵοις, diuinè illos dicere. Excellentem illam in agendo vim & afflatum, Sophistæ Proæresio tribuit Eunap. de vit. Sophi. Eunapius. Proæresius, inquit, ad alteram orationis partem transit, θεοιστῶν ἢ τηδεῶν, & ve-

hut concepto intus numine incitatur. Philostratus ait quoque Ἀλchinem θεοφόρητῳ ὄρμῃ, diuini numinis afflatu, pronunciare solitum, ὥσπερ οἱ τοῖς χειρούσι αἴσαντες, perinde ac qui cælesti spiritu incitati fundunt oracula. Nec ferenda videatur eorum hominum vanissima, & superba iactatio, qui hunc sensum divinitatis sibi attribuebant. Interrogatus à Telesino Consule Romæ Apollonius, quænam eius foret sapientia: *In vit. Apoll.* Θάσους, inquit, à diuino afflatu proueniens. Sic Θεοφόρος Iamblichī Θάσους memorat Eunapius. Quare Soph. non secus ac poëtæ, sibi completi Musarum numine pectus aiebant, & visis mirabilibus excitari. Quo in genere leviculus sanè The. *Themist. or. 1.* mistius, qui cum Platonem inuocasset, ut Philosophorum Deum, & cum Louis comitem auditurum vota dixisset, subdit: *I*mò iam audiuit potius, idēū τὸν αἰδίνοντα, ὃ μακάριοι, τὸ σῦνθος Κορυνθαλίων, &c. ecce enim, viri optimi, pectus mihi impleri sentio, ac mihi repente vndiquaque in animam confluent pulcherrimæ rationes, &c. Et in alia quadam oratione; Quanquam dum ego *Idem or. 14.* ea aggredi atque attingere volo quæ in Imperatore reperiuntur, mirum quiddam in me atque inusitatum experior, Σέρβοι γέται τὸν μοι τὸ σῆνος, &c. Etenim pectus mihi, & cor aperitur, & pellucidior animus, &c. De hac re magnificè quadam in oratione gloriatus est Aristides, cum *Aristid. or. de Paraphtheg.* diceret Ιψὸς γε Σεΐν τὴν τὸν Διὸν, Louis Ignis in Soph. & diuinum ignem occupare dicentis animum ab eoque magnificè agitari: Nam postquam, inquit, diuinus ignis accessit, & per currum, quod dicitur (quales à poëtis tribuantur Muisis currus) coruscat.

uit, & oratoris animum instar potionis alicuius ex Apollinis fontibus delatae possedit mox & calore illum & contentione cum animi serenitate implet, &c. Irridentur huiusmodi Enthusiastæ à Longino: ποναις ἀρθροῖς ἐπιτηδεῖς δοκοῦνται & βαρχεύονται, δημοτικοῖς, cùm vulgo sibi videantur eeu dio afflati nūmine, non bacchanur, sed nugantur pueriliter. Sed hactenus de actione; nunc pronunciationem videamus.

---

*De pronunciatione Sophistarum & vocis in declamando flexione. Tria maximè in eo genere notata. Quid Rhythmus linguae. Ψεμμός. Balbuties. Plasma. Λαρυγγίζει de Sophistis usurpatum. Λαρυγγίαι, λαρυγγίσματα. Eorundem Tragacantha, ληκύθοι, περιγραφές. Cantus in dicendo & tinnula declamatio. Id olim Asiaticorum proprium. Tatianus, Plutarchus, alij emaculati, illustrati.*

## C A P. XVIII.



M N I N O dulcem quendam, & delicatum pronunciandi modum, Sophistæ in publica declamatione sectabantur, quod ea res iuuaret pluriū, ad eam quam intuebantur audientium voluptatem, animosque titillandos. Videbant quosdam mirabiliter ea ratione placuisse, & bonam

audientium gratiam, & nonnunquam etiam famam & honores consecutos. Pollux quidem *Philostr. de vit. Sophista Naucratites*, cùm audiente Cōmodo *Soph.* Imperatore declamationem instituisset, cùm multi purpurei Dynastæ adessent, & lectissima hominum corona, omnes μῆλος τῇ φωνῇ θελξε, mellitæ vocis incredibili quadam sua- Vox mellita uitudine, & exquisita pronunciatione delini- *Soph.* uit. Itaque illi Commodus regia munera do- nauit, & docendæ eloquentiæ prærogatiuam Athenis concessit. Hinc Rethores quidam no- minati αἰδόνει, λυστρινα, & quod de Æliano di- citur, μητροῖσαι & μητρῶαι, & Nestores, & talia plurima, quæ suauiloquentes oratores com- mendent. Omnes igitur eò collineabant, ut quam suauissimè & dulcissimè dicerent, & de singulis dici potest quod de Recitatoribus La- tini poëta:

— vocem

*Pers. Sat. I.**Eliquat, & tenero supplnat verba palato.*

Diximus hac de re multa in nostris Vacationi- bus Autumnal. & disertè pronunciationem Sophistarum illustrauimus: quo fit ut hīc bre- uior sim futurus.

Sic autem animaduerto, ab autoribus va- riè tonum Sophisticum & pronunciationi mo- dum exprimi: & præcertum tria quædam fuisse, quæ diligentissimè & studiosissimè con- fessarentur, linguae πυθμὸν, ἥχῳ τῇ φθέγματε, seu Linguae vocalitatem suauem & sonoram, & ωδὴν, hoc est πυθμός- cantum. Est enim in pronunciando, certa quæ- dam linguae moderatio, quam Philostratus πυθμὸν τῆς γλώσσης appellat, eāmque eximiam fuisse monet in Phauorino; qua singulari ob-

R ij

lectatione animos audientium tenebat. San-  
ctissimus Ambrosius de pronunciatione dispu-  
tans, *rhythnum affectare scenicum* dixit, cui vocem  
plenam *πεπενταγένειον* virilis opponit. Quo ferè sensu de-

*Aristoph.* in Sophistis loquens Aristophanes, eos ait ἐγκληματίαν. Lemnius Rhetor vocat κυνόν τὸν γλωττικόν,  
equit. Tatianus vir eximie doctus τὸν Αἰθωάρον φλαιλομούσ,

*Χειρίσμος.* & obijcit orantibus Sophistis, quod is  
modus pronunciandi multum à communi ra-  
tione differret. Verba illius hinc ponam, quod  
non satis commodè ab Interpretate mihi reddi-  
ta videantur:

*Tatian. ad-*  
*uers. Gent.* π' ἡδρὶ αἴθρωπον τὸν γειαμάτων Καρπίδες  
τὸν πόλεμον; π' ἢ ὡς ἐν πομπῇ συμβούσῃ ταῖς ἐκφωνήσεσ  
αὐτῷ διὰ τὸν Αἰθωάρον φλαιλομῶν, δίον σε λόγειν φο-  
νικοτέρους; quæ vertenda sic puto: *Cur, mi homo,*  
*in literas bellum instruis?* cur velut in lucta & con-  
tentione, earum sonum collidis, Atticæ pronunciationis  
affectatione, cùm potius naturali te modo loqui  
oporteat? Eos φνιδιοὺς dixerat quoque Latini

*Balbuties de-*  
*licata.* balbutiem linguæ, quæ videlicet ad faciendas  
sit delicias comparata. Elegantissimè D. Hie-  
*S. Hieron. ep.* ronymus, Non delumbem matronarum saliuam de-  
22. licata sectoris, quæ nunc strictis dentibus, nunc latijs  
dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba  
moderantur. Hinc apud Horatium, balbutire  
Scaurum, hoc est delicato quodam sono vocis  
appellare. Simile est quod seuero carmine  
pungit Persius, tenero palato supplantare verba;  
quod fœmineum oris sonum delicatulūmque  
redolet & in graui hominum cœtu explodi-

*Gregor. Naz.* tur. Etuditissimus Nazianzenus Gregorius βλα-  
*carm. de uit.* νευματε nominat & λυγιματε, delicias, & vocum  
*Δυσιματε.* flexiones, quas vit ille magnus cùm Athenis

publicè eloquentiam doceret, se minimè more Sophistarum, quos σοφοὺς appellat, secutum ait:

*Nulla, inquit, cura me tenebat plausum,*

*Οὐδὲ βλακευμάτων τε λεπτομάτων,*

*Οἷς οἱ σοφοὶ χάριστοι εἰ πλέον νέων.*

*Nec flexionis delicate vocula,*

*Quali sophista gaudet in iuuenum grege.*

Alij doctissimi è Græcia viri, πλάσμα τῆς φωνῆς

appellant; quod primis temporibus in Demosthene fuisse Plutarchus notat; illi enim

Plasma in  
pronuncian-  
do.

ἀγγεῖον τὸ πλάσμα καὶ μαλακὸν tribuit: hinc doctor

elegantiæ Fabius, plasmata effæminata vocem ab

Fab. l.1.c.8.

honesto auditorio ejicit atque repudiat. So-

phista è Thessalia Philiscus, eo genere pronun-

ciationis, omnem propè nominis famam &

existimationem effudit, qui audiēte Antonino

Imperatore, cùm ad dicēdum fuisset ingressus,

τὸ φωνὴν μεξόθητις, καὶ τὸ γλῶτταν ὑπίστος apparuit,

effæminata muliebriter voce & lingua supinus. Hic

obiter monere lubet, τὸ πλάσμα interdum male

accipi à doctis viris. Nam Plutarch. l. ἀρ. ἀκου.

multa esse dicit in orante quæ percellere au-

Philofstr. in

dientem possunt, qualia sunt, inquit, canities

Philisc.

dicentis, πλάσματα, καὶ ὄφρις, καὶ ἀστελοζία, &c. vbi

πλάσμαta vertunt gestus. Sed omnino vocis mo-

dum autor intelligit, quo modo Pericli tribuit

in eius vita πλάσμα φωνῆς αἰδούρεον, sedatam vo-

cis modulationem.

Secundum quod notari in pronunciatione

Sophistarum aiebam, fuit ἡ χώρα τῆς φθέγματος, plena Ηχώ in pro-

nunt.

quædam & eximia vocalitas: studio enim magno

ducebantur, ut omnia voce quam possent &

maxima & suauissima dicerent. Id Græci vocant

Αδρυγίζειν. οὐδεὶς οὐδὲ Sophistas elegantissimus Gre-  
Gregor. Naz. gerius Nazianzenus dixit καμψά λαρυγίζειν, scita  
or. 3. ετενίστη sonoro gutture funditare. Et carmine de  
Idem in carm. vita sua, eorumdem artem vocat inanem elo-  
de vit. sua. & quentiam:  
or. 20.

Tlū ἐφόροις τε ἡ λαρυγῖξι κειρόβιλι,  
In gutture sitam et dulibus vocum sonis.

Et aliás de Sophistarum auditoribus loquens,  
αφεξιφότες, inquit, τις τείχωντες ἡ λαρυγίζειν αφ-  
μελεποτάπες, qui Sophistica pallia priùs sumpe-

Demosth. ὥρ. runt, et liquido-gutturē declamarunt. Demosthe-  
nēs

επον. inuidiam concilians æmulo, qui quòd esset  
λαρυγότες, Sophistarum more, voce plena &  
maximè resonāti gestiebat, sic describit, επίεις

Gregor. presb. τινὸς φωνῶν ἡ γυνής ἡ λαρυγίζειν. Hinc Gregorius  
in vit. Naz. Presbyter in Theologi vita, Sophistarum tumi-  
das & phaleratas orationes, πενθρά λαρυγίζουσα  
vocavit. Eodem ait Aristophanes λαρυγνάτη,  
ouantes gutture coruos imitari; quod dictū poëtae

Tatian. or. ad- Assyrius quoque Tatianus, dum Græcorum fu-  
merj. Grec. tilem sapientiam exagitat, in oratione sua po-  
suit. Ad hanc autem parandam suavitatem cla-

ritatēmque vocis, dulciter in conuentu reso-  
nantis, Tragacantham edebant, & paratum ha-  
bebant seruulum cum ληκάῳ, ut subinde os  
plasmate, seu dulci potionē colluentes, liqui-  
diūs pronunciarent; quod monumentis suis  
Synes. in Dion. prodit Synesius. De recitatoribus Latinis poë-  
ta simile quiddam cecinīt,

— liquido cū plasmate guttur Colluerit.

Atque ut vetusti Romæ oratores, doctos ha-  
buere homines, qui προειώ seu fistula eburnea,  
eum à tergo sonum infarēt, quem res & causa

postulauisset; ita Sophistæ monitores in di-  
cendo quosdam habebant, qui προσωγωγῆς οὐ-  
minabantur, de quibus sic Aristides meminit: Soph.  
διῆς τὸν ἀνθεμόνα με πούτων ἔνα τὸν σοφιστὴν ή), οὓς Aristid. to. 3.  
οἱ προσωγωγῆς ρυθμοὶ καλῶς πιστεῖτε. sed νῦν de  
Sophistis ἑστι, credo, me πέπειται εἶναι, quos conciliatores  
admonent, et recte quidem: memini enim, &c.

Tertium in pronunciatione eorum Rheto- Ωδὴ in pro-  
rum notabile fuit ωδὴ, cantus, et molliores quæ- nunc  
dam flexiones, quibus sele in aures animosque  
insinuabant. Quod Themistius grauis censor Themist. or. 3.  
in eorum dictionibus insimulat. Hi dicendi fa-  
cilitatem exercent, οἵ τοις δοσοῖς γραμματοῖς γλυκεῖσι τὸ  
μαλακὸν κατέχοντες ὑπὸ δρυσίν, canunt alij atque ae-  
cinunt, suauique vos ac molli concentione perfundunt.  
De iisdem Plutarchus in hunc modum, τὰ Plutar. de au-  
φωνὴς ἐμμελιάς τοι, τὸ μαλακόν, τὸ πλατάσσον ἰση- dit.  
δυνόντες ὄπειραν κακούσιοι, &c. vocem accuratis quibus-  
dam sonis ac mollitie et cantillationibus edulcanter,  
bacchicum in animis auditorum quiddam concitant,  
eosque transuersos abripiunt, pro vana quam adferunt  
voluptate, vaniorem etiam gloriolam reportantes. Et  
alio loco vocat σοφιστας ἴδειας φωνας κατάδεστα, dulci  
voce in dicendo cantillantes. Epictetus quoque so-  
litos ait Rhetores φωνὴν εἰσφέρειν ἴδειαν. Iam inde à Arrian. l. 2.  
scholis eam consuetudinem hauriebant, quod  
reprehendit Quintilianus, qui nullum putidius  
in oratore vitium, quam illam scenicam modula- Fab. l. II. c. 3.  
tionem putat, sic enim habet: sed quodcumque ex  
his vitium magis tulerim, quam quo nunc maximè  
laboratur in causis omnibus scholisque, cantandi; quod  
inutilius sit an fædios nescio. Quid enim minus oratori  
conuenit, quam modulatio scenica? Seneca inclina- Senec. suas. a.

Vocis inclinations vocis appellat : Has, inquit, explicationes tiones, flexio- Fusci, alias alia inclinatione vocis, vel ut sua quis- nes.

que modulatione cantabat. Cicero dixit vocis

flexiones, quas principes eloquentiae apud Græ- cos, mutuò sibi obiecisse memorat : Philostra-

tus καὶ μακροποντῶν, flexus cantuum, Nazianzenus Gregorius λυγίουντα. Hinc tinnulos videtur ap-

Fabius l. 2. c. 3. pellare oratores Fabius l. 2. de quibus doctissi-

D. Hieron. pre- mus Hieronymus, Rhythmus ipse, inquit, dulcis fat. in Iob.

et tinnulus. Venustissime Petrus Damiani de eo

Petr. Damian. loquens, qui spreto mundo, sese in portum religiosæ vitæ contulit : Non iam calleat urbana

opusc. 13. vel captiosa verba proferre, non rhetoricos colores in

ufsus tinnulae declamationis assumere. Fuere tamen

inter Sophistas quidam moderati, & in do- cendo seueriores, qui à discipulis cantum ad-

Cantus repre- hensus in di- cente. hiberi noluerunt. Ilæus quidem Sophista, cum

in schola haberet sua Dionysium quendam Milesium, venustulum adolescentem, qui de-

Philost. in Iseo. clamando cantillaret, μιεχνον, ιφηνον, εια

δε οε αδειην επαιδευον. Heus tu, inquit, tonice ado-

lescens, ego te canere minimè docui. Et fortè in eo

potissimum adolescentem, eam curam Ilæus ad- hibuit, quod esset ab Ionia siue Asia, ne genio

quodam patriæ ad eas delicias abtripi se ni- miùm pateretur. Nam canere in pronuncian- do Asiaticorum esse proprium, M. Tullius,

Fabius, & alij facundiæ magistri notarunt. Sed de tota hac re, ut superius monui, alio in opere

copiosissimè à nobis est disputatum.

Alia publice Declamationis adiuncta, & quid perfecta Declamatione fieret, exposatum. Superba illorum ostentatio in verbis, in gestu. ~~rebus~~ <sup>rebus</sup> Quidam. In ungues erigi. Philomusus Demosthenis. Post Declamationem osculis, laude, gratulatione excepti, speciosa pompa honorifice domum reducti.

## C A P. XIX.

**P**ROPRIA fuisse dicitur nota Sophistarum *διαλογία*, superbia, tumidum fastidium, insolentia, de qua sepositus est nobis locus in Characteribus: nunc quomodo in publica illam declamatione proderent, est videndum; tum quæ in fine declamationis aliquando fierent, dicemus. Multis igitur modis in dicendo, tum gestu, tum etiam verbis, elationem animi significarunt. Nam ut omittam, quod scire se omnia dicerent, quod despicerent alios eloquentiæ professores, & præse nihil putarent; audebant etiam in conuentu erudito pronunciare, si quid eximum vellent proponere, multos audientium futuros, qui rem non possent capere: quasi divina ipsi oracula funderent, aut alij omnes bardi & plumbei, soli ipsi forent sapientes. Id graphicè Epictetus apud Arrian. l.; num expressit, cuius verba hic lubet apponere: *Soph. arro-*  
*Est revera sophistica artis & elegantiae Rhetorum, gantia.*

delectum habere verborum, deinde componere, postea venientem pronunciare aut recitare suauiter. Quin etiam inter recitandum, subinde in hanc prorumpere vocem, ἐν τούτοις τῷ πολὺ διώραται οὐδενόλαθι. Assequi ista multos non posse.

Sed in gestu arrogantiam illam sæpius, in flatique animi tumorem indicant: nam celso & erecto capite, sese vndique circunspiciebant magnificè & gloriosè, ut totius elegantiæ promos condos, solosque beatos, & tantum non Suadæ veluti simulachrum, intuendum omnibus, atque venerandum obijcere velle videbantur. Itaque doctissimus Gregorius Nazianzenus μετωπού & elatos Sophistas pingens, has eorum notas ponit, σοβαροφθέγγεσι, μηδ Sophistæ pa- βλέπειν, βαδίζειν υψηλὸν καὶ μετωπον. Et Synesius eandem ob causam cum pauo illos comparat superbissimo animante, qui oculos injiciens in pictæ spectacula caudæ, & plumarum varietatem insigni specie collucentem, effterri solet.

*Synes. in Dion.* Sic ait Sophistas οὐδιάζειν καὶ ωραῖεσσι, καὶ ταῦτα ταῦτα σεριαλροῦτα εἰσοῖν, supinare, sequi paonis inflata superbe oculos circumferentis venditare. Themistius quoque Sophistam ait υψηλὸν ἔχειν εἰς τὸ φροντισμὸν εὔπιπλαδρον, sublimem sese attollere fastidij arrogantiaeque plenissimum. Quippe in vngues sele etiam in dicendo arrigebant, ut augustiores viderentur, & os suum bono in lumine collocarent. Quo in genere fuit notata à clarissimis scriptoribus, gloria & inanis Demosthenis φιλοθυμία, qui cùm plausu & laudatione afficeretur, in media concione ἐπαρομόρος λογοθέας πελᾶς sele attollebat, animo gestiens & exultans,

In vngues  
erigi.

*Aelian. Var.*  
l.9.

vt ab omnibus conspiceretur. Hinc superbi & gloriosi ostentatores dicuntur Græcis ἐπ' ἀκρω<sup>ν</sup>  
ιούχοις βασιλεύειν, summis vnguis incedere. Quod  
venustissimè D. Hieronymus in quibusdam *D. Hieron. l. 2.*  
adolescentibus irridet: *Formosuli nostri & torosuli in locis.*  
vix summis pedibus adumbrantes vestigia. Et qui-  
dem vulgo illatos fuisse adeo que stolidos at-  
que vanos existimat, Τις ἐπιρρόησις η ὑψωθείσης *Plut. de suō*  
*χρονών τας*, qui in ambulando sese erigunt ceruicemque laud.  
sublimem attollunt, ait Plutarchus. Finita etiam  
declamatione, eam ipsam laudis appetitionem  
vanitatēmque indicabant: nam à throno pul-  
pitōque descendentes exquirebant à singulis,  
quales in dicendo fuissent, vt suas iterum lau-  
des & prædicationem exciperent. Quod nul-  
lus meo iudicio melius, quam Arrianus expli-  
cuit, qui morem illum tanquam in tabella gra-  
uissimis suis monumentis repræsentauit; sic  
verò habet: *Proximè autem collaudatus obambula- Arriān. de*  
*bas et rogabas singulos, Quinam tibi sum vius?* *Epicl. l. 3. c. 23.*  
Respondet auditor, Θευματὸς κύριε, τις εὔλογος  
οντεῖναι, Admirandus Domine, ita saluus sim. Tum  
Sophista, At de illo quemadmodum differui? ve  
descripsi Pana & Nymphas? Υπέρφυῶς, supra modum  
præclare.

Cæterū si placuisset declamatio, laude & Oculis exce-  
gratulatione à suggesto excipiebantur, & verò pri à gratu-  
etiam oculis poetarum more, de quibus illud lantibus.  
est Marcialis,

— at circum pulpita nostra

Et steriles cathedras basia sola crepant.

Id sanè datū fuisse videmus Sophistæ Proære- *Eunap. in*  
sio, summo in dicendo viro, de quo sic Euna- *Proæres.*

pius: Post diuinam illam orationem cuncti qui aderant circumlambendo sophistæ pectus velut simulacrum aliquius Dei, alij pedes, alij manus deosculabantur supplices: nonnulli Deum, quidam Mercurij eloquentie praefidis typum nominabant. Commune hoc fuit omnibus qui eximiè dixissent, ut laudibus in cœlum eueherentur, & ab amicis, & propè dicam ab omnibus gratulationes fierent. Quod Iso-

Laudes & gra-  
tulationes.

Isoer.inPanath.

Apud Arrian.  
l.3.

Domum re-  
ducti.  
Liban. in Pro-  
gymn.

Agell.l.15.c.1.

Eunap. de vit.  
Soph.

crates in Panathenaico suo perspicuè significat, vbi quædam fieri ait, *πᾶντος θεοῦ τιμὴν διεργάτην*, omnibus eleganter orantibus. Exclamarunt, inquit, quasi excellenter perorasset, factaque circa eum corona εὐτίχεια, εὐλογία, εὐαγέλιο, laudabant, mirabantur, beatum prædicabant. Notat etiam eandem consuetudinem Epictetus his verbis; *Deinde confidens ego in throno, commemoro sententiolas, & arguta epiphonemata pronuncio, ἵνα υἱοῖς ἐπιγένεταις με ἀκούσῃ, ut videlicet digressos me collaudetis.*

Nonnunquam verò post declamationem, ijdem Rethores speciosissima pompa & latabili domum reducebantur. Sanè Libanius auctor est consueuisse *θραυσμῶν* *ἀπὸ τῆς βανανῆς στέπας*, honestissimo comitatu reduci post actiones glorioas. Geminus id exemplo illustrare lubet.

De Antonio Julianu sic Agellius: *Declamauerat Antonius Julianus Rhetor preterquam semper aliás, tum verò nimium quam delectabiliter & feliciter, &c. Nos ergo familiares eius circūfusi vndeque cum prosequebamur domū, &c.* De Sophista Proxenio Eunapius, *Proconsul* verò cum omni satellitio sine copia suis comitatum è theatro honorifice deduxit. Plutarchus auditos fuisse Tragœdorum more So-

phistas in Declamationibus ait, placuisse enim dum in scena & theatro essent, postea in vulgo habitos, ~~macrūnes~~, inquit, ~~am̄ nō Spōn,~~ &c. Sophistæ Plutar. de audit.  
 ubi de suggesto descenderunt, librosque deposuerunt  
 & institutiones suas, in serijs vitæ rationibus expli-  
 cands ieiuni sunt, & vulgo nihil meliores. Et ta-  
 men eximiarum Declamationum fama, tan-  
 quam è theatro resonanti, in longè positas re-  
 giones ferebatur: quod vel Libanius docere  
 potest, qui cùm politam θήλην habuisset bellè  
 & ingeniosè perfectam, tanta fuit illius decla-  
 mationis celebritas, ut communi hominum  
 sermone Antiochiâ usque in Cappadociam  
 clarissima illius fama ad Magni Basilij aures  
 peruererit, ut è literis sancti illius Doctoris  
 constat, quibus Libanio gratulatur.

*De plausu declamantibus Sophistis dato: ubi  
 de tota plaudendi & acclamandi apud ve-  
 teres ratione, enucleatè fuséque differitar.*

## C A P. XX.

**S**OPHISTICVM est plausum  
 & laudationes audiissimè con-  
 sectari, in eoque positum esse  
 auditorum iudicium, & suæ  
 fructum existimationis puta-  
 bant. Huius rei multi autores ex omni anti-  
 quitate meminere Græci Latinique; visumque  
 proinde est pretium operæ futurum, si morem  
 omnem pleniùs illustremus. Quod ut fieri

possit commodiūs, & ad intelligentiam aptiūs,  
in certa capita, seu ut vulgò dicunt, puncta res  
tribuetur.

I. *Quid sit plausus, & quibus nominibus  
dicatur. Κρότος & θόρυβος quomodo differant.  
Κρότος in statua Sardanapali quis. Aduersa  
acclamatio.*

**P**LAVSVM & acclamationem quibus in laude vtebantur, multis nominibus appellare scriptores solent. Themistius orationis I. initio vocat ἐνέργειαν τὸ κρότον, clamores ac plausus, ὥρ, inquit, σανά ἀπολαύσοι παρ' ἡμῖν οἱ δαμόνοι Κοιται, cuiusmodi à vobis multa identidem in beatos Sophistas conferri solent. Simili ratione dixit orat. 4. κρότον γε ἐνέργειαν. Plutarchus lib. de audien. κραυγὰν γε θορύβοις, & innēta voce κροτοθορύβοι. Plato l. 6. de rep. φόρον τὸ εἴπαγον. Philostratus in lib. de vit. Sophist. κρότον τὸ ιχθύον aliās βόμβοι, & lib. 8 de vit. Apoll. δρέπανα εἴπαγον. D. Chrysolomus hom. 17. in Matth. κρότον γε ιχθύος. Et in Psal. 46. κρότον γε παπάγοις. Heliodorus lib. 10. Αἴθιοπ θύριμοις βοῶται. Dio Prusaeus or. 31. & aliās, πατηπούσις. Plutarch. lib. non poss. viii. suavit. sec. Epic. ὄλολυμοις τὸ κροτοθορύβοις. Et lib. 7. Sympos. qq. διδγαχμάτες. Et lib. de aud. σημεῖα τὸ εἴπαγον. Euripides in Hecub. θηυτέρως πραΐ. Cicero in epist. θητηκασίας. Hinc apud Hermogenem θητηκασίας γεδαι γε θορύβοιν, clamore & strepitu laudare. Dio in Pertinace dixit θρύθμος ἐκβοῶν, modulatè acclamare. Plutarch. lib. de aud. περεπίζειν, dicentibus cantillare: idem in Gracch. ἀεράδη βοῶ φί-

alio loco διαλαζεν. Themistius orat. 5.  
συνεπιχειν. Dio Chrysoſt. orat. 3. Υμῖν τὰ &  
κροταλίου. Himerius Sophista apud Photium,  
Θρήνω βοῦ περιχειν. S. Gregorius Naz. ἐπιρροθεῖν,  
carm. de vit. sua. Latini huiusmodi laudem  
nominant *clamores*, ut cùm ait M. Tullius i. de  
orat. *Hæc sunt quæ clamores & admirationes in  
bonis oratoribus efficiunt.* Fabius l. 10. c. 1. *fauorem  
& laudantium clamorem.* Ennodius *reboantes ac-  
clamationes.* Senec. ep. 59. *acclamationis secundæ  
fauorem.* Apud Macrobius lib. 7. *Saturn.* est,  
recitando *fauorabiliter excipi.* Vulgo *plausum* di-  
cunt: hinc *plausibilis oratio* apud eundem Sene-  
cam, numerosa videlicet & concinna, & mul-  
tis luminibus distincta, quæ laudem mereri  
possit. *Quo modo plausibilem structuram orationis*  
*dixit Maximus Victorius Grammaticus.* *Clau-  
sula*, inquit, *est compositio verborum plausibilis stru-  
eturæ exitu terminata.* Peritè hoc omnino dixit,  
nam in exitu clausularum maximè dari plau-  
sum consueuisse post videbimus.

Cæterum omnis et laudandi ratio ad *gestum* Κρέος & Σε-  
& *vocem* refertur, pro quibus vulgo κρέον & πυλού quid.  
Σορύβων Græci usurpant. D. Chryſoſt. ad pop. S. Chryſoſt.  
Ant. πάντοις κρότων ὄφελος Τεύτων, τι δὲ τοῦ ἐπιγίνων εἰ hom. 2. ad pop.  
τοῦ Σορύβων; quæ mihi horum *plausum* utilitas? quæ Antioch.  
*laudum & acclamationum?* Sic Demosthenes; & Demosth. in  
Σορύβων εἰ κρότων Τεύτων ὡς δὲ ἐπιγνοῦσταις τοις οὐκ οὐδέ τε  
ἐπινοεται. *Clamorem atque plausum, qualis laudan-  
tium & gratulansum esse solet, excitasti.* Sæpe ta-  
men ista confunduntur, & Σορύβων quidem sa-  
pe ad utrumque refertur; κρέος item quamvis  
propriè de manuum *plausu* dicatur, tamen

nonnunquam pro ipsa quoque acclamatione sumi solet. Doctissimus Chrysostom. in Psal. 95.  
σῆμα τοῦτο δὲ δεῖν ὅπλικός εὐ πολέμῳ κρότος, iubilum est  
victorialis in bello applausus: ubi κρότον referri ad  
vocem ita significat: οὗτος γάρ μὲν νίκης εὐ πολέμῳ σρα-  
πῶνται βωῖσιν, σῆμα τοῦτο δὲ εἰπεῖνος, Εἴ σημαντεῖν νίκης.

**Quomodo fieret plausus.** Quo autem modo κρότος fieret, quāve ma-  
nuum conformatioне, iunior Philostratus in  
Icone τῆς Κώμου describit his verbis; ή δέξια τῆς  
δακτύλωις ψευσταλμόροις ψευσταλμόρωι τὸν αριστερὸν πλήνει  
εἰς τὸ κοῖλον, ήν δοσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι πληπόλεμαται, &c.  
*Dextera contractis digitis subiectam sinistram ad cauum ferit, ut percussae manus cymbalorum more so-*

**S. Greg. Naz. or. 4.** nantes fiant. S. Gregorius Naz. χρῶν φρεγέντιον δύνχει,  
canoram manuum actionem. Aristophanes in Ra-

**Heliodor. Äthiop. l. 7. & l. 10.** nis τῷ χεῖρι συλλέγειν. Heliodorus Äthiop. τῷ χεῖρι  
διατείλει, & aliās κρότον τῷ χρῶν διπλωτοῦ. D.  
Chrysostomus in Psal. 46. κροταλίζειν Εἴ ταῦς χρῶι  
πατάσσειν. Hunc gestum expressum fuisse volunt

**Statua Sardanap. nap.** in ea statua quæ in tumulo Sardanapali vise-  
batur: erat enim in subiecto Epigrammate, Τα  
hospes ede, bibe, lude, cum cætera omnia non sint  
τονοῦ αἵξια. Per τοῦ intelligit φόρον ὅντας αἱ χεῖρες  
διπλῶν κρότω ποιεῖσι, inquit Arrianus in historia

**Arrian. l. 2. de exped. Alex.** Alexandri. Et quidem de manuum plausu  
intelligit Pierius Valerianus. Ego tamen non  
duarum manuum plausum, sed unius tantum  
sonum puto intelligi, qui existit ex pollicis  
cum medio digito compressione: quem gestum  
& strepitum digitorum etiamnum in Galliis  
adhibemus, cum vilissimæ rei contemptum  
lubet exprimere. Sanè rem eandem memorans  
de Sardanapalo Athenæus, vocat φόρον δακτύλων  
strepitum digitorum.

Sed monere propè hoc exciderat, dōpūcōr dici  
etiam de aduersa acclamatione, qua Oratorū  
dicta improbantur. Julianus Imperator in Pa-  
negyr. *sēpē numero è suggesto descendebant [orato-*  
*res Græci] tē dñiugū dōpūcōrārūs w̄zgoi & τε quortes,*  
*populo infesto & reclamante pallidi, &c. Plutarchus*  
*in Cæsar. vocat dōpūcōrārūs πνηρούς. Idem in Gracch.*  
*dixit dōpūcōrārūs λέγων · & alio loco de Catilina,*  
*ἀπέχεσθος λέγει ετόπυcōrārūs, dicere incipienti obstrepue-*  
*runt. Eodem sensu dixit Libanius ep. ad S. Ba-* Ep. 152.  
*sil. Bonitas & κεκεχθώαι, dicenti reclamare. Et S.*  
*Greg. Naz. καταβοᾶσαι & θάλψεις, clamoribus exagi-* Or. 4.p.132.  
*tari. Interdum autem non inimico quidem*  
*animo, sed honestatis amore potius, cùm res*  
*odiosæ dicerentur, eas voce & acclamatione*  
*se auersari & refugere testabantur. S. Chryso-* S. Chrysost.  
*stomus cùm Ethnicorum impios mores opi-* hom. 5. in Ep.  
*nionēque describeret, dixit inter alia, consue-* ad Tit.  
*uisse apud illos nudas virgines in virorum*  
*conspectu luctari: hīc meritò exclamauit ho-*  
*nesta concio & pudoris amans: itaque vir exi-*  
*mius laudans populi iudicium, hæc addidit:*  
*πομὰ ὑπὸ φόρον αὐταῖς, ὅπις γέτε τὸ πῆμα ἀκροῦστη φέρεται.*  
*Multa vobis euenient bona, qui ne quidem nomen*  
*ipsum audire sustinetis. Sic M. Tullius cùm infor-* Cic. Philip. 6.  
*lentem Antonij impudentiam grauissimè am-*  
*plificaret, qui in statua se populi R. patronum*  
*incrisperat, concio rem esse indignam strepitu*  
*& acclamatione significauit. Hæc Ciceronis*  
*sunt verba: Quinque & triginta tribus parono po-*  
*puli Ro. Igitur est patronus L. Antonius: malam qui-*  
*dem illi pejtem. Clamori enim vestro assentior.*

*Iulian. or. 1.*  
*panegyr.*

*Aduersa ac-*  
*clamatio.*

*Plutar. in*

*Cicer.*

*Ep. 152.*

*Or. 4.p.132.*

*S. Chrysost.*

*hom. 5. in Ep.*

*ad Tit.*

*Cic. Philip. 6.*

**II.** *Præter manuum plausum & clamorem,*  
*alia quedam ab auditoribus fieri ad laudem*  
*solita. Erumpere, subsultare, circumagi*  
*furenter, vestes mouere, &c.*

*Lucius. 1. 10. 10. 10.* **A** Lii quidam modi fuerunt ἀπομνησίαι, præ-  
*dicatio.* ter manuum plausum & clamorem: Lu-  
cianus ponit ἀνατίναξις, εἰ συβελλο εξυγέρε, πιδάκη,  
*ie. or. pro Sext.* exilire, tripudiare, χιξεὶς οἴεχε, manuum intentus  
*Themist. or. 4.* vocat Cicero in Sextiana. Commune maximè  
*et i. 4.* fuit ἀναπνοή. Themistius or. 4. ait auditores  
suos ἀναπνοήτας βοῶν, exiliendo clamores excitare.  
Et orat. 14. dicit ἔπειδεν. Plutarch. I. de audit.  
*D. Hieron.* περιποχεῖσθαι τοῖς λόγοις, tripudiare audiendo. Fabius  
*ep. 75.* Quintilian. exultare. I. 2. c. 2. Minimè verò permit-  
tenda pueris, ut sit apud plerosque, assurgendi, exul-  
tandique in laudando licentia. Doctissimus & ele-  
gantissimus D. Hieronymus subsultare & ap-  
plodere pedibus: sic enim epist. 75. Me dicente ex  
latere subsultabas & plaudebas manu, & applodebas  
pede. S. Chrysostomus ἀπαλούσθως πιδας vocat,  
*Fabius l. 2. c. 2.* pedes supplerentes. Nonnunquam etiam excur-  
rebant theatali quadam insolentia, quam pro  
eo ac debuit grauissimè reprehendit Quintili-  
anus: Nunc proni, inquit, & succineti ad omnem  
clausulam non exurgunt modo, verum etiam excur-  
runt & cum indecora exultatione conclamat. Plu-  
tarachus appellat θόνον μὲν χαρᾶς ἀπειροκάλε περι-  
πτυγον, eruptionem cum inepto gaudio ad laudandum.  
Qui hanc adhiberent, & similia quæ generatim  
vocat ille φορπηὰ χρήματα, importunos gestus, eos  
ait αχειροεῖν καὶ σολοκεῖν τοι τὴν ἀκροασιν, turpiter &

indecore se gerere in auditio*n*e. Lucianus dixit *Lucian. de  
ταινιού αὐτεπεστίος*, indecoras maxime laudes. Au- saltat.  
reus Chrysostomus προτότητα ακάρα πνὶ & αλογίσω *S. Chrysost. in  
δρῦν*, plaudere importuno quodam & temerario im- *Psi. ill.*  
petu. Et uberiū de hoc more agens homil. i. de *Idem de verb.  
verbis Isaiae*, φωνὰς απάκλιτος αφιᾶσι & οἵ μαχνούμφων *Isa. homil. 1.*  
γένεται απεινοὶ διάκενται, ὅλω τῷ σώματι δονάθεοι & θεο-  
φρούμφοι, incompositas voces emittunt, nihilque me-  
lius se gerunt his, quos habet insania, toto corpore  
tumultuantes ac circumacti: & paulò post, απάκλιτος μὲν  
ταῖς χεῖρες επανατείνων καὶ τοὺς ποὺς εφεδρούς, & ὅλω  
θεικλώμφοις τῷ σώματι. De iis loquitur qui in fa-  
cbris templis concionibūsque plaudebant. Tu,  
inquit, mimorum & saltatorum mores *huc inducis*,  
dum indecenter manus iactas, pedibus subsultas, toto-  
que circumageris corpore. Julianus quoque *Cæsar Julian. Pan-*  
propè fanaticos in plaudendo & συνεργοτιῶν τῷ *gyr. 1.*  
facit; quanquam ille quidem ad laudem refert,  
& ad dicētis eloquentiam prædicandam: nam  
Constantij militarem concionem laudans,  
ακμαζόντες, inquit, τὴς δικαιογείας, συνεργοτιῶν τῷ  
λόγῳ πατέτες ἐπεκρότων, in ipso concionis fernore, diuinō  
quodam impetu omnes correpti plausum dedere. Non-  
nunquam in plaudendo veste*s* suas excutie-  
bant. Eunapius de causa perorata à Proæresio: *Eunap. in vita  
Proconsul à sede sua repente prosiluit, & τὸν Julian. Sopn.*  
θειπόρφυρον ακαστον εἰδῆται, purpureāmque togam ex-  
cutiens iuuenis in morem Proæresium plausu exceptit.  
Xiphilinus in Neron. Burrus & Seneca cùm  
quid dixissent, ταῖς τε χεῖρες καὶ μανὰ δρέσοις, plau-  
debant manibus & vestimentis. Iactata quoque  
fuisse in plausu oratia, veterum monumenta  
significant. Eusebius in historia Eccles. id vo-

cat κατοικειν ταῦς ὁδούσι, nam agens de Paulo Samosateno homine vanissimo, & superbissimo religionis corruptore, qui impiis conatus ad Episcopi nomen & dignitatem irreperatur, ait illum publicè concionantem irasci consueuisse, & plenissima contumeliam verba

Euseb. hist. Eccl. 19. c. 24. dicere τις μὲν επαγγέλτος, μηδὲ οὐεὶ εἰ τις θεάτροις καταστοι ταῦς ὁδούσι, μηδὲ ἀνθωνί τὸ γένος αποδέσσοι, &c. οἱς qui eum non efferrent laudibus, nec ut in theatris fieri solet oraria mouerent, nec acclamarent, neque exilirent, &c. Illud autem facientes ait αὐτοῖς αὐτοῦ δεινόν, indecorè audire: cui opponit οὐαντεππῶς ή βούτης αὐτούν. Atque hæc in primis exponenda videbantur, ut quid sit plausus, quem studiofissimè quererent Sophistæ, liquidiūs intellegamus.

### III. Sophistas plausum atque laudum fuisse audiendissimos. Dio Prus. illustratus.

SOPHISTAS iam inde à primis illis satoribus eloquentiæ, constat fuisse plausum atque laudum per quam studiosos. Id Plato grauis autor sæpe ostendit. Nam de differente Eu-thydemō, illius sectatores, inquit, αὐτοὶ διδασκάλες χρόνος απομηνύοντος αὐτας διεδούθονται, quem admodum chorus innuente magistro, summo plausu conclamauerunt. Et in Protagora, cum Sophista ille summa elegantia dixisse videretur, πολλοὶ δόρυβοι παρήγε λέπταντον οὐκονίτων & paulò post, εἰπόντος οὐντος τοῦτο αὐτῷ, οἱ παρόντες διεδορύθησαν αἱς διέγοι, cum hæc dixisset Protagoras, præsentes frequenti aplausu acclamantes illius dicta comprobauerunt.

Hos deinde secuti alij, Sophisticæ eloquentiæ doctores, mirabili plausum cupiditate fauorisque ardebat. Eos proinde Epictetus aiebat *χαρονεν τειποτεςτας, laudantium vocibus in-* Arria n.l.3.e.  
*hiare. Themistius vocat αυδισας επαιροις ιηρούρτας, Themist.or.1.*  
*homines qui ardenter laudatiunculas venentur. Paria*  
*propè qui eodem florebat æuo doctissimus*  
*Gregorius Nazianz. Oi σοφισται, inquit, της δη- Greg.Naz.*  
*μοσιων ιηρούτας κρότων, populares plausus studio in-* or.27.  
*flammato venantur. Et in epist. ait illos ιωδης της*  
*κρότων αιρεστων, plausu & laudibus efferri. Ea causa*  
*Tertullianus & S. Hieronymus Sophistas no- Tertull. l.de*  
*minant animalia gloriae, & popularis auræ vilia* S.Hieron. ep.ad  
*mancipia. Propter hanc ipsam plausum cupi-* Pammach.  
*ditatatem, Rhetores dicuntur apud Dionem Dio Tarfic.*  
*Prusæum τειποτες την πληθων δηρουβον κεχωρότες. poster.*  
*Vbi interpres non sat aptè vertit multitudinis*  
*tumuli inhiantes, quasi de seditionis loquere-*  
*tur; intelligit enim δημοσιοις κρότοις, vt loquitur*  
*S. Gregorius, populares acclamations, & subdit*  
*paulò pōst, κτηνοτροφοις & την βολω φορτα, sem-*  
*per illi plauso & clamore efferuntur: eosdēmque*  
*vocat δοξονόμοις, vanæ gloriae cupidissimos. Itaque*  
*suos auditores in laudem & clamorem effusos,*  
*gloriosè lustrare oculis & circunspicere sole-*  
*bant, atque nutu & animi gestientis lætitia*  
*concitare. De Sophista loquens Themistius, Themist. or.16.*  
*αιχτηται επαιριδησης τειποτεςτας, laudari*  
*se patitur, & acclamantes lustrat & circunspicit.*  
*Graue & permoleustum esse aiebat Euripides, Euripid.in*  
*&c, vt ciuis verbo utat, βαρός π, onus quoddam, Orest.*  
*αιρεσις λιαν, celebrari nimium atque laudari: at So-*  
*phisticæ tantum abest vt multitudinis plausum*

& clamores ferrent molestius, quin potius dolorerent maximè, nisi theatrum illis dicentibus voce & applausu vehementissimè resonaret. Quare Sophista Aristides cùm fuisset à Marco Imperatore inuitatus ad declamationem exhibendam, se facturum ea conditione promisit, ut primum noti & familiares interessent, deinde vero bona venia Imperatoris, eis liceret

*Philostr. de vit. Soph.* εὐθοῖς καὶ κροτῆς ὀπόστον διώσατε, quantum vellent atque possent sese in laudes atque plausus effundere. De quo etiam proditum à Philostrato video, quod ἐνεργεῖται χολῆς ὅπερι τοῖς μὲν ζωὴς ἵπατος ἀκροωθόροις, minùs posset æstumiracundæ moderari aduersus eos, qui sine plausu & laudatione ipsum auscultarent. Et quidem in oratione quadam sua de se gloriatur, nemini vñquam tot & tantos fuisse plausus, quam sibi datos; αἰνὲν γὰρ Κοτύνη (θεὸς οἱ διάδημας προσέμυντο λόγοι) πρεστῶ μετίζους δορυφόρος ἢ συλλόγοις ὄμινοις nobis vero (propitius autem deducat sermonem Deus) quis adhuc maiores in concionibus plausus concitauit? Hinc fiebat ut qui nullos aut exiguos fuissent plausus in dicendo consecuti, iij demissis capitibus humiles & abiecti mœrerent. Quod non

*Aristid. 10.3.* dissimulat grauis Epictetus apud Attian. Nuper, inquit, aliquanto tardius cùm auditores conuenirent, καὶ μὲν ἀπίθενσατον τοι, nec ubi acclamarent, τεταμιραρθός ἔειπεν, humilis & abiectus

*Philostr. de vit. discessisti.* Siquidem, ut verè dictum est à Philostrato in vita Heraclidis, exxit vocem & orationem Sophistis, & βεραδίκης ἴπατος, & τὸ μὲν κροτῆς σωνήτως, sera laudatio, plaususque negatus, qui de more irribuitur. Itaque apud Athenæum Cynucus, cùm elegantem, ut ipsi quidem videbatur,

*Athen. 1.4.*

disputationem habuisset, et ei un' expostionem super hoc, quia nemo applausisset, stomachatus est. Non est opus rem pluribus exemplis illuminare, cum hoc specimine, Rhetorum ille genius possit agnosciri.

IV. Quām frequentes fuerint in Declarationibus plausus, quāmque vehementes. Illustratus Gregorius Magnus, Eunapius, aliique.

**N**E QV E verò auditores in dando plausu, clamorib[us]que prædicandi gratia mitten-  
dis, parcii & maligni fuerunt, sed effusi potius  
& immoderati. Sanè Themistius ap[osto]lus <sup>et</sup> *Επιφανείς οἱ χορηγοὶ τοῦ εὐαγγελίου*, vnde in  
se plausus & clamores copiosè & effusè conferri,  
orationis 4. initio prodidit. Non enim una  
tantum orationis in parte plaudebant, sed fere  
in omnibus. In transitione quidem post exordium  
fuisse id frequens, ait Quintilianus &  
reprehendit. In fine clausulatum, laudantium  
plausum extitisse, docti monuerunt. D. Hie-  
ronymus eleganter, *Ne à me queras pueriles de-  
clamationes, sententiarum flosculos, verborum leno-  
cinia, & per fines capitolorum singulorum acuta  
quædam brenitérque conclusa, quæ plausus & cla-  
mores excirent audientium.* M. Tullius in Oratore  
perf. *Conciones s[ecundu]m exclamatione vidi, cum apte ver-  
ba cecidissent.* Hinc apud Gregorium Magnum  
doctissimum & sanctissimum orbis terræ Pon-  
tificem clausula pro elegantia orationis sumi-  
tur, l. i. ep. *Per scripta, inquit, vestra, clausulas de-*

*Fab. l. 4. c. 1.*

*S. Hieron. ep. 2.*

Fab. l. 2. c. 2.

clamationesque formatis. Quintilianus etiam lib.  
2. notat, solitos eos ad omnem clausulam exurgere,  
& cum indecora exultatione cōclamare. Rem  
Senec. proœm. eandem exponens Seneca, ad omnem gestum  
l. 4. contron. datos fuisse plausus ait: *Cām desijt illos ad omnem  
gestum plausus excipere.* Fortè hoc ipsum dicere  
quoque videatur Eunapius, tametsi eruditus  
Interpres aliò rem trahit, sic enim politus ille  
scriptor: Αρχηται μὴ οἱ Γραμμέστοι λέγειν ρύθμον, καὶ  
τὸν κρότον αἰσθανών ἐκάστην τελείωσιν. Vertunt, Proæ-  
fius orditur flumen quoddam orationis singulas perio-  
dos pulsu manuum finiens. Hæc autem prout ab  
Interprete sunt versa, oratorem significant  
ad singulas periodos complosionem manuum  
adhibuisse. Ego verò Eunapij sensum hunc  
esse puto; tam eximiè orasse Proæfium, ut  
singulæ illius dicentis periodi audientium  
omnium plausu exciperentur. Sed plausum  
frequentiam Plutarchus mitificè ante oculos  
poluit; auditores enim οὐ πῆμα γε συλλαβὴν κε-  
νεγέροτες, ad omnem vocem atque syllabam, plausum

Plutarch. de  
audit.

Themist. or. 4. επι clamorem edidisse refert. Themistius de audi-  
toribus suis loquens idem asseruit, κειμένης δὲ  
ἐνθουσίας εἰς ἐναταῖον πύμαν ὡς ἀν λέζω, vociferantes  
ad singula quæ à me dicuntur verba επι exclamantes.  
Eloquentissimus Chrysostomus τὸν κρότον σω-  
χεῖ appellat: sic enim in cap. i. Genes. οὐ τὸν  
κρότον σωχεῖ μετικτὸν διόδυξις εἴρητο τὸ μὲν ἱδρὺς  
ιμᾶς δέχεται τὰ λεγόμενα, perpetui illi plausus decla-  
rant maximè, quanta cum voluptate ea quæ dicuntur  
capiatis. Præterea non unus tantum alterve so-  
nitum vocemque mittebat, sed omnium ordinum homines, summi, infimi, mediique plau-

S. Chrysost.  
hom. 4. in  
Genes.

debant. Sidonius Apollinaris in epist. Ad *sidon.* l. 9. ep. φῶς μεum non modò lati clavi, sed tribulum quoque 9. fragor concitaretur. Quare Plutarchus lib. de audiend. reprehendit eos qui adducto supercilie, & insolentis grauitatis specie in auditorio sillerent, cùm laudem præstantibus ingenijs tribuere, humanitatis esse videatur. Hinc necesse fuit oriri maximos è diuersissimis sonis clamores, quos poëtæ cùm explicare cupiunt, mugitus, fragores, boatus, tonitrua, &c alijs conquisitis nominibus appellant. Et ut est apud Plat. l. 6. de toneim, αἱ τε πίπειαι ἐ οὐτός εἰ ω̄ αὐ̄ ω̄σιν, ἐπιχωῶ̄<sup>rep.</sup> τες διπλάσιοι δόρυσσοι παρέχονται φόρε τε επειρε. Parietes quoque & loca in quibus resonant, tumultum edunt duplo maiorem, quam qui laudant & vituperant. Oratoriè quidem illa M. Tullius, sed quæ rem tamen declarare possint: Clamores tanii fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod usque isthinc exauditos putem. Plinius iuniōr, infinitos clamores com- Plin. l. 2. ep. moueri dicit. Eunapius τὸ δεῖπνον βοᾶν πήγανται,<sup>19.</sup> confessum clamoribus disrumpi. Quintilian. l. 4. c. 2. omnia tumultu ac vociferatione concutere. S. Au- gustinus l. 3. contra Celsum, ore latissimo acclamare. Dio in Nerone, τοράς ἀνθέσαι, acclamare vehemēter. Amphis Comicus apud Athenæum, μέτρα περιγράμματα αἰσθανταίνει πρότοις, applausu omnis sus deque miscere. S. Chrysostom. homil. de rer. hum. gubern. σφραγίδερον πρότον τετέρηντα, vehemeniorem plausum erumpere. Zacharias Scholasticus disput. de mund. opif. αἰσθοῖσι πάμμετρα & αἰσθημένη, ingenti voce exclamare. Lucian. lib. aduers. indoct. χερούσιον βαζάρχον δικτυον διακεκαρχόντας & διαρραγόντας βοῶντας, terrestrium ranarum instar

Cic. l. 1. ad Attic.

Plin. l. 2. ep.  
Eunap. in Pre-  
ares.

exclamare, ex clamore disrumpi. Plato, ἔφεδηστον τὸν ἐκβοῶντες κρότου, immensum plausum clamorēisque tollere. Agellius l. 5. c. 1. summo ex soluto pectore obuias vulgaritasque laudes effuire. Et l. 18. c. 5. vocat ingentes clamores. Fabius l. 11. c. 3. immodicas laudationum moras. Sextus Aurel. Victor in Pettin. ingeminatos ad usque defectum plausus. S. Gregorius Nazianz. or. 18. κρότοις ἐκμαχονται, furiosos plausus. Seneca pater controuersi. II. l. 2. scholasticorum summum fragorem. Seneca filius epist. 108. Nec aliter concitantur, quam solent Phrygij tibicinis sono semiuiri, et ex imperio furentes. Denique ad rauim usque acclamabant: venustè proinde Sidonius Apollinaris l. 9. ep. 8. raucum plausorem nominat: & l. 7. plausum maximum accentum, hoc est αρπλω, fenuorem. Saeppe tamen eueniebat ut leniores essent plausus clamorēisque initio, deinde cum oratione ipsa crescerent. Specimen eloquentiae D. Chrysostomus id significat, qui in quadam oratione ait sibi dicenti sub finem concionis φυγέδησις κρότοις μειζοῖς ἡ λαμπεσπίσεις βοᾶς. & paulò post, in progressu orationis, σφοδρόπερος, inquit, οἱ κρότοις ἀξερῆγοντες, vehementior plausus erupit. Appellat id Themistius πάνυ βοᾶς orat. 13. Quæ, inquit, à me dicta sunt, εφ' οἷς πάνυ ἀξερηστε, ob quæ magnos clamores sustulisti. Eandem varietatem & incrementum Isocrates in Panathenaica expressit, ὃν ἐθορύβοτας ὁ πολὺ εἰώθασι πῦσ ποιεῖτως διελεγμόντος, αἱλ' αἰεβόντας ως ἔφεδηστον τὸν εἰρυκότες. Non aplauserunt, quod omnibus eleganter differentibus facere solent, sed exclamarunt, quasi excellenter perorasset. Ex quo

liquet, plausum aliquando fuisse datum sine acclamatione, hanc autem in mirabili & eximio dicendi genere extitisse. Sed quæ fuerint acclamations iam videamus.

V. Quæ acclamations fieri solite ad dicitur laudem, tum apud Græcos tum Latinos. Emendata Luciani versio.

**V**ARIÆ laudantium acclamations ad duo genera possunt revocari: ad ea nimurum quæ ὀμμινατα, hoc est aduerbia dicimus, & ad alias ἀεροπόσι, siue dicta & appellations. In vitroque genere hic veterum consuetudinem exquireremus. Apud Latinos quæ dicentur ponit M. Tullius l. 3. de orat. bene, præclarè, bellè, festiùe, non potest melius. Horatius in arte, pulchrè, bene, rectè. Persius, euge. Martialis l. 2.

Effectè, grauiter, citò, nequiter, euge, beatè. sophos quoque apud eosdem, solennis acclamatio, vnde ipsi laudatores venustè à Plinio *Plin. in epist.* iuniore dicti sophocles. Apud Græcos fuere maximè communia & tralatitia, καλῶς, τοφῶς, ἔγινως, quibus laudum significationibus Platonem, Socratem, Hyperidem fuisse vsos ait Plutarchus: Theophrastus in Characterib. *Plutarch. de audit.* habet ὄρθος rectè, Isocrates ὑπέδημότως, excellenter; Plato δέ, τοφῶς, bene, optimè. Epictetus apud Arrianum, θαυμαστῶς mirabiliter, τοφουῶς supra modum præclarè. Plutarchus δριμέως, δύσφυως, αἴσθησίως, acriter, ingeniosè, floridè. Quædam non

*Theophrast. in Char.*  
*Arrian. in Epict.*

nimirum nota & peruvulgata sunt, ut apud Dio-  
**Dio in Neron.** nem in Neron. sā. sic apud Arrianum in E-  
 p̄ct. l. 3. εἰπέ μοι, sā ἐ Σαυμασῶς. Dic mihi, ohe,  
 admirabiliter. Et alio loco, τοῦ sā φασὶ ὑπόφερ-  
 ματα λέγεται, tibi acclamant sā, in oratione epi-

**Tertull. aduers.** phonemata adhibenti. Apud Tertullianum est  
**Valent.** φεῦ, sic enim l. aduers. Valentini, c. 8. cūm de

Phosphoro declamante meminit: scholastici sta-  
 tim familie Phosphori φεῦ acclamant. Illud etiam  
 rarum & insigne, cūm auditores inclamarent  
 Στήφανοι, Coronæ: quod sibi cūm publicè oraret

**Aristid. or. de dictum** fuisse prodit Aristides. Sic enim to. 2.  
**Concord.**

Cūm apud vos effemus, in concionibus non vna tan-  
 tum lingua, sed & voce plerumque si dicere licet,  
 eadem vos vti videbamus, nam Eccle, Coronæ, &  
 similia nobis sufficiebant. Vbi etiam animaduertit,  
 consueuisse aliquando, πωλητα τῷ δημητοροῦ  
 αὐτοῖς, nomen ipsum Oratoris efferre. Eximiae au-  
 tem illæ fuerunt acclimationes θώς & θεοφο-  
 ράτης, diuinè, diuino impetu, quas ξένας φωνας no-  
 minauit Plutarchus, & terò, hoc est suis tem-  
 poribus in scholas, auditoria, & confessum  
 eruditum fuisse inductas scribit: atque adeò  
 in alio quodam libro reprehendit. Nam πην-

**Plutarch. de audit.** εκοις σεφιστας qui τῷ θώς καὶ δευτονίῳς, καὶ τῷ μεγά-  
 λως, sibi dici in declamationibus sustinent, τῷ  
 αἱρετινῳς perdere, dum nimis dignitatem  
 in dicendo affectant, humanitate spoliari.  
 Dissentit à Plutarcho Philostratus in earum  
 vocum initis: nam τῷ θώς, fuisse primū  
 Αἰχινι Σονιστæ impeditum, in eius vita re-  
 liquit. Et istius acclimationis similitudinem  
 etiam quandam mihi video in diuinis literis

agnoscere, in illa Herodis concione, cùm *In Att. Ap.*  
omnes Dei voces acclamarent: qua ipse laude  
cùm vehementius insoleseret, ab uno de bea-  
tis spiritibus fuit confectus. In Homilijs Chri-  
stianorum atque pijs cohortationibus, pri-  
mo quidem Ecclesiae nascentis ævo, si quid  
pulchritate & mirabiliter de pietate diceretur,  
solebant omnes auditores inclamare, *Amen,*  
*amen.*

Præter hæc ἀπρόμιτα, aliæ iactatæ fuere  
περὶ οὓς ad dicentem cohonestandum. The- Themist. or. 4.  
misti quidem auditores suos ait φιλοδάροις & or. 14.  
ὄνουστοι, largos & benignos in tribuendis nomini-  
bus. Et alio loco, infinitam propè nominum va-  
rietatem in laudando fudisse, Ἑρμόφροι καὶ μω-  
εῖαι, iēræς φωνæs. Quid acclamatum sibi oranti  
fuerit, sic meminit Dio Prusæus: *Nonne vos Dion* or. 48.  
*estus, qui sæpenumero nos laudastis, tota die, τοῖς μὴ*  
*δρίστεis λεγοτε, τοῖς δὲ Ολυμπίοις, τοῖς δὲ σωτῆρεis,*  
*τοῖς δὲ Ερετοῖς, alias quidem Principes & Optima-  
tes, alias Olympios, hos seruatores & Altiores di-  
centes. Aristides de se quoque refert, sibi ac- Aristid. to. 3.  
clamatum τὸ εἰλιών αὐτὸς τοῦ, sumnum in Græc. or. vlt.  
cia virum & principem esse. Lucianus has accla- Lucian. im-  
mationes enumerat, ὡς τῆς καρνῶντος, Ηεράδης, Zenaidη.  
ἢ θεοδοξολογίας, δύμητεος αὐθωπος. O nouitatem!  
O Hercules! dictionem mirabilem & inauditam. O  
hominem promptum! Multa quæ præstantissimis  
Sophistis dicta in declamationibus fuerunt,  
habet Philostratus. Herodi Attico in Olym- Philostr. varijs  
pijs, εἶ τοι Δημοσθένης. Alter es Demosthenes. Aliâs loc.  
vocarunt ἦτα τῷ δέκα, εἴ decem Græciae oratori-  
bus unum. Nicetem Sophistam verba facien-*

tem indigitabant αὐτῷ ταῦτας οὐκέτε, ad mirandum oratorem. Antipatrum autem θεάθρον διδάσκοντα Deorum doctorem, quod Seueri Imperatoris filios eruditisset. Aristidem οἰνούντη Σμύρνας, in Proæresio in plausu dictum Θεόν, Deum illum esse: iūem Ερμοῦ λογία πόπον, Mercurij præsidis eloquentiae typum. Dici non potest quām multa quāmque varia in hoc genere usurpauerint: neque ipsi antiquitatis scriptores omnia suis monumentis sunt complexi, sed nonnunquam generatum tantum rem innuunt, ut Philostratus de Hippodromo, βοῶντων ἐπ' αὐτῷ τῷ Ελέῳ τοῖς καὶ Αἴφναι, &c. Græci multa & magnifica ipsi se clamarunt, ut quod Polemoni diuino homini in dicendo esset æqualis. Interdum noua quædam excogitabant: ζέρον ἐπῆγες vocat Lucianus, & τὸ φορέκον τὴν ὀνοματων. ubi Interpres non satis aptè vertit onus verborum; melius opinor insolentiam dixisset. Reprehendit autem ut ineptum eum morem Lucianus.

*Lucian. in Rhet. Didasc.*

## V I. Interdum clamor tantum σώματος fuit plaudentium: is qualis fuerit explicatur.

*Heliod. in Aethiop. l. 10.*

**N**ON NUNQUAM vocem tantum admirationis indicem & clamorem sine ullius vocabuli expressione mirantes edebant. Quod in obstupefactis rei miraculo hominibus Heliodorus expressit his verbis, θευβος οὐκ πάτημα κατέχει· η βολὺ μιας σώματος ωρη η αὐτοφρον, στρωματικη

λαλεῖσθαι τὸν διάνυστον στοχούσατον. Stupor igitur omnes cepit, & clamorem unum obscurum & interculturatum admirationis indicem ediderunt. Quod alio loco dixit, οὐδὲ φρίνειας μόνης τὸ δῶμα ἐφωνεῖ, εἰ sola arteria vocem promere demirationis restet. S. Chrysostomus de plausu concionum S. Chrysost. de disputans, vocat ἀστηριούς κραυγὰς, clamores nihil verb. Isai. certè significantes: & τινὲς ἀπεκτέντες τῆς φωνῆς ἐνύχιστοι, incompositum vocis boatum, tamenque totam reprehendit. Synesius τοντοὺς παμμικῆν τε αὐτοκριτούς, Synes. in epist. confusam vocem & quae discerni non posse. Id propriè fuit ὑπέρροήν apud Græcos. Euripides in Euripid. in Hecub. λαοὶ δὲ ἐπέρροθησαν, hoc est αστηριῶς ἔχοστα, Hes. ait Græcus Scholiastes, & exponit hoc modo: τὸ τὸπον πλῆθος ὁμοῦ βοηστὴς ἀγνωστὸς τοῖς αἰκονοῖσιν, οὐδὲ λέγεται. Omnis enim multitudine simul exclamans, ignotum quidpiam audientibus ore proferebat. Sumitur tamen hoc vocabulum de quocunque plausu, ut apud D. Gregorium Nazian. Gregor. Naz. zenum, qui imitatus Euripidem Carm. de vit. carm. de vit. sua, ita scribit, λαοὶ δὲ ἐπέρροθησαν οἵτις ἐφεγγέασαντο, Populus mea dicta plausus maximo exceptit. Vetus Interpres Euripidis in Orest. αστηρικός φωνᾶς ait Scholiast. Eu- fuisse ἀτέλη. Euripid., inquit, η ταῦτα περιβολεῖται. doξον, οὐδὲ ἐπέρροθησαν, οὐδὲ ἀτέλη. Cum quis mirabile quidpiam adspexerit, nihil aliud exclamat quam ἀτέλη. Cæterum clamor ille ἀστηριος & nihil plane & disertè significans, aliquando fuit vehementior, quem S. Chrysostomus loco cit. cūnscribit: κραυγὴν σφόδρα γε τῇ βιαιᾳ τῷ πλεύσατε αἴσιοις τὸ αστηριόν ἔχοστα, clamorem vehementem, qui cum violento spiritus impulsi strepitum habeat nihil certi declarantem. Aliquando vero fuit

mitior, cùm murmur tantum confusum exaudiatur. M. Tullius, gratam concionis admirum-

*Philof. l. 2. de rationem opinor diceret: Philostratus βούλον  
vit. Sofb. appellat, Eunapius μωνθηὸν, sonitum incertum  
Eunap. in Pro- & reboantem. Alexander Sophista tam elegans  
tres. & concinnus Atheniensibus fuit aliquando  
visus, ut consenserit declamationis causa pul-  
pito, priusquam aliquid diceret, omnium  
βούλον, siue sonitus oriretur, ἵπαρσάντων αὐτῷ  
τὸ θερμόν, laudantium eius modestiam & deco-  
rem.*

## VII. Silentium auditorum nonnunquam ad Declamantium laudem. Intentionis silentium & μυστηρίδες.

*Q*VIDAM saturi ea resonanti assentatione, & immensis audientium clamori-  
bus, iam pænè silentium anteponebant. Plinius iunior in epist. cùm dico, vel cùm recito,  
non minus silentio quam clamore delector; sit mo-  
dò silentium acre & intentum, & cupidum vte-  
*Plin. l. 2. ep.* riora audiendi. Fabius, intentionis silentium nun-  
cupat, quod ab ineptis & vanissimis decla-  
matoribus ait repudiari. Qui ad clamorem,  
inquit, dispositæ, vel etiam forte circumfusæ  
multitudinis compositi, non ferunt illud inten-  
tionis silentium, nec sibi diserti videntur, nisi omnia  
tumultu ac vociferatione concusserint. Est enim au-  
dientis silentium perspicuum argumentum  
*Fabius l. 4. c. 2.* seriæ & vehementis attentionis: quod lau-  
dans Eteonem Cyzicenum prodit Aristides:  
*Aristid. 10. 1.*

ἀκροάθερος πόνιας ὅτῳ σφόδρᾳ τῷ λόγῳ τῷ, ω̄ς ἡ  
ἔχολαζεν ἐπαγγεῖν, ἀλλ' οὐτεροὶ διψήστες σιωπὴ πίνονται,  
&c. Iam cūm auscultabat, ita erat in ea quæ dice-  
bantur intentus, ut plausum dare non vacaret, sed  
ut qui sitiunt tacitè bibunt, ita ipsi auditus efficie-  
bat. Hoc nimirum è præstabilium rerum ad-  
miratione existit, cūm tanta est orationis sua-  
uitas, tamque inusitata varietas & copia, &  
in delectis luminibus splendor, ut animi au-  
dientium abripiantur, & dulcedine obstupe-  
facti à dicentis ore pendeant. Vnde plausus  
sæpe admiratione compressos & restinctos  
videmus. Sunt illa principis oratoris in ora-  
tione quadam sua: *De plausu autem quid respon-* Cic. pro Divo.  
*deam, qui nec desideratus vñquam à te est, &*  
*nonnunquam obstupefactis hominibus ipsa admiratio-*  
*nione compressus est?* Itaque Musonius Philoso-  
phus plausum in sapientiæ schola reprehен-  
debat, aiebātque magnam laudem non ab-  
esse ab admiratione: *admirationem autem quæ*  
*maxima est, non parere verba sed silentium:* quod  
Agellius posteritati mandandum putauit. Pro Agell. l. 5. c. 1.  
æresio quidem certè publicè orante, silen-  
tium præ admiratione consecutum, propter  
eximia dictiōnis ornamenta constat. Euna- Eunap. in Ia-  
pius σιωπὴ μυστεριῶν, mysticum veluti silentium lian.  
vocauit. Rariūs tamen, cūm excellens quis-  
piam orator aut Sophista dicebat, silentium  
in laude ponebatur. Nam indocta quidem  
multitudo si non plausisset, eo ipso videba-  
tur contemnere: periti autem & intelligen-  
tes, si tenerent silentium, arrogantes & su-

perbi habebantur. Plinius iunior sui tempore  
ris eloquentissimus quosdam huiusmodi re-

*Plin. l. 6. op. ad Refut.* prehendit ut inuidiosos, ut præposteros, nec

vt sibi & paucis videntur diserti, surdis muisque similes audiebant. Non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non denique assurrexerunt saltem lassitudine sedendi. Quæ tanta grauitas, quæ tanta sapientia, quæ imò pigritia, arrogantia, sinisteritas, &c. Hinc M. Tullius cùm disertum & summis eloquentiæ copijs ornatum commendat, nullam ait orationis illius partem silentio auditam, cùm fuisse continuos plausus vellet ostendere.

### VIII. Empti plausus, & dati ex ægredi- ua sc. In eam rem chorum domesticum habuerunt. Eunapius emendatus.

**H**Oc Italis recitatoribus fuit commune cum Sophistis, ut augendæ existimatio-

*Plin. l. 2. op. 193* ni, & ornando falsæ gloriæ choragio plau-

sus emerent, prece aut pretio, sportulâque

distributa. Plinius orator venustè fraudem

eam exagitat. Heri, inquit, duo nomenclato-

res mei ternu denarijs ad laudandum traheban-

eur, tanti constat ut sis disertissimus. Et aliâs con-

ductitios huiusmodi plosores nominat Lau-

dicens. Sed omittam de Romanis Recitato-

ribus dicere, de quibus Martialis, Persij,

aliorumque poëtarum doctissimi Interpretes

multa monuerunt. De Sophistis hoc pronuncio; emptos ab illis fuisse aliquando plausus, & callida machinatione subornatos, quod præstittere in dicendo viderentur. De ijs loquens Aristides, ἐχ οἳς πόνοις τοῖς αρχείω τὸν Aristid. or. διηγήσαται τοις, ἐ μόνον τοῦ τοῦδε θεάτρου, ἀλλὰ & parapsis; εἰ τοῖς θεάτροις; Νόννε illos vides, qui pecunia laudem, non modo in speciosis declamationibus, verum etiam in theatris redimant? Huius rei exemplum unum lubet è Philostrato petere. Varanus Ionicus adolescens è diuite familia ortus, cum pecunijs abundaret, eas fœnore apud tenuiores bene multos, atque adeò studiosos literarum collocabat. Hic dulcedine gloriae tillatus, cum Sophistas superare se omnes dicendo putaret, saepè declamationes indicebat, & quod plures haberet eloquentiae suæ laudatores, ijs quibus pecuniam credidisset, fœnus remittebat, si adessent, si dicenti fauerent. Sed exempla nunc omittantur, rem ipsam videamus. Argenteus ille plausus fieri ex θεάτροις dicebatur, videlicet ex pacto & denunciatione, qui apud Themistium opponi- Themist. or. 4. tur εἰδόλῳ καὶ ἀγνοίᾳ ἐπαγγέλλεται αὐτοκελεύσω, vere & minimè fucatae landi, quæque sponte ac sine ambitu ab hominibus tribuatur. Ab eo mutuatus opinor est Suidas qui rem eandem no- Suidas? tauit: κρόνος, inquit, ἀδρόος ἐν τῷ θεάτρῳ μάτες, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτοκελεύσου τῆς περιθυμίας τῆς θεάτρου, plausus frequens non ex edito, sed studio spectatorum sponte excitatus. Ex θεάτρονος dixit Eunapius: ὃν θεάτρονος καὶ θεάτρου μάτης τὸν κρόνον ερεβει.

*τοις συντελεσθείσας.* quibus in verbis explicandis doctus alioqui & politus Interpres discedit

S. Chrys. serm. à vero sensu. S. Chrysostomus qui mirum de S. Droside. quantum eloquentiam illustrauit, θύρης ὀμ-  
ναῖ vocat, *emptos plausus* & *laudationes*. Atque

in eam rem domi nonnunquam habebant chorum doctum & instructum, quemadmo-

Xiphilin. ex  
Dion.

dum Xiphilinus ait Neronem habuisse οἰκτήρα Augustalium, qui, inquit, ξέρχεται επαγγελτοί, qui laudes & acclamations inchoarent.

Themist. or. 4. De choro Sophistico Themistius: εἰ πάντοι εἴνα

χορόν τε καὶ χορηγὸν συνεπιστάλου, πάντα αἱ εἰλικρινεῖς. Eiusmodi ego chorum ac chori suppeditato-

rem si mihi comparassem, esset omnino sophista. Quem chorum intelligat, proximis ante ver-

bis ostendit, nempe βωκτῶν, κεκεχύτων, ac-

clamantium, vociferantium, quique sint ad c-

pus illud ipsum mercede conducti. Eundem agnoscit chorum Lucianus in ἡρώ. διδ. vbi

Lucian. in.  
Rhet. didasc.

de Sophista differente: Οἱ φίλοι δὲ πιθανωταῖς αἱ, Λειτούργοι δὲ πάντων λατονικωτων, &c. Amici ve-

rō semper exilientes applaudant, & canarum pre-

mium exoluant, &c. & paulò post, καὶ τὰς μάζας

τοις, τοις χοροῖς εὔχεται καὶ συναδεῖται. Hoc tibi quoque præcipue curæ sit, ut chorum habeas do-

Tertull. l. ad. mesticum, tibi accidentem. Hunc χορὸν οἰκεῖον, Tertullianus vocavit familiam, vbi Phosphorum

Carthaginensem Rhetorem declamantem inducit, de quo sic habet; *Rhetor Latinus Phospho-*

*rus nomine, cum virum fortē peroraret, Venio,* inquit, *ad vos, optimi ciues, de prælio, cum victo-*

*ria mea, cum felicitate vestra, ampliatus, gloriosus,*

fortunatus, maximus, triumphalis: & scholastici statim familiæ Phosphori φεύ acclamant. Quinti- Fabius l.4. c.2.  
lianus vocat dispositam multitudinem ad plausum, & l.10.c.1.  
l. 4. & lib. 10. corrogatos, aitque à corroga-  
tis laudari etiam quæ non placent. Eusebius Euseb. l.7. hist.  
sunctorum factionis veluti administratos. Sic histrio- c. 30.  
nes habuere delegatos ut plauderent, apud Co- Plaut. in Am-  
micum. phitr.

I X. *Quibus in locis plausus dari consue-  
nerit. Emaculatus Lucianus. De plausu  
Christianis in templis dato  
accurate.*

**D**IVVS CHRYSOSTOMVS regij Vatis s. Chrysost. in diuinissimos cantus exponens, aliquot Psal. 48. loca enumerat ubi plausus dari consueisset:  
μέτα ἐπί σκηνῶν, τὸ καὶ εἰ θάτεροις, τὸ καὶ εἰ συμποσίοις,  
τὸ δὲ εἰ δικαιεῖοις κροτίδαι. Magnum esse videtur  
in theatris, in conuiuijs, in foro iudicijque plausu  
excipi. De conuiuijs probare Luciani forte Lucian. in Ni-  
locus videatur in Nigrino, cum luxum & di- grin.  
uitum profusiones describit: Hos, inquit, illos  
esse qui preiosa ac cara opsonia emere solent, καὶ  
τὸν οὐρὸν εἰ τοῖς συμποσίοις, μὲν κρότων τε δὲ δριψά-  
των ὀνυχίοντες. vertunt, vinumque in conuiuijs cum  
plausu & odoribus effundant. Mihi dubium nul-  
lum est, quin madosus sit iste locus, & le-  
gendum μὲν κρότον: intelligit enim Lucianus  
quam sparitionem vulgo nominant, siue imbrem  
odoratum, qui ex croco siebat vino vel aqua

296 THEATRI RHETOR.  
diluto, non modò in theatris, verùm etiam  
in conuiuijs: κρόνον ῥανόμηνον Græci vocant, O-  
uidius *liquidum crocum*, *Corycium nimbum* Mar-  
tialis. De huiusmodi croco & aromatibus

Plutarch, l. 6. vino mixtis, est splendidus locus Plutarchi  
237. in Symposijs, qui Lucianum maximè illu-  
minare potest: sic enim ille, τὸν οἶνον οἱ ἡδύ-  
θεῖαι γεωτῆτες, καὶ κυναρχόμοις, καὶ κρόνοις εὐ-  
διάλογοις, ρινον aloe aut cinnamomo vel croco in-  
ficiunt. Id siebat quidem ad spargendum odo-  
rem, & prodendam magnificentiam, sed ra-

Idem in Pho- riorem ego vsum animaduerto in vita Pho-  
cionis, vbi doctus scriptor ita habet: Ingres-

sus in conuiuium, vidit ποδονήσεας οἴνος δι' αρο-  
μάτων περιφερόμενος τοῖς εἰσόσι, pedum lauacra ex  
vino cum aromatibus conuius oblata. Id autem  
rectè ibidem appellat οὐερπάν περιφερόμενον, fastuo-  
sum apparatus. Sed hoc obiter, ut plausum  
qui Luciani crocum omnem eibiberat, leui-  
ter emendaremus. Illuc igitur redeo. Veris-  
simum est quod eloquentissimus ille Pater  
aiebat, plausum in theatris, in conuiuijs, in  
foro locum habuisse: neque mihi mens in  
eo probando hærere diutiùs, ne vagetur ni-  
mum oratio, quæ duntaxat oratores & So-  
phistas intuetur. A theatris vbi inter commu-  
nes populi voluptates atque spectacula, illæ  
primum δημοσίας natæ videntur, ad magnos  
& clarissimos viros cohonestados, in tcho-  
las, in auditoria, in sanctissima etiam templo  
Christianorum, plausus & acclamations im-  
migrarunt.

Plausus in  
scholis.

De scholis, è doctissimis scriptoribus constat.

Eruditissimum D. Augustinum sic dicentem *s. August. l. 4.*  
*audio: Turba cætera de scholis linguarum tumultuan-*  
*tum, & ad plaudenium strepitum vulgari levitate*  
*lætantium, si forte irruerit in has literas, &c. In scho-*  
*lis autem Discipuli tum Rhetori Sophistæque*  
*docenti plausum dabant, tum se mutuo in*  
*scholasticis declamationibus plausu & accla-*  
*matione prosequabantur. De doctoribus clare*  
*Philostratus qui Antipatri Sophistæ Hierapo-*  
*litani fuit auditor; Eum, inquit, Deorum Do-*  
*cotorum appellabamus εν Τις επαγροις της ακροαστεως,*  
*in scholæ plausu & laudibus. Synesius idem signi-*  
*cat: βελοντο γονδονοι διδασκαλοι αυτοι διδοκουμενοι εν Τις Dion.*  
*μαθηταις, και ηρουεντο επι Τις λόγοις αυτοις τη παρδεια.*  
*Cuperet enim præceptor apud discipulos suos florere*  
*existimatione, sibique dicenti plausum à pueris dari &*  
*acclamari. Ita locum hunc intelligo, nec tamen*  
*doctissimi interpretis versionem repudio. Nec*  
*dubitare etiam possumus, quin ipsi adolescentes*  
*mutuo in schola se plausu exceperint. Rem*  
*in summam inanitatem adductam, cum ut est*  
*in proverbio, mutuum muliscaberent, Quin-*  
*tilianus reprehendit: illa, inquit, vitiosissima*  
*qua iam humanitas vocatur, inuicem qualiacumque*  
*laudandi, cum est indecora & theatralis & seuerè in-*  
*stitutis scholis aliena, &c. Sibilis quoque & cau-*  
*litationibus se aliquando insequebatur: cui rei*  
*fidem faciet Lemnius Philostratus, qui de stu-*  
*diis suis loquens, deque Proclo Sophista, precl.*  
*quem doctorem habuerat; Erat bibliotheca domi*  
*qua patebat nobis ad declamationes suis numeris ab-*  
*soluendas, ως μηδε τειποιηδη αλιγατες, μηδε συντοπηδη.*

*Philostr. l. 2. de*  
*Soph.*

*Fab. l. 2. c. 2.*

*Philostr. in*  
*Procl.*

ἀπό τούτης ἀλλ' οὐφιστῶν σωματίας φυλέτι γένεσις: ne vel in  
uicem exsibilaremus, vel mordacibus dictis illudere-  
mus, quae in Sophistarum scholis fieri solent.

Plausus in Au-  
ditoriis.

Iam verò in splendidioribus auditoriis, & vt  
loquar cum Themistio, Musarum theatris, cùm  
in consessu hominum elegantium, θεάτρος ha-  
beretur die prodicta, & ad pompam & ostén-  
tationem elaborata oratio, tum illi de quibus  
superius actum est, fragores exaudiebantur ad  
dacentium eloquentiam comprobandam.

Et in sacris  
templis.

Hinc plausus etiam in templo Christiano-  
rum irrepere, quibus auditores vim & co-  
piam disertorum hominum, & diuinos sonos  
concionum adprobabant: quod Ecclesiæ iuxta  
Græcæ Latinæque fuit commune. D. Augu-  
stinus cùm elegantem sententiam de concu-  
piscentia protulisset, subito plausus & omnium  
audiētum clamor est elatus; itaque subiunxit,  
*Vnde omnes acclamaisti nisi quia omnes agnouisti*  
Sed apud Græcos ea maximè consuetudo in-  
ualuit; quod è multis, sed præsertim è sexcen-  
tis D. Chrysostomi locis declarari potest. Lice-  
re primū Christianis id visum, quod clarissi-  
mi religionis moderatores atque interprētes,  
vt plurimū scientiis omnibus exculti, illustres  
sententias dicerent atque mirabiles, quas ho-  
mines olim studiis scholisque assueri sine cla-  
moribus atque laude transilire non possent.  
Præterea multi, qui ab impia idolorum super-  
stitione ad Christi fidem accesserant, cùm vi-  
derent in fanis plausum delubrisque fieri, ad  
inanis Deos aut Principes cohonestandos,  
minimè dedecere putabant, si ad cultum au-

In delubris  
veterum plau-  
sus.

gustæ religionis eum morem consecrarent. Profanos autem fuisse plausus in delubris atque templis docet Lucianus, apud quem Pan *Lucian. in Bis* ita loquitur; Sacrificant mihi & epulantur, *μὲν accus.*  
*Ψλω πρόσωπες τῷ κρότῳ, τεννιοναντες* honorantes *applausu.* Plato quoque *διφημίας* in templis agno- *Plat. Alcibiad.* scit. Heliodorus in *Æthiop.* Deducebatur in 2.  
 templum Isidis senex *τῶν κρότων καὶ διφημία πολὺς* *plausu* Julian. in Mi-  
 plausu multo & acclamationibus. Julianus Impera- *sopog.*  
 tor ait se *ἀποδέχομαι σὺν βοῇ μὲν κρότων λαμπτεός* &  
*τοῖς τελέστοις, ὥστε εἰ τοῖς δεάθεσι, excipi cum plausu &* *Curopalat.*  
*clamore magnificè in templis & quæ ac in theatris. Eun-* P. 200.  
*dem morem habet Curopalates: Repente, in-*  
*quit, sublati velis διφημοῦται, acclamationibus fau-*  
*stū excipiuntur Imperatores ab omnibus Catechumenis.*  
 Non igitur à concionibus sacris, & loci reli-  
 gione, alienum esse plausum Christiani opina-  
 bantur; quæ causa fuit, cur in audiendo sæpe  
 laudem & clamorem profunderent.

Ea res meritò displicuit viris grauissimis, sin-  
 gulari modestia exultis animique sanctimo-  
 nia, qui studio Christianæ humilitatis conuitia  
 multo lubentiùs, quam suarum laudum præ-  
 conia audiuisserint. Nam eleganter S. Valeria- *S. Valerian.*  
*nus de animi demissione disputans: Non studia hom. 14.*  
*laudis postulat, non fauorem vocis expectat, odit ac-*  
*clamantium choros.* Tolerabant tamen, vel quod  
 difficillimum esset tollere, vel quod attentos  
 reddebat, vel quod reprehendi possent libe-  
 riùs, qui non efficierent, quæ plausu & clamore  
 approbauissent. Vnde illa sunt magni Augu- *D. Aug. ser. 5.*  
*stini, Laudes istæ vestræ grauant nos potius & in pe-*  
*riculū mutunt: toleramus illas, & tremimus interillas.* *de verb. Dom.*

*Curviris sancti  
 plausum per-  
 mitterent.*

Tamen fratres mei, istae laudes vestræ folia sunt arborum, fructus quæritur. Sic omnes Patres ad auditorum utilitatem plausus retulerunt. Quos imitatus Philosophus in primis grauis & mo-

*Themist. or. 16.* deratus Themistius; Neque vero, inquit, mihi  
strepitus ipse per se & acclamatio placet, sed  
ideo tantum, quod illud argumento mihi est,  
ne eum nequam & nequam, unde dicens ad ipsos & coeternos  
vobis, non temere me quae dicam effundere, neque frustra  
canere & accinere vobis, sed ad intima usque ac cor  
ipsum pertingere. Verum ubi inanissima homi-  
num studia sic effervescent cœperunt, ut per-  
ruptis modestiae repagulis & honestæ pietatis,  
diuinam concionem turbulentem quodam  
boatu obstrepentes, quasi politi alicuius So-  
phistæ declamatiunculam audire viderentur,  
cum boni clarique antistites grauiter inuehi, &  
istam arguere insolentiam institerunt. His

*S. Chrys. hom.* Καὶ ἀργεῖ πολλάκις μίτισται. Τίνε  
31. illa D. Chrysostomi in Acta Apost. πολλάκις ἐνόπε  
τέττα νόμοι τῷ καθολύνοντα τοῖς χρόνοις, &c. Σαφεῖς ευαγγελί

*D. Hier. proem. lib. 3. in ep. ad Galat.* mo meo cogitauit legem ponere plausus prohibentem, & suadentem ut cum silentio & decore prout pareret audiatis. Rei indignitatem sic etiam D. Hieronymus prosequitur: *Iam in Ecclesiis ista queruntur, omissaque Apostolicorum simplicitate & puritate verborum, quasi ad Athenaeum & ad auditoria convenit, ut plausus circumstantium suscipientur. &c.*

Theatrales  
plausus in sa-  
cristemplis.

*Idem in c. 5. ad Ephes.* cra templ a inducerent. S. Hieronymus in epist. ad Ephes. *theatrum miraculum* vocat. S. Ioannes Chrysostomus rem pingit, & omnibus

orationis aculeis pungit & exagitat: & quod me alibi legere non memini, ait omnia quæ à furentibus in Circo fierent, à clamoris & insaniis spectatoribus, ea in locis numini consecratis à Christiano cœtu fuisse exhibita. Partem eius orationis hîc ponam ad rem illustrandam:

*Neque proibitemus vocem laudis, sed præposteram & inconditam vocem, ac mutuas inter vos contentiones, Isai.*

manus incassum temerèque sublatas in aerem, pedes suppludentes, indecoros effæminatosque mores: quæ sunt eorum qui in theatris ac Circensibus ludis versantur, ludicra & delitiae. Illinc nobis perniciosa inuehundunt exempla, illinc irreligiosæ vulgaresque voces.

ἐνέδην αἱ τῷ Χρῶν ἀταξίαι, αἱ τειδεῖς, αἱ φιλορεματίαι, τὰ ἀτακτανθήματα, illinc manuum ineptæ gesticulationes, conventiones, concertationes ac mores incompositi, &c. Et illas quidem τειδεῖς, & τερψίς αἰλικλοις φιλορεματίαις, & manuum per aerem iactationes impotentes, quæ sunt imitamenta Circensium, non operosum fuit è sacratio pietatis ejicere: sed cum vulgo honesta laus permitteretur, hæsit diu illa indoctæ multitudinis ἀπάξια, ut laudandi studio, illa etiā quæ minimè intelligeret plausu & clamore comprobaret. Qua de re festiuum est acroama Nazianzeni Gregorij apud

S. Hieronymum epist. 2. qui etiam in cap. 9. *S. Hieron. ep. 2.*  
Eccles. ait *vulgus in Ecclesia magis dictis leuioribus* & in cap. 9.  
*delectari & commoueri.* Hinc factum, ut multi *Eccles.*  
summi viri hanc popularem leuitatem intelligentes, vulgi plausus habuerint semper suspectos. Phocio quidem ille vir bonus (ne Christianos tantum memorem) cum dicenti sibi *Themist. or. 2.*  
*Athenienses studiosius acclamantes videret,*

*Nunquid*, ait, *imprudens mali aliquid dixi?* Par di-  
ctum fuit Antisthenis, cui cùm diceretur, quod  
cum multitudo laudaret, πάθος, ἐφη, κακοὺς ἐπιδίνει;  
quid enim uero mali, inquit, feci? adeò constabat  
populum non in dictis modò leuioribus, ve-  
rū etiam & vitiosissimis plaudere consue-  
uisse.

X. *Prohibitus aliquando Sophisticus plausus,*  
*damnatus hominum sapientum iudicio*  
*& repudiatus.*

Sueton. de clar.  
Rheator.

Eunap. in  
Julian.

**E**A plaudendi acclamandique licentia, qua  
opere iam nimio feruebat, aliquando ma-  
istratum autoritate coercenda moderanda  
que fuit. Publico sanè in iudicio cùm C. Al-  
butius Silus oraret, à Lictore nimias laudan-  
tium voces fuisse cohibitas Suetonius autot  
est. Et cùm Athenis studiosi turbulenti qui-  
dam Antisophisten Julianum male verberibus  
& contumelia violassent, & de ea re iudicium  
exerceretur, Proconsul Romanus turbam vi-  
dens Sophistarum, qui parati ad dicendam  
causam venerant, præfari coactus est, & iam  
inde grauiter ab initio denuntiare, *παρέστατος οὐδέποτε μαζητός τὸν λέγοντα, ne γῆλις δικιούμενος πλαῦς δαρεῖ*, vt memini dicere Euna-  
pium. Quin de numero Sophistarum qui mo-  
destiores esse videbantur, remque iudicio ex-  
pendebant, eos plausus quos Philostratus in  
literis ad Epictetum verè *διονύτους* vocauit, spon-  
te abiudicauerunt. Hippodromus è Thessalia  
prudens & oratione limatus Sophista, in 6mo

& splendidis suis declamationibus, soli- Philostr. l. 2. de  
 tus est ἀποκόπειν τὰς φαρμακολατίδας επαίρων, superuacuas vit. Soph.  
 auditorum suorum laudes amputare. Et Athenis  
 elegantem fertur habuisse orationem, qua si-  
 lentij in audiendo laudem prosequutus est, à  
 pauone exorsus qui propria laude nimis attol-  
 litur. Latro Porcius eos quoque adolescen-  
 tium sonitus clamorēsque repudiabat, de quo  
 Seneca parens quodam loco; cùm scholastici Senec. Contr. 19.  
 magno clamore laudarent, inuectus est in eos ut de-  
 buit. Quo magis reprehendendi illi videantur  
 Philosophi & explodendi, qui plausum etiam  
 in scholis suis inflammato studio quærebant, &  
 acclamantium laude nimium quantum afficie-  
 bantur. Leuiculus sanè Epicurus, qui iacta-  
 bat à suis familiaribus ad epistolia amicorum  
 κροτοδοπύεοις γένεσαι, tumultus plausum excitari.  
 Hanc Sophorum tam inanem appetitionem  
 grauissimi & sapientissimi viri carpunt & illu-  
 dunt. Ea causa Iustinus Martyr Crescentem Plutarch. de  
 philosophum eleganter appellat φιλόφορον &  
 φιλόκουμπον, strepitus illius popularis & insolent-  
 tis arrogantiæ studiosum. Ennodius eruditissi- Ennod. Scho-  
 mus suis temporibus Antistes tanquam ex last. I.  
 oraculo id pronunciat, Institutior virtutis plausum  
 excludat. Epictetus quoque apud Arrianum  
 suauissimè, o amici, schola philosophi, officina est Arrian. l. 3. c. 23.  
 medici: non plausu & lætitia gestientes, sed dolore  
 affectos hinc abire oportet. Declamat in eandem  
 rem multis Seneca: Quid, inquit, turpius philo- Senec. ep. 52.  
 sophia captante clamores? & paulò post, Quanta  
 autem dementia eius est, quem clamores imperitorum  
 bilarem ex auditorio disiuntur? Deinde cam con-

suetudinem amandat ad Sophistas; Relinquantur istae voces illis artibus, quæ propositum habem placere populo, philosophia adoretur. Denique plena sunt magnorum autorum volumina sa-  
cientibus sententiis, quæ generatim plau-  
sum illud studium vanissimum esse decla-  
rent, & à præstantis animi dignitate alienum.

**Themist. ep. 14.** Plato quidem, ut Themistius animaduertit, eum magnanimum atque alta mente prædi-  
tum esse aiebat, qui strepitus illos populares  
& plausus contemnit, nec multum ab eo fra-  
gore differre putat, quem illisi littori fluctu  
emittunt. Seneca vero plausum & acclama-  
tionis secundæ fauorem inter oblectamenta  
fallacia & breuia reponit. Sed diuinius volu-  
bilem illam breuitatem inanitatēmque ostен-  
dit D. Chrysostomus. Nam quæso te, inquit,  
quis fructus esse possit è populari applauso?  
της επιεικεις γδ καταλαβοντος, ουτεως ο υποτος ονειρος γ  
ο δορυφος απαι μαραγεται, succedente vespera, subito  
ille plausus & acclamantium strepitus omnis obfo-  
lescit.

S. Chrysost.  
hom. 3. de  
Ann.

*De stylo Sophistico generatim. Eius mirabilis elegantia & pulchritudo varie à scriptoribus adumbrata, & composita cum Iunone, Sirenibus, auro, purpura, margaritis, &c. μητή, κομψία, &c.*

## C A P. XXI.

**D**E D I M V S velut in theatrum orantes Sophistas & plausibus inhiantes; nunc de stylo & genere orationis est dicendum. A M. Tullio sic in Orat. de *Cit. in Orat.* scribitur. *Est quoddam etiam insigne & florens, pictum & expolitum orationis genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit.* Aliás quoque de eadem re disputat copiosius, viderürque significare nullam animo cogitari posse dictioris elegantiam & pulchritudinem, blandientésque auribus delicias, quæ non essent nimio quodam splendore lucentes in oratione Sophistarum. In eam curam omnes diligentissimè incubuerunt, iam inde à primis Sophisticæ artis parentibus, quos Philostratus quemcumque in locum appulissent, Orphei in modum atque Thamyris incredibili suauitudine loquendi pellexisse omnium animos ait. Princeps in eo Gorgias fuit, qui

communem loquendi rationem & πολυποντας λόγους, inusitatis ad eum diem modis illuminauit, & mirabilius exornauit. Ille primus ξενίζοντας τοὺς λόγους, ut cum Siculo Diodoro loquar, nouo & insueto genere dicendi Athenienses in sui admirationem traduxit; quorum cùm esset aurium iudicium superbissimum, tamen fateri cogebantur, nihil se vñquam audiuisse iucundius, nihil dulcior. Primus, ait Diodorus, ἐχεισθε τῆς λέξεως ἀηδίανονοῖς αὐτοποιοῖς, &c. splendidioribus orationem suam luminibus distinxit;

*Iſidor. Pelus.* primus vt autor est Isidorus Pelusiotæ, politæ dictiōni πολυποντας, sublimitatem adiunxit.

*Themist. or. 7.* De illo & Prodico loquens Themistius, ait illos πολυπολεῖς τε θεοδεῖξαι καὶ γραμματας ὑδοῖς λόγους, ornatissimas atque omni suavitate plenas orationes publicè ostentauisse. Cæteri quoque illi magni eodem æuo Rethores, ex eadem styli magnificētia & ornatu, consecuti sunt omnium laudem & prædicationem. Maximus Tyrius Pro-

*Dissert. 7.* dico tribuit καλλιστὴν, venusti sermonis elegan-

*Plat. in Phedr.* tiā: Socrates Polo μουσικὰ λόγια, museum lepor-

*Dionys. Halic.* rem, concinnitatem musicam: Thrasymacho ve-

rò Theophrastus σποργύλως ἐνφέρεσσας λέξην, ro-

tundam veluti constructionem artificiosæ dictiōnis:

*Philostr. in vit. Hippiæ* Philostratus, λόγους ποικίλοις Εἰ πεφρο-

υπέρεοις δὲ, sermones insigni varietate florentes, & elaboratos eximiē: denique Plato omnibus ge-

*Plat. in Apol.* neratim concedit κεκαλυπτικοῖς λόγοις ρήμασι π

Εἰ ὄρομασι, Εἰ κεκοσμηθοῖς, factam pulcherrimè & instructam orationem verborum nominumque ele-

gantia.

Horum exemplum cùm in oculis haberent, qui deinde floruerunt Sophistæ, non mirum est, si inflammato omnes studio & cupiditate mirifica illa ornamenta, &c; ut verbo utrū doctissimi Nazianzeni κανωπίουσα λόγων ambierint. De quibus scriptores clarissimi cùm agunt, naturarum omnium pulchritudinem videntur colligere, & exquisitas perfectiones, ut qualis sit oratio Sophistarum illustrent, & dicendo patefacent. Themistius *Themist. or. 3.* cum Homericā illam Iunone componit : *Iunonem*, inquit, Homerius ait, cùm fese eleganter rica ornasset, ad Iouem venisse purpurea ueste, flammeo atque inauribus, & ad hæc omnia cingulo ipso Venereis delicato instructam. sic eiusmodi orationes plurimum exterioris ornamenti ex figuris atque nominibus circunfusum habent, &c. Canticus Sirenum & Sitenei, quare dicit Eunapius: Σηπλών λόγοις in Andromach. Euripides. Sic apud Libanium *Liban. ap. 152.* κανίων Αχελώες δυτικέπων, homo elegantior Acheloi filiabus. Cum pellucidis pretiosisque margaritis confert Ioan. Tzetzes, qui cùm de vnio-  
Tzetz. Chisnum generatione disputauisset, ait eleganter *liad. II.* quasdam esse conchas ratione insignes, eisque se nominare libros; gemmas autem seu Gemmas margaritas in eis emicantes, eloquenium hominum orationes videri. Hæc illius verba sunt,

Οὐρανὸν δὲ λογικὰ τοὺς βιβλοὺς ὀνομάζω.  
Μεργάροις παῖτως ἔξι αὐτῶν, δονγοῖς, τοῖς τοὺς λόγοις.  
Idem propè dixerat M. Tullius stylum Sophistarum adumbrans; vocat enim *insignem ornatum quasi margaritarum, præterea calamistrōs, Margariam.*

Aurum.

Argentum.

Fulgent. in  
prefat.Inter ep. S.Ba-  
sil. 148.

Purpura.

Diademata.

Bractea,

Mel.

Hedon.

Latices.

Musica.

& fucati medicamenta candoris & ruboris. Philostratus aurum & argentum, ad illustrem speciem orationis illius dictionis explicandam adhibuit. Nam de stylo agens Herodis Sophistæ, Planè videtur, inquit, χρυσός φύγμα περιασθενοῦς οὐσίας, auri ramentum in liquido fluvio argenteus vorticibus inierlucens. Ita flumen orationis aureum dixit oratorum princeps, & auratum eloquium Fulgentius. Sic Libanius tribuit S. Basilio viro eloquentissimo πάλιον γλωττας, linguam omnino auream. Et S. Chrysostomus totus & ipse aureus Maximi concessionem laudans, tribuit illi πηλού περιοίς αφεῖσας χρυσούς καπαδόσ, orationis flumen auro purissimo collucens. Alij purpuram nominant. Epicharmus apud Laërtium de Platone, cui Sophisticam elegantiam plurimi tribuunt, ait προπο-  
πει λόγοις ποιήσαι πανοίς, purpuram verborum egre-  
giè distinguere. Sidonius Apollin. l. 2. ep. pur-  
puram sermonum. Ennodius ostrum eloquij, & a-  
liás, Diademata sermonum. Plinius in Panegy-  
rico, bracteata dicta. Tertullianus l. de Anim.  
mella eloquentiae. Eunapius ποιητῶν, melleum  
& dulce genus orationis. Hinc Sophista Dionysius nominatus μηχανώτας. Quidam ἡδονας ille-  
cebras, delinimenta voluptatis. Vnde apud Philostratum dicuntur Sophistæ μεθύνει τὰς  
ἡδονας, sese in delicias blandissimæ orationis ani-  
dius ingurgitare. Et Pollucem Rhetorem ait ha-  
buisse, πνας ἡδονῶν λιγάδες διέκεκραμψ τὸ λόγου,  
quosdam illecebroflos latices orationis eximiè tempe-  
ratæ. Alij tribuunt illis musicam harmoniam,

μοισικούς λέγει, dixit Euripides in Hippolyto. Isocrates or. contra Sophist. οὐρανὸς καὶ μοισικῆς εἰπεῖν, dulcibus numeris & concentu quodam musicō in dicendo vii. Et eundem ipsum Isocratem ait Dionysius Halicarnass. οὐφωνίαν ἀντεῖνει μοισικήν. Eunapius de Eustathio suauissimo politissimōque Sophista; μοισικὴν ἀπίκη σοφίων, à cantricibus & dulciloquis sirenibus non multum aberat. Eruditissimus Nazianzenus ιδίων τοῖς πολλοῖς δρόμοις vocat, suauis- simam & numerosam concinnitatem. Plato in Axoch. πυπτὸν & ρημάτων ἀγλασίουν, pompam splen- dorēmque verborum: Eunapius in Proæfatio πη- Pompa. Cœruleo πυπτία : Cicero quoque Rhetorum pom- pam. Aliquando item scenam, hoc est elegan- Scena. tissimum apparatus, l. 3. de Orat. de verbis loquens: Neque ex alio genere ad ysum quotidianum, alio ad scenam pompāmque sumuntur. Sic Philostratus Sophistæ Polemonis στολῶν vo- cat, speciem in dicendo magnificam & instructam.

Sed Græci ferè omnes qui styli Sophisti- ci meminere, tribuunt illis κομψίαν, nimirum Κομψία exquisitum & elegantiæ plenum ornatum. Doctissimus Gregorius Nazianzen. unde ταῦτα S. Greg. Naz. τῆς τοῦ λόγου κομψίας θεωροῦσι, ή φρεστοὶ τὰ τοῦ or. 23. Εὐλείων φρονῶντες, nec compitæ orationis elegantiæ distractus, ob quam igit̄ qui Gentilium placita profiteriur sophistæ, animos attollunt. Hinc dicti Liban. de lamen. batio Sophistæ, κομψοὶ ἐνηρτεῖσι, sciū & venusti<sup>6</sup>. Rethores : & eorum ars Epicteto κομψὸν παχιον. Arrian. l. 3. c. 3. Dionysius Halicarnasseus illis tribuit κομψὸν

*θεατρικόν*, *theatricam veluti pompa elegantiarum*:

*Themist. or. 1.* *Themistius λογίσια κενομηνιερά : Nazianzenus*

*Gregor. N. ix.* *Antistes κομψὰ ἢ ρύθμικά ῥήματα. Cyrus Theo-*

*ep. 37.*

*Cyrus Theod.* *dorus ait eosdem κενομηνιερά, νενυστέ verba fun-*  
*ditare; sic enim in Sophistam Armenium scri-*  
*bit:*

Σοφισματέis Αριδάie, πλιν' μάτις,  
Καὶ κενομηνιερά, πλιν' κατές χές φόροις.

*S. Greg. Nyss.* *Eadem mente S. Gregorius Nyssenus κομψία*

*or. 12. in Eu-* *τὸν σοφισμάτων tribuit hæreticis, ut vetissimis*  
*τοις.*

*Sophistis, qui mellita oratione veneturum im-*  
*pietatis condiebant: τὰς ἀρές, inquit, κομψίας*  
*τὸν σοφισμάτων τὸ φεροποιὸν δόγμα οἰον πειράσῃ κα-*  
*τεχνώσαντες, festiuis enim argutiarum & captionum*  
*inuitamentis, dogma letiferum ut melle quodam illi-*  
*tum, &c.*

*Eundem stylum propter insignium lumi-*  
*nūm pulchritudinem, quidam picturam nomi-*  
*nant. Cicero: Verba ita disponunt ut pictores va-*  
*rictatem colorum: & aliás, eorum oratione nihil*

*Ennod. l. 1. ep.* *ait esse pictius. Eleganter Ennodius, deleni-*  
*ficam orationem, & picta verborum artificia nuncu-*  
*pat. M. Tullius quasi Phrygionum opus in-*  
*tueretur multis & magnificis rebus variega-*  
*tum, purpuram cum auro mixtam. Et elegantissi-*

*me D. Basilij frater πολυκέπτων & πλυνχεων τὸ*  
*λόγων θεοφορά, varijs coloribus artificiosè depictum*  
*& distinctum sermonum textum. Laertius in Bio-*

*Greg. Nyss. or.* *ne artitra, floridum amiculum. Propter eandem*  
*6. contr. Eu-*  
*nom. p. 189.* *varietatem, opinor, Philostratus cum pratis*  
*componit: Quæ ab Antiphonte, inquit, dice-*  
*bantur, ὡρογενήσια τῷ πιθῶν τοῖς λείοις, pratis expo-*

*Picta.*

liuissimis perquam similia sunt. Dionysius Halicar- Dionys. ep. ad  
 nass. de Platonicae dictionis elegantia, iucundum Pomp.  
 quendam florentemque ac tempestivum florem edit, Flores.  
 & quasi à fragrantissimis pratis aura quædam suavis  
 ex ea manat. S. Basilius de Libanij stylo : Tua S. Basil. ep.  
 scriptio αἰδος εἰς τὸ πόδου, ὅλον ἡμῖν τὸ ἔαρ τῆς <sup>149.</sup>  
 θυλωνιας σγαπτεὶς, florem habet roseæ, ver omne  
 picturata eloquentia nobis expandens. Denique  
 scripta illorum nominata fuerunt aliquando  
 Gratiae. Photius de Ælchine, τοὺς μὲν λόγους αὐτῶν  
 τὰς χάριτας φέρουσας, τὰς τὸ Χριστὸν λόγους, non-  
 nulli orationes eius Gratias nominauerunt, ob ora-  
 tionis gratiam & venustatem. An igitur est ve-  
 mirandum sit alicui, si docti viri qui Rhei-  
 torum eorum memoriam suis monumentis  
 sempiternam esse voluerunt, eos sæpe cum  
 Orpheo, cum Thamyride componant, quos  
 incredibili cantus suavitate præstisset cognouimus? Hinc nimirum vacuæ & desertæ offi-  
 cinæ, omnibus ad audiendum conuolantibus,  
 cum Sophista esset dicturus cuius foret sum-  
 ma in populo existimatio: hinc completa fora  
 & Basilice, auditoriaque permagna, mirabili  
 hominum frequentia, qui Sirenum illarum  
 symphoniam, eam pompam scena bracteara  
 fulgentem, eas Gratias vñionibus coronatas,  
 nouam illam diuitemque texturam auro &  
 purpura micantem, ea prata peregrino flore  
 distincta, ver beatum roseis corollis illisque  
 pictum, inexplicabili animi suavitate capti &  
 deliniti mirabantur.

Duo quidam fontes Sophistarum unde mirificum orationis genus exuberauit. Σοφιστικὴ ἔνοια, sive animi conceptus noui, suaves, mirabiles; hinc Ὑδρολογία, θαυματολογία. In corundem oratione opus, unde oriebatur σεμνολογία ἐμπνοια. Sepe lenior fuit spiritus in verborum flumine. Horoscopus Sophistarum. Plures autores emendati, illustrati.

## C A P. XXII.



Vero fuerunt, in quibus Sophistæ machinandis, & specie quadam mirifica elaborandis, ingenij sui neruos intendeant, rationes & epulmēia. Vocant rationes vel rationē, invenia quedam, &, quos vulgo nominant concepius, quos habere eiusmodi connitebantur, in quibus auditor obstupesceret. Dicuntur etiam saepe in historia Sophistarum ἔρωις, Philostr. de vit. aliquando μῆμα: quod Philostrati Interpres Soph. minùs animaduertit, ut de Polemone qui ex tempore declamationem instituerat. Audiens, inquit, Herodes, viri obstupuit τὸν γλαῦπα αὐτοῦ διος τὸν μῆμα. verit̄ μῆμa sententiam ingeniosam: sed αὐτοῦδιος μῆμa h̄c significat promptas animi notiones & excogitationes dicendorum; celeres ingenij motus vocat Cicero.

Hinc apud eundem Philostratum γνῶσαι, exco-  
gitare, inuenire, &c, ut alio loco dicit, εἰδεῖν θέατροι.  
Secundus, inquit, sophista γνῶναι μὲν πεποιηθέντος, διαλύεσθαι  
δὲ, αἴτιος, in excogitando eximius, in sensis animi  
exprimendis impar. Vbi distinctè illa duo ponit  
quæ illustrare contendimus, ἐρωτικὰς & ἐπιμελεῖς,  
quæ D. Hieronymus de stylo Sophistico me- S. Hieron. pre-  
fat. in l. 3. in ep.  
ad Gal.

Appellant ἐπιμελεῖς Rethores modum expli-  
candi notiones animi sui oratione, qui in qui-  
busdam solet esse magnificus & illustris, in  
aliis obscurus humilisque. Ab iisdem nominatur  
sæpe ἀπαγγελία, enunciatio & explicatio notio-  
num, quam Hermogenes ait esse ἀπόλετον λέξιν  
δι' λαταγγίνηται τὰ βαρύνεται. Vbi quidam inter-  
pretantur Subtileas. Hanc raro dictiōnēm illam  
ponit Philostratus, cùm disputat de genere philost. l. 1. de  
orationis vniuersiūque proprio, ut in Anti-  
vit. Soph.  
phonē, σημεῖον τῆς ἀπαγγελίας ἡ ἐπιμελεῖς ποιητικῆς  
οὐδενά. Vbi ἀπαγγελία nihil est aliud quām notio-  
num animi explicatio, dictiōnis ipsius cursus &  
orationis quidam veluti color illustris, pul-  
cherrimis nominibus distinctus, propter quem  
Sophistæ oratio placebat. Similis in Eudoxo  
locus, quem Interpres in obscurauit. Eudoxus,  
inquit, ἔργα της Γριφοῦ δηλώσασθαι τὴν ἀπαγγελίαν  
vertunt, professionis ornatum. Atque hæc animad-  
versio aliorum etiam autorum loca illustrate  
potest. Plutarch. l. ἀρ. αἰών. carpit eos iuuenes, Platar. l de  
audiend.  
qui alio differente tantum laudant λέξεις γε  
ρήματα, η παραλόγως ἀπαγγέλλειν. η δὲ ἀπαγγελόρροος, εἰπο-

χείρισμον, εἴτε ἀγένειον, non querunt. Xylander : καλῶς απανέμεν vertit quod bene pronunciatur, & τὸ απαγγελόθυρον, id de quo pronunciatur. Sed constare ē notatione nostra potest quid sit καλῶς απανέμεν. Galli dicent habere pulchram explicatiām, quod ad orationis modum est referendum. Pat lapsus in voce Σύλλεια apud eundem Plutarch. l. de educat. puer. vbi oratorem ait stylo & scriptioṇi assuetum servare semper τὸν αὐτὸν τῆς Σύλλειας χαρακτῆρα, eundem orationis modum atque cursum: vertunt meo iudicio haud recte, interpretationis formam. Hæc præmittenda videbantur, ut nominum ratione percepta, liquidiūs deinde constaret, quales Sophistæ in iis duobus veluti fontibus apriendis fuerint, vnde splendor & dignitas orationis, & incredibilis suavitudo manabat.

*Errata Sophi-* Igitur siue ἔρωις consideremus, hoc est in-  
*stari* ὡρόσ- uenta animique notiones excogitatas, siue  
*ζοι*, nouæ, mi- earundem expolitam enunciationem, quam  
*rabiles, &c.* εἰρηνεια siue απαγγεια vocari diximus, in iis  
*Sophistæ* omnia habere cupiebant noua, incun-  
*da, mirabilia*; quibus siebat ut tenerent audien-  
*tium* animos, & singulari voluptate perfunde-  
*rent*. De admirabilitate sic Philostratus signifi-  
*catur*, cum de stylo & ingenio Critiæ, τὸν ὡρόσοζον  
*μὲν* εἰρηνειαν, τὸν δὲ ζον τὴν απαγγειαν, Κερτίου ἀγώνα.  
*Mirabiliter* excogitare, et animi sui cogitationes  
*haud* vulgari modo enunciare, proprius Critiæ sudor  
*fuit* et ingenij contenatio. Hinc ὡρόσοζοι ἔρωις ab  
*eodem* nominantur, diuini quidam et mirabiles  
*conceptus*: de Nicete Sophista eleganter, τὰ  
*οἱ* ἔρωις idιαὶ τῷ γῇ ὡρόσοζοις ἐνδιδῶσιν, ὥστε οἱ

*Βαυχῖοι Σόφοι τὸ μῆδι, ἡ τις ἐμοὶ τὸ γέλαυτός. Nationes autem proprias & admirabiles, non secus atque bacchantium thyrsi mel, & examina lactis, edit.*

*Aliás σοφίστης dicuntur ἔρωις, quæ nimirum splendidæ sint, audaciore, & admirabilitate plenissimæ: quemadmodum Galli vulgo excellentia oratorum ingenia ad excogitandum acuta prædicantes, vocant des iolies, belles & hardies conceptiones. Sic Herodes Atticus tribuebat Alexandro Sophistæ τὸν ἀεὶ τὰς Σοφίστας ἔρωις τὸ λαμπά, in Sophisticis inuentionibus audaciam.*

*Dionysius Longinus vir doctissimus appellat ξένα νοήσεις, nouas & inusitatæ; quas dum nimium affectat in historia Timæus, sæpe, inquit, in inuenilem dicendi rationem delabitur: ubi autoris mentem sanè Interpres minimè assecutus est. Sectione deinde 4. nominat καρίκαιανδρον Idem sect. 4.*

*τὴν τὰς νοήσεις, Studium nouitatis in formandis animi conceptibus; circa quod, inquit, huius ævi scriptores νοὐτερίων, maximè insaniunt: quod de Sophistis omnino intelligit. Quos Julianus Julian. or. 1. quoque Imperator animaduertit studiosissimè Panegyr.*

*quærere solitos μῆδον Ήρα αἰδεντο τοῖς περιθερ διηγοντες, genus quoddam orationis à nemine hactenus excogitatum, eo modo auditores, τῷ ξένῳ ψηφιζοντες, nouitate recreores. Notauit idem Philostratus vbi de Attico Herode, ἔρωις, οἷα μὲν ἐτέρων φυγαδῶν, excogitatae animi notiones eæ fuerunt, quales alteri facile in mentem non venirent. Dicuntur ab eodem autore πηγενοὶ ἔρωις, aptæ ad pompam & deliniendam audientium coronam: in πηγενοῖς quibus ait vulgo Sophistas ιπτερίων, ut Longinus κορυφαῖς. Sed plurimum eas secta-*

ἔρωις σοφίστης.

Longin. αεὶ  
v. sect. 3.

Philostr. I. 2.

Philostr. I. 2.

bantur, quæ multum haberent suavitatis au-  
rèisque tenerent, idque moderatores facie-  
bant intra modum; qualis fuit Dionysius Mi-  
lesius, qui μάγιχεωτας τοι τας ἀντολας, ον εὐερε τοι  
τας ἀδοκις, ωτωρ εινι ηθοφιστην, cum in notionibus  
inueniensque foret suavis mus, non ut plerique sophi-  
storum, voluptatum et earum delitiarum blandimentis  
indulgebat. Cæterum id studium ortum inde est  
à Gorgia, quem primum aiunt Sophistis auto-  
rem fuisse Σεμιολογια, inquit Philostratus.  
Hinc apud Synesium Σεμιονη Γαυμασσοροια. At-  
que hactenus de inventionibus Sophisticis.

Qualis So-  
phist.  
Ερμηνεια.

Opus.

Σεμιολογια.

Quod attinet ad ερμηνεια & inuentorum ex-  
positionem, siue totius orationis stylique mo-  
dum, eum quoque venustate & dulcitudine  
plenum, & mirabilem esse cupiebant. Audacio-  
ribus enim inuentis sepe respondebat in ora-  
tione ορην, impetus quidam magnificus et exultans,  
quem etiam à Gorgia inductum volunt: Ορην  
Της αφισσης ήρξε, ait Philostratus, qui paulò post  
etiam πνευμα vocat, & quasi interpretans, ait  
primum Gorgiam visum τη μεγάλα μεγάλως ερ-  
μηνεύειν, magna magnifice exponere. Sophisticus  
idem impetus Græcis Rhetoribus aliquando  
dicitur ιρης, ακμη, χολη, θυμος, vnde mirifica di-  
gnitas oriatur, & quo i de Polemone dicit  
Philostratus, σεμιολογια ερηνοις η λαμπρεψ ωτωρ  
τεινοις, grauitas quedam splendida et Apollinis  
quasi è tripode inspirata: paulò vero ante eius ora-  
tionis ideam ait fuisse ορην η ερηνοιο, calidam  
et agentem. De Alexandro Sophista idem,  
Γαυμασσοιο η ιρη επιδιζαν, vim in dicendo mirabi-  
lem ostendit. Sepe autem dulcior idem spiritus

fuit & placidior, ut in Critia, de quo in eius  
vita; τὸ δὲ τὸ λόγευ πρᾶγμα ἐλπίστερον μὲν, ἀδύτιον, & λέπτον,  
ἀπερὶ δὲ Ζεφύρου αὐξεῖ. *Orationis* *spiritus* saepe defe-  
ctior, veruntamen dulcis & Zephyri aura suanior.  
Huius generis multi fuere Sophistæ, quorum  
dictio leniter fluens & copiosa, & ut ait de  
Isocrate Dionysius Halicarnasseus, κεχυμόνη  
πλούσιος, atque in modum placidi fluminis latè  
stagnans & effusa, argenteis veluti vndis niti-  
da & pellucens, in ambitus ferebatur huma-  
nissima quadam voluptate. In ea ut in læto &  
diuite prato, omnigena varietate flosculi, ut in  
littore Erythræo gemmæ vunionesque luce-  
bant: in eadem omnium venerum illigatus  
lepos, vel potius ipsa Venus cum delinimentis,  
cum cæstu myrothecioque suo ridebat. Nec  
mirum Sophistas adhibuisse in dicendo vene-  
res, qui horoscopum in Virgine habuisse  
credantur à Venere dulciter illuminata, à qui-  
bus μεταρολέγοι illi vanissimi orbium cœlestium  
inspectores, fieri dicunt φιλολόγοι & eloquentia  
præstantes. Qua de re ita Firmicus: *Horoscopus*  
*in Virgine*, & *in eodem Mercurius & Venus & Mars*  
partiliter collocati eloquentissimos facit: talis Her-  
modori & Demosthenis fuisse genitura prodi-  
tur à veteribus. Sed ante illum poeta Manilius  
idem cecinerat:

*Horoscopus*  
*Sophistarum.*

*Firmic. Mater.*

*Manil. 16.*

*Ora magisterio nudosque coercita Virgo*  
*Ad studium dicit mores, & pectora doctis*  
*Artibus instituit.*

*Illa decus linguae faciet regnumque loquendi.*  
Sed quæ fuerint Sophisticæ dictionis orna-  
menta, nunc partitè via & ordine videmus.

*De multiplici Sophisticæ dictionis ornatu, & primūm, de Verborum delectu.*

C A P. XXIII.

I. *Verba Sophistarum mollia, meretricia, florida. Propter orationis appositiū nominati Sophistæ.*

**R**IA omnino sunt, ut Theophrastus memoriae prodidit, è quibus dictioni granditas, splendor & magnificentia quædam accedat: primūm delectus verborum, deinde quæ ex illis efflorescit con- cinnitas, postremò figuræ quibus hæc inclu- duntur. Hæc quām fuerint in Rhetoribus in- signia, ordine & ascitis clarorum virorum te- stimoniis ostendamus, à verborum delectu su- mentes initium. Verba autem Sophisticæ ora- tionis non vnius generis fuerunt, sed multipli- cia: & quia floride in primis dicere cupiebant, cura illis fuit *σφεξ*, *florida*, & suauia deligere.

*Plutar. de civil. instis.* Plutarchus id eleganter expressit, cùm vocat orationem *πανηγυρικήν* & *σερανηπονοῦσην* ἡ απαλῶν & πονηρῶν ὀνομάτων, ad pompam & scenam expolitam, veluti corollam ex delicatu ac floridis vo- cabulis undequaque colligentis. Quam rem vocat *σοφιστικὴν* *ωδεῖον*, redundantem & exquisitam nimis Sophistarum industriam. Aliás vocat *σφεξ* & τε- pīcētē τὸ ὀνομάτων, *florida* & *luxuriantia* vocabula;

*Idem l. de an-*

& Lucianus φίνατα πάντα εἰπεῖσθαι, verba plusquam *Lucian. in  
meretricia.* Ita verò nominant, quòd ex iis bellè *Piscat.*  
& exquisitè coagmentatis, existeret quædam  
oratio, fracta, elumbis, & delicata, quæ blan-  
do illapsu audientium animos titillaret. Quo  
modo Synesius Rhetorum sermones nominat *Synes. o. d. regn.*  
*χριστίας,* delicata molliitie luxuriantes. & aliās,  
*σγητήρας* & *ιδοῦντα μειούντα*, qui libidine volupta-  
ris adolescentium animos afficiunt. Fabius Quinti- *Fab. l. 5. c. 12.*  
lianus eloquentiam libidinosam appellat, quām  
in poetis insequitur grauis Persius:

cū carmina lumbos *Inirant, &c.*

Apud Senecam Controuers. 14. est *lasciuus* di-  
cere. Hinc eruditissimus Nyssenus Gregorius *S. Greg. Nyss. or.*  
Sophistam Eunomium ait ἐπωνεῖτε φίνασι, lu- *12. in Eunom.*  
xuriari verbis solutiisque lasciare. Eandem mol-  
lissimam Rhetorum phrasim Clemens Alexan- *Clem. Alex. l. 5.*  
drinus oratione depingens, οὐδόντες, inquit, ὡς  
τραχιῶντες ἢν αὐτοὶ τοὺς ακοὰς οὕτοι κίνδυνοι γένο-  
μοι, eos quibus aures pruriunt, non satis viriliter  
demulcentes & titillantes. Planè ἐπωνεῖτε τευφελά  
τοιονατον explicat. Eunapius in Libanio dixit  
λέξεις κατηγορώντος θράψας, dictiones quæ illecebras meras  
& suauia spirarent. Latini fractum & emollitum  
genus orationis nominant: Seneca maior in *Senec. Centros.*  
Controuers. Non tantum emolliē compositionis *19.*  
sunt, sed infraētæ. Laudans Synesius, propter ex-  
quisitum verborum delectum, illis tribuit  
αὐθοδίτων, veneres aut venustatem. Illorum, inquit, *Synes. in Dictr.*  
oratio πολὺ τὸν αὐθοδίτων ἐπιχειρήν, incredibili  
quādam venustate expolita: subdit autem propter  
κάλος ὄνοματων, iis Sophistarum fuisse nomen  
impositum: Ταῦτη δὲ τοξοὶ οὐδέποτε, μὲν λίγοτες

σκηνῶν τῷ καὶ λειψθῷ ὄρομέ των, ἡξιωῦ τὸ τῆς περιουσίας  
ποντικός, ideo ab hominibus, quos singulari dictionis  
palchritudine elegantiaque mulcerent, sophistæ nomen  
habere meruerunt. Eandem ob causam dicuntur  
etiam Eunapio εἰς θεάτρῳ λόγον ἐπαφρόδιππι, in  
declamationibus floridi & veneribus omnibus affluen-  
S.Basil.ep.146. tes: & à S. Basilio ὡς τοῖς λόγοις τευφῶντες, qui  
delitiantur verborum elegancia.

**II. Vocabula poetica.** Gorgias primus adhi-  
bibuit, deinde plerique omnes. Pater So-  
phistarum Homerius, mater Tragædia. Id  
studium reprehensum. Plato illustratus.

**V**NUS Sophistæ & poetæ finem intuentur,  
audientium voluptatem: frequens igitur  
poeticorum nominum usus apud Sophistas,  
ut Musarum eos alites pro ingenio quisque suo  
imitarentur. O πέλος λόγος, ait Strabo, ὁ γε καπ-  
ανδρεύδος μήματα τῇ ποίησε δὲ. soluta & pedestris  
oratio compitiūs elaborata, poetice elocutionis imita-  
Strab.L.T.  
Plat.in Sophist. mentum est. Itaque Plato in definitione Sophistæ  
ponit τῆς ποίησες ἀφωεισθόντες λόγοις τὸ Σωματονί-  
ματον. cuius sententiam loci vereor ut doctissi-  
mus interpres sit assecutus; vertit enim, huma-  
næ effectionis determinatam progeniem. Vult Plato  
Sophisticam esse imitationem, atque adeò cer-  
tam & definitam esse partem poeticæ, non di-  
uinitus afflatæ, sed humanæ, quæ verbis ut  
præstigiis audientes illudat.

Gorgias au-  
tor.

Id autem studium arripiuerunt Sophistæ  
τοπίοις δρᾶσματος, ut Dionysius Halicarnasseus pro-  
dit

dit in Lysiae vita, qui cum Athenis legatione fongeretur, orationem habuit floridis poetis nominibusque distinctam, ornataisque mirabili suavitate, qua Graecorum omnium animos obstupefecit. Illius poeticæ imitationis causam subtilius inuestigauit Aristoteles, & in libris Rheticorum posuit. Nam cum poetæ qui primi sibi audientiam fecisse dicuntur, tametsi quædam inania & futile canerent, summa tamen omnium voluptate audirentur, ob dulcem numerosæ dictionis ornatum nominumque splendorem ingeniosa quadam magnificentia in hominum cœtum inductum, acutus è Sicilia Gorgias ad deliniendos auditorum animos, similitudinem eorum quandam ascendentam esse putauit. Quare, inquit Aristoteles, ποιητὴν ἀρχομένην λέξιν, οἷς οὐ Γοργία, poetica prima extitit elocutio, ut Gorgiae. Capit. 3. eiusdem libri poetorum nominum adfert exemplum promptum è Gorgia, qui πλευρονοστικά dixit insolenti, affectata & poetica compositione: & paulò post noua & audaci metaphora χλωεὶς διδασκαλία τε προσχωπτα, negotia pallida & exanguia. De eodem Gorgia Philostratus, Verba, inquit, poetica ad venustatem & grauitatem adiecit.

Ab hoc autem initio, dici vix potest, quanta omnes cupiditate ad eas orationis delicias animum appulerint. Antiphontis oratio εἰπεῖν ποιητῶν δρομαῖς, poetis nominibus effloruit. Et uniuersim de Sophistis ita meminit Isocrates: Orationes eas scribendas suscipiunt, quas nemo est quin permittat carminibus quæ musica ratione ac numeris constantib.

quam forensi dictioni similiores esse fateatur. Nam & sermonis genus habent magis poeticum & maiorem rerum varietatem continent, &c. Ea fortè causa fuit, cur Sophistæ gloriarentur sibi esse patrem

Homerus pa-  
ter Sophist.

Homerum, Tragœdiam autem matrem; & ad Homerum adiungebant etiam Archilochum ut parentem alterum, ad vim, & ardorem animi generosum, & heroicam sublimitatem. Itaque Hippodromus Sophista Homerum quidem aiebat οὐοισῶν φωτίου, Archilochum autem esse πελέα, ut ab illo suavitatem & inexplicabilem quandam varietatem, ab hoc sonitus in dicendo maiores altitudinemque sumerent. Sanè Eustathius graueriter pronunciat Iliadem Homeri γέμονος μειαν καλῶν φιλοσοφίας, πυρηνας, &c. indéque maximè hauriri posse εἰρηνικῶν πόλεων, laudationum vias & rationes, & panegyricarum orationum artificium, in quibus Sophistarum exultabat & dominabatur

Hermog. l. 2. de  
Homer. c. 10.

Max. Tyrius  
dissert. 16. & 31.

industria. Idem sentit Hermogenes, qui Homerum non modò facit ποιηθὲν ἀριστον, verùm etiam οὐ ποτέ. Quare Maximus Tyrius Platonem ait Homero sermonis sublimitatem sui debere. Et alio quodam loco, Platonis οὐρανὸς οὐ ποτέ ex eodem illo fonte musico manauisse, quemadmodum, inquit, ex Oceano Mæotis, ex Mæotide Pontus, ex Ponto Helleponus, ex Hellepono mare defluxerunt. Ab hoc igitur capiebant Sophistæ & rōmæ mirabiles & dictionum venustatem: & si merito Dion Prusæus appellate Socratem potuit Homeri discipulum, iure illos dicere quem fuisse Homeri amasios & alumnos. Eandem ob causam suauabantur &

Eustath. in  
Hom.

Tragœdiam, quam Nicagoras Sophista ὡρισῶν Tragœdia  
μηνὶς dicebat. Hinc Philostratus ait Tyrium mater.  
Sophistam Adrianum è tragœdia haussisse &  
notionum splendorem, & in causarum exor-  
natione varietatem.

Hoc studium styli poetici & imitatio, primis Reprehensionum  
temporibus ita placuit, ut de suo quidem æuo id studium,  
dicat Aristoteles, eos omnes qui illo modo in  
dicendo vterentur, existimatos à plerisque  
omnibus fuisse ἀγέρεδαι κατίστα, pulcherrimè ve- Aristot. l. 3.  
nus dicere; quorum ipse opinionem ar- rhet.  
guit, nec veretur nominare αποδύντες. Diony- Dionys. Halic.  
sius quoque Halicarnassus Platonem eam ob ep. ad Pomp.  
causam reprehendit, qui ad eosdem scopulos  
φιλοποίας suæ nauem illiserat. Nam cùm lecto-  
rem conciliare suum vellet, poeticis ab hortu-  
lis strophiola texebat, & versicolores veluti  
toros coronarum, atque adeò earum luscinia-  
rum vti vocalis & dulitudine conabatur,  
ζηλώστις τοις ἀπό Γοργίων λόγοις, ait Dionysius; quod  
appellat ποιητικὴν απιροκαλίδην, poeticam inele-  
gantiam.

Nec tamen complurium reprehensiones ab Latini quo-  
his delitiis prohibere Sophistas potuerunt, que Rethores  
quin facti Latini etiam Rethores μουσῶν θεοί, μουσῶν μητέρες.  
dum ad eadē poetarum suavia diuertunt. De  
suæ tempestatis oratoribus loquens Tacitus, Tacit. Dialog.  
ait notatum probatumque fuisse ab auditori- de orat.  
bus, si quis locus exquisito & poetico cultu enituisset.  
Exigitur, inquit, iam ab oratore etiam poeticus decor,  
non Accij aut Pacunij veterno inquinatus, sed ex Ho-  
ratijs & Virgilijs & Lucani sacrario prolatus, &c. Ar. Fabius l. 8.  
guit illos Quintilianus & refutat, & corruptissimo proæm.

*Idem l. 10. c. 2.* quoque poetarum figurās seu translationes mutuamur, &c. & lib. 10. Id quoque vitandum (in quo magna pars errat) ne in oratione poetarū nobis imitandos putemus. Arbiter in Satyrico vocat morbum: Rogo inquam quid tibi vis cum isto morbo: non minus quam duabus horis tecum moraris, & sapienter quam humanè locutus es.

III. Tumida & dispergula<sup>re</sup> Sophistarum dictio. Tumidum oppositum sano. Hinc orationis insania, furor, παρέδυρος. Vomitus morbus. Fanatici Oratores. Gregor. Nyssen. emendatus.

Dionys. Long.  
ap. vñcis.

**D**IONYSIVS Longinus prudenter asseruit, *ποιητὴν μάλιστα τῆς δυσνηλακτίατος*, longè omnium esse difficillimum, tumorem in dicendo vitare. Cùm enim omnes ipsius naturæ impulsione, in granditatem altitudinemque ferantur, sit nescio quo lenocinio magni animi, & præclara moleantis, ut Orator in vitium præcipitet. In Sophistis id enenisse aliquando, clarissima hominum testimonia significant, quos aiunt magniloquentiam consecstantes, prætumidam exhibuisse orationem & inflatam, quam meritò viri sapientes repudiarent. Dat exemplum idem Longinus: *Hinc, inquit, illa Gorgie Leontini ridentur, Ξερξὲς ὁ τῆς Περσῶν Ζεὺς, Xerxes Persarum Iuppiter, &c, vultures animata sepulchra.* Hæc ait Criticus non υψηλα, sed μετιωγε esse. Quam ob causam Clearchus ab eodem nominatur φλοιώδης δοῦρη καὶ φυσῶν, homo inflatus & laxo cortice exu-

φλοιώδης &  
φυσῶν.

berans. Modum huius vitij ibidem ponit, πούσιδων ταῖς αἰρεταῖς ψέλεται τε ὑψη, tumidum illud & inflatum orationis granditatem superare contendit. Idem reprehendit in Sophistis Hermogenes, quos *Hermog. l. 1. &c.* appellat contumeliosè οὐτόξυλοις στροφίσας, rhetores *form.* subligneos, qui, inquit, nominant *Vultures* sepulchra animata: quod dictum est Gorgiae, quem tamen minimè nominat. Subdit eos morbum illum hausisse à Tragœdia, in qua multa magnificentius elata, quæ reprehendi in oratore debeant. Et tamen ut superius ostendimus, à poetis mutuabantur plurima, & præsertim magnificos illos sonos strepitumque amabant. Dionysius Halicarnass. φόφοις appellat & κόμποις *Dionys. Halic.* nam reprehendens poeticum quendam ambitum & inflatum Platonis, φόφοις τεττές εἰσὶ & διεύ-*ep. ad Pomp.* εργάσαι, κόμποις ὄρομετων πολὺς, τοῦτο δὲ οὐδέποτε εὔχορτες. Strepitus hi meri sunt & dithyrambi, tumore nominum multo, & exigua prudentia constantes.

Quod dithyrambos meminit, eò spectat ut intelligamus Sophistas adhibuisse grandia & sesquipedalia verba, & inusitata compositione fabricata, à quibus appellatus fuit Rhetor Nicetes διθυραμβώδης & ταῖς εαρχοῖς. Hinc tympana eloquentiae apud Quintilianum: eosque tumidos oratores doctissimus Hieronymus ita describit; *D. Hieron.* Cava verba & in modum vesicularum iumentia buccis *ep. 100.* trutinantur inflatis. Itaque laudans Apollonium *Cava verba.* Tyaneum Philostratus, hunc nāxum dictio-*Philostr. l. I.* nis ab eo remouet: λόγων δὲ ιδέαν ἐπίσκυσες & διεύ-*c. 13.* εργάσαις & φρεγματίσαις ποιητοῖς ὄρομεσσοις, ut ebatur dicēdi genere non dithyrambico aut poeticis nominibus intumescente. At Sophistæ ut grande quiddam

Aristoph. in  
Ran.

pleniūsque maiestate funderent, βο'ηα φίμωται,  
ut cum Aristophane loquar, studiosè legebant,  
όφεις ἔχονται εἰ λόφοις, quae comantes cristas haberent  
et supercilia. Propter quæ facetissimus idem  
poeta Aeschylum illudens nimio tumore so-  
nantem, vocat κυμπακελορρήματα, ampullosis verbis  
turgidum. Quare doctè Suidas animaduertit,  
olim artem Sophistarum dictam fuisse οἰδοῦσαν,  
verbis inselentius iumentem. Cuius imaginem ne-  
scio an quispiam elegantiùs, quam eloquen-  
tissimus Gregorius Nyssenus expresserit, cùm  
Sophistam Eunomium arguit. Nam orat. 6.  
vocat λογογράφος φυσαλίδας, scriptitatoris ampullas, &  
πομφολυχας αφρωδης, sumosas bullas: & paulò pòst  
αφρωδησκον, sumosum tumorem. Idem or. 12. cuius  
sermonem similem esse ait pulmonibus marinis  
tumorem habentibus, & esse φλεγμάντα: vbi turgi-  
dum malim verttere, quam cum Interpretè  
estuantem. Et aliquantò pòst, θεωρητῶν, inquit,  
εἴ τι σύμφωνό τῷ λεξιστικῷ καλωπιζόμενος, vocalium  
gravi sono percipens, et fucum faciens. Ad eundem  
lapidem Sophistæ etiam Latini impege-  
runt. Seneca pater elegantissime nominat vo-  
micum morbum Suasor. 12. & Praef. l. 5. Controu-  
de illo grege vnum ita pingit. Musa Rhetor mul-  
tum habuit ingenij, nihil cordis: omnia usque ad ulti-  
mum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed  
extra naturam essent. Extra sanitatem dicit esse

D. Aug. tom. 7.  
l. 3. contr. Petil.  
c. vlt.

S. Chrysostom.

17. in 1. ad Ti-  
moth.

quæ sunt inflata: vnde apud S. Augustinum  
eloquentiæ antistitem, l. 3. contra Petilian.  
tumidum opponitur sano. & peritè S. Chrysost.  
τὸ φλεγμάντον φαῖδε οὐκάνει; quod turgidum est, non  
sanum dicimus. Hinc oratione tumidi insanire di-

cuntur Græcis Latinisque. Cicero in Bruto:  
*Insulsatatem enim & insolentiam tanquam insaniam Insania orat.*  
*quandam orationis odit. Eodem sensu furorem dicit*  
*in Controversiis Seneca: In iis si minus est insaniæ, Controvers. 25.*  
*minus spei est. Illi quitument & abundantia laborant,*  
*plus habent furoris, sed plus etiam corporis, &c. Long-*  
*inus vocat παρενθυστον, insaniam, à thyrsis Bac-*  
*charum. Idem quem modò laudauit Seneca* *Senec. Contr.*  
*eos tumidos oratores, fanaticos indigitavit, sic 34.*  
*enim loquitur: Rhetor Romanus multo vehemen-*  
*tius insanit, quam nostri fanatici.*

IV. Præsca verba & obsoleta. Eorum usus  
 apud Sophistas. Μορμονίκεια, Δαματα, περιπ-

Q uo doctior & venerabilior esse quodammodo videretur oratio, vetera quoque & obsoleta vocabula in orationem suam inducebant, purâ è Dosiadæ ara, Lycophronis Alexandra, aut Philænidos libris hausta & libata, quæ dicenti maiestatem conciliarent. Id in primis notat his verbis Themistius: Cùm in *Themist. orat.* exquisitiore loquendi ratione peregrinos esse nos atque hospites animaduertant, πνευματικά τε & αινιγματώδη καὶ χρόνι, voculas quasdam obsoletas, & diuturnitate temporis obscuras colligentes aures nostras diuerberant. Idem ait Lucianus, *Lucian. in Psendolog.* eaque nominat θύρων & αεροχλω μετα, situ & araneis oppleta, quæ solent, inquit, πατέωντες τῷ συναντεῖν τῷ ὄντι, intelligentium aures vulnerare. Et alio loco ineptum Rhetorem instruens, ut *Idem in Rhet.* gnauiter ineptiat: μῆτ ὁ, inquit, ξερόπητες γένεται πρæcept.

φήματα, & παρειδίαις ιππίσθηται καὶ φύγει, &c. Deinde  
vbi obsoleta & peregrina, raroque ab antiquis visitata  
collegitur verba, hæc expeditè in audientes ejaculare;  
ita enim te frequens populus venerabitur & admirandum suscipiet. In Sophista Libanio licet eam  
consuetudinem animaduertere, de quo ita  
scribit Eunapius; λέξιν διηγεῖται πάντα τοιαῦτα  
χαροτές σφραγίδας εἰσοδοταρ, ως αριστημα την παλαιόν ναζαρίου,  
εἰς μάρτυρα. Nouas aliquas & inuolutas tenebris an-  
tiquitatis voces adinueniunt, cœu donaria quædam  
prisci sœculi detersa in medium protulit. Id si modo  
& ratione fiat, dictioñem ornare monent elo-  
*Eab. l. i. c. 6.* quentiæ magistri: Vetera. inquit Fabius Quintil,  
maiestas quædam, & ut sic dixerim, religio commen-  
*Cic. 3. de Orat.* dat. & M. Tullius de iusitatis loquens; quibus,  
inquit, loco posuis, grandior atque antiquior oratio  
sepe rideri solet. Sed idem tamen paulò post ita  
subdit; Veterum verbum sit, quod tamen consuetudo  
ferre posuit.

In hac sanè re fuere liberiores Sophistæ, &  
audaciùs ex ultima antiquitate repetita iacta-  
bant, quæ Themistius amariùs illudens vocat  
ἄνθη μορμονίκαια, terriculamenta; adeò ut auditores,  
inquit, ipsi cohorreant, & terrore consternen-  
tur, pænèque vox illos deficiat, quemadmodū  
iis accidere dicunt, qui primi à lupo visi fue-  
rint. Imitatur fortè Comicum Aristophanem,  
qui huiusmodi φήματα vocat ἄνθη μορμονίκαια co-  
dem sensu. Lucianus dixit δοεμονίας τούτων, vana  
*Senec. prefat. l. 5.* & nugatoria verba. Expressit μορμονίκαια Seneca,  
nominatque portenta, cum de Musa Rhetore  
loquitur à communi dicendi ratione longius  
abeunte. Aeschines vocavit θαυματα; sic enim in

*Aristoph. in  
Ran.*

*Senec. prefat. l. 5.  
Controvers.*

*Aeschin. in  
Ctesiph.*

Demosthenem: *Hæc, ὡ bellua, cuius sunt ὄψιαι  
ἢ ὄρματα, verba aut monstra?* Poëta Græcus in  
Anthologia, οὐδόνυα, prodigiosa. Hinc apud *Lucian. in Phis  
lopatr.*  
Lucianum περὶ λογίᾳ φιλοσόφων, & in Agellio *Agellius l. II.  
c. 7.*  
monstrum verbi, qui duos oratores omnium ir-  
risione illusos meminit, quod apludam & flo-  
res & bonitatem, verba iam inusitata & ob-  
soleta, ad orationum ornamenta legissent. α-  
περικάλοις ipse vocat, & eorum vitium, ὄψιαι  
ἢ ὄρματα, seræ eruditionis.

V. *Nouata verba. Sophistæ & Sophistiæ operæ  
λόγων. Τεχνολογικὴ scientia. Detorta à com-  
muni loquendi ratione vocabula Rheto-  
rum. Ψυχὸν seu frigus in dicendo & λέξισι.  
Tertullianus leuiter emendatus. Illustra-  
tus aliquoties Gregor. Naz.*

SOPHISTÆ quoque arbitrio suo quedam  
nouabant, & modò nata in disputationes  
suas, quasi donata ciuitate mittebant. Quo  
modo Crantor δέρος ὄνοματοῦ dicitur aptid  
Laëtitium, & Bion φορλεκοῖς ὄνομασι χρισθρος. Ita-  
que Rethores solitos ait Lucianus ποιεῖν κατὰ τὴν  
διγόνην ὄρματα, noua & monstrosa nomina fingere  
& componere. Et Isocrates innuit opinor So-  
phistam, cum ait λόγῳ εὑρετικῷ, verborum opif-  
cem; sic enim in Euagora: ποιεῖν ἢ γέντωρ, ἢ ποι-  
της, ἢ λόγων εὑρετης αὐτοῖς τῶν περιφραγμένων ἐπαγγέλτες;  
quis orator, aut poëta, aut verborum opifex, pro  
rerum gestarum dignitate collaudarit? Photius Photius Cod.  
de Sophronio Patriarcha, qui non tam pie 23.

Laërt. de rit.  
philos.

Lucian. pñl.  
διδασκ.

Ioscr. in Enag.

quām Sophisticē declamitabat, ἐρευπεῖται τοι  
ταῦτα τοῖς πίνακοι, &c. nonis verbis iuueniliter  
exultat, ut equi pullus saltibus gesliens. Sed præ-  
sertim ijs Sophistæ quos εἰσήγαγε suprà dixi-  
mus, quíque laqueis captionibꝫque vteban-  
tur, Philosophorum imitatione, suo quodam  
iure noua cudebant. In hoc enim yanissima  
quadam ingenij ostentatione elaborabant, sua  
ut mysteria ijs verborum inuolucris & inte-  
gumentis inobscurarent. Sophos enim illos  
*Eunap. de vit. veteres ait Eunapius arcana sua consueuisse*  
*Phil. καλύπτειν ἀστρεῖα, obscuritatis latebra ut poetas fa-*  
*Synes. in Dion. bulis inuolucrere. Itaque Synesius reprehenden-*  
dos putat, qui arcana dogmata [δόξατα ἀρρώ-  
τα] tractant λόγοι τετάξιοι, triuialibus verbis.

Pythagorei  
affectabant  
obscurita-  
tem.

*S. Greg. Naz.  
or. 3.*

Stoici quo-  
que nouorum  
epiphices.

Antiquissimum id Pythagoreorum fuit in-  
stitutum, quorum in disciplina ita fuit com-  
mendata obscuritas, & in magnis rebus expo-  
nendis difficultium verborum contextus, ut qui  
non facerent, vulgo reprehenderentur. Sanè  
Hipparchum Pythagoreum scimus accusatū,  
quod aperte scripsisset decreta Pythagoræ,  
expulsūque fuisse è schola, & propter ipsum  
tanquam mortuum factam fuisse columnam.  
Idem quoque secutus Anaxagoras, commen-  
tarium emisit cui titulum fecit *μνήμη*: memi-  
nit D. Gregorius Nazianz. Eruditissimus Bil-  
lius vertit *Cingulum*: melius opinor apud Eliam  
Cretensem *Lorum*: librumque interpretatur  
abstrusis verbis obscurisque difficultatibus re-  
fertum, quibus ut loro animos legentium im-  
plicabat. Alij deinde è varia porticu Sophis-  
tæ, ab eadem officina quædam etiam noua

promptserunt, quorum esset vulgo intelligentia obscurior, & literatis quoque hominibus ignota. Hinc illa proegmena & apoproegmena, de quibus M. Tullius aliquique: hinc σύμβα-  
μα, οὐδενόμενα, excogitata à Chrysippo, quæ  
Lucianus more suo bellè itrisit. Et Theologus *Lucian. in Vi-*  
*Nazianzenus de Herone*, Huius, inquit, phi-  
*losophiæ fructus non sermone factæ ciuitates,*  
S. Greg. Naz.  
or. 23.  
τοινδαχοὶ πνεὺς ὡς αὐτοὶ φασι, καὶ τραγίλαφοι, ἀ τυλάπα  
μόνι σωμῆποι. Et paulò post, εὖτε συμβάματα ē  
οὐδεομένα, καὶ η πχολογουμένη σοφία. Vbi iudi-  
cio meo πχολογουμένῳ appellat istam sapien-  
tiam, non tam argutatricem, ut doctissimus  
Billius vertit, quam verborum opificio gloriosam:  
quod ea quæ ponit vocabula noua & inusita-  
ta declarant. Cui expositioni fauere omni-  
no videatur quod ait Nyssenus Antistes non  
facundia minus quam sapientia nobilis, qui  
Sophisticam artem circumscribens, vocat il-  
lam τὸ θεωρήματος πχολογίας, Rheto-  
rices artificium alia pro alijs nomina excogitantis.  
Quo nomine Clemens Alexandrinus carpit *Clem. Alex. I.*  
Stoicos, quod obscurius rem definirent cum *s. Strom.*

dilucidè perspicueque possent. Ita enim So-  
lem finiebant ἀναμνα τὴν ἐν θαλαττοῖς ὑδάτων,  
intelligens vinculum ex aquis marinis: quanto fo-  
ret illustrior ea notatio, λαμπτεῖται τῷ κατ' ὑ-  
ερὸν ἰότῳ, splendidissimum eorum quæ cælum ob-  
eunt?

Sophistæ quod sapere apud indoctos vide-  
rentur, sæpe quædam huiusmodi excipie-  
bant velut incude modò fabricata, aut aliena  
à communi ratione. Quod sine causa & ne-

*Liban. ep. ad cessitate illos fecisse, Libanius quod negare  
Basil.* non potuit fatetur, scribens ad Magnum Basiliūm, σπωτίπων δέομεν, καίμακας οἵ αἱ χαρακας  
δηγος εἴπε Κοινής, ἡ γενίσαν, &c. trabibus constra-  
torijs opus habeo, camacas aut characas aliquis  
alius sophista diceret, non ad necessarium r̄sum ver-  
ba r̄surpans, sed verborum pompæ magis asci-  
tatiōque splendori, quām necessitati seruiens.

*Isidor. l. 3. ep. 42.* Isidorus quoque Pelusiota illos ait ὁρθοσφοῖς ἢ  
ὑψηλαῖς λόξεσι ἢ τὰ σκηνὴν ὅποιαζεν, Sophisticis &  
sublimibus verbis ea etiam quæ clara & dilucida sunt  
obscurare.

*Athen. l. 3.* Quedam etiam affectabant insolenter à  
communi significatione detorta, ut autes ani-  
mosque audientium insuetā nouitatem quate-  
rent. Sic Demades Sophista puberes appella-  
bat ἔαρ τὸ δίμου, ver populi; muros autem εὐδί-  
τα τῆς πόλεως, paludamentum ciuitatis; & tubici-  
nem, νοσοὶ Αθηναῖων δέκτερα, publicum Athene-  
niensium gallum.

*Frigus in ora-  
tione.* Hinc læpe oriebantur ea quæ φυγα dicun-  
tur à Græcis, hoc est frigida. Est autem frigidū  
quidquid est nimium in ornatu & affecta-  
tum, vel longius ductum & euocatum, vel non  
suo loco positum, quidquid demum κρυπτοῦται  
nomine continetur. Atque hic mihi emacu-

*Tertull. l. corr. Valent. c. 8.* landus obiter est doctissimus Tertullianus, qui  
sic habet lib. contr. Valentin. In scholis Cartha-  
ginensisibus fuit quidam rigidissimus Rhetor Latinus  
Phosphorus nomine: omnino legendum, frigidis-  
simus Rhetor: cuius deinde periodum adfert  
γεαρόν γη & μετεγκαύδη. Venio, inquit, ad vos,  
optimi ciues, de prælio cum victoria mea, cum felic-

ciate vestra, amplius, gloriōsus, fortunatus, maximus, triumphalis. Ob hunc σύμφορον tumorēmque puerilem iure sanè frigidissimus. Hoc vitium Dionysius Longinus in Timaeo notauit, in Dionys. Lögins.  
 Platone, in Xenophonte, & Dionysius Halicarnass. in Isocrate, his verbis; τὸ πλάνητα Dion. Halic. φυγός, καὶ τῷ πόρρωθεν λαμβάνειν, &c. hoc est, sēpe de Isocrat. friget, vel quia longius quædam accersit, vel quia rebus non satis congruentes figuræ miscet, vel quia modum excedit. Huiusmodi nominata etiam aliquando fuere à doctissimis hominibus γοργία. Gorgiæum. Nam cùm primis temporibus Gorgias, audacieores quasdam metaphoras & insignem distinctionis ornatum adhibuisset, qui propter insuetam nouitatem, & aurium delectationem tum probabatur, & deinde leuiores Sophistæ sese audiūs in eas delicias immitteret: illa quæ priùs ornamenta suspiciebatur, propter vsum puerilem dicétiūm, postea frigida nuncupata sunt & γοργία. Synesius in ep. ad Triph. Τείφωνι Synes. epist. 133. τῷ χρυσῷ, δέ τοδὲ εἰς πύποις φυγὸν εἰπεῖν εἰς γοργίαν. Ep. 28. Triphoni aureo, nam me oportet aliquid etiam frigidum & Gorgiæum dicere. Idem habet epist. 82. ad Chrysem, quem vocat χρυσὸν χρυσον, aureum Chrysum: ubi præter annominationem, est etiam epitheton Sophisticum, quippe qui vulgo res quas ornarent aureas appellarent. Quæ causa forte fuit cur Plato nominauit χρυσῶν Gorgias apud Athenæum. Socrates apud Xenophonem. si verò nos pueri exiguis calycibus, πυκνὰ βήτριχας, ἵνα δὲ εἴησθε Γοργιοῖσιν ῥῆμασιν εἴπω, frequentius irrorent, ut Gorgiae verbis hoc ego dicam.

Athen. l. II.  
Xenopb. in  
Contra.

V I. Attica vocabula in penu Sophistarum. Laudati vulgo ἀνιζοτες. Nimirum affectatio illusa. Idem Rethores Platonicas & Demosthenicas voculas studiose captabant. Luteus Plato.

*Philost. l. i. de vit. Soph.* MAGNA quondam laus fuit ἀνιζην, Attica uti in dicendo ratione. Quod Philostratus eleganter significat, id est Critiae seu stylum laude sua exornans: ὡμερ ἀνέβεντες αὐγα, τὰ Αθηναὶ ὄνοματα διαφαίνεται τὸ λόγου, sicut radiorum fulgores, sic Attica verba in oratione reluent. *Max. Tyr. Dissert. 15.* Tyrius quoque Maximus probari à vulgo quoque maximè consueisse ait φίλατα Αθηναὶ votes Atticas. Neque modò vulgus, sed viri *S. Basil. ep. 163.* quoque elegantissimi id laudabant. S. Basilius in epist. ad Libanum Sophistam, πάντοι τοι εἰπούσης ἔπος ἀπικίστας γλωτταν; Quid enim habemus quod ad linguam tam vehementer Atticè loquentem respondemamus? Eo nomine Xenophon *Lucian. in Re-* Attini μῶνα dictus fuit. Et Lucianus Platonem laudans ei tribuit καμιώνιας δργίας Αθηναὶ & τὴν νερχομένον & τετράντην μεσον, eloquentiam Attico lepore plenam, flexanimam & venustam. Sic eidem Platoni atque similibus Zacharias Scholasticus tribuit ἀνικνέαν ὄνομάτων αριστονίαν τε & σωθίαν, Atticarum dictionum concinnitatem & compositionem. Itaque magnam quoque in hac rediligentiam adhibuere Sophistæ, ut delectis exquisitè nominibus, Atticus lepos orationem omnem exornaret. Atticismo autem maximè

vrebantur in Declamationum celebritate, cùm de plausu & victoria inter se contenderent. Dicē Photius de Heracliano: Atticis mo infamiliari sermone vititur, καὶ πάσαις ἵγουρδησ εἰς ἀμυναὶ ναναστρός ως ἀεὶ εἴπι τις τῷ ῥαφαῖτι μαρτυρᾷ, ac velut doctor puerorum in certamine, etiam ut ita loquar plus quam Atticismo. Sed egregiè notat Philostratus esse βαρύς αὐτοῦ, intemperanter & nimium uti Atticis: & Plutarch. l. de audit. vocat νίκημα: quod plurim Sophistarum fuit vitium, qui excellēdi cupiditate omnes vndique flosculos gemmásque legebant.

Et sanè ea gratia ab eruditissimis hominibus vexantur & illuduntur. Lucianus ineptos declamatores μωκτῆς Αἰγαῖος irridens, Attica, inquit, selige tibi quædam verba, hæcque diligenter exercens in summa lingua prompta habe, τὸ ἄλλα, τὸ μέσον, γέ τις εἶπεν, τὸ λαζα, τὸ τὰ πινάκα. Et paulò post, Assiduè sit in ore τὸ ἄλλα, τὸ τὰ πινάκα. Earundem vocum affectionem etiam carpit Themistius in Sophistis; Cùm, inquit, hæcce voces δίνουσεν utique, & καὶ πινάκα exinde, & τὸ Διοσκόρων, Diocoros, sèpius euoluerit, cursu inde se proripiet, &c. Illud autem vocabulum λαζα quod inter alia ponit Lucianus, familiare fuisse Polo Agrigentino Sophistæ, Plato significat apud Philostratum, sic enim dixit; φῶνα λαζα, ἡρα περιπτώσει στρέψει. O Polo optime, ut tuis verbis alloquar te. Quem locum imitatus videtur S. Gregor. Nazianz. aduersus Iulianum qui eandem vocem usurpabat: Hoc tibi, inquit, sit munus, φῶνα λαζα γέ σωματώσει, ἡρα περιπτώσει. Similium vocularum texit

*Lucian. in prol.  
discor.*

*Themist. or. 1.*

*Philostr. in  
Polo.*

indiculum & festiuè ludit Ammianus poëti

*Anthol. l. 2.*

*c. 31.*

Anthologia:

Ω̄ γαστ̄, & μηδ̄ οὐδ̄, κ̄ ποῦ δῆ, κ̄ πόθεν ὡ̄ τᾶς,  
Καὶ θαυμ̄, κ̄ φρέ δῆ, & κομιδῆ, κ̄ ἵπη,  
Καὶ σόλιος, μάλιος, πωγάνιος, οὐδ̄ τέλεω,  
Ἐκ πούτων ή τῶν διδομέναι σοφία.

Et Cerellius item Musarum alumnus dixit  
egregiè, non Sophistam illum pulcherrimè &  
*Antholog. l. 2.* elegatissimè declamare qui Attica verba quin-  
c. 48. que pertexuerit, aut ignota & obsoleta monstri-  
similia.

Οὐ τὸ λέγειν αἰδοσόντα καὶ Αἴγαρον μηδὲ πέμπε  
Εὐζήνως θεῖν & φρονίμους μηδεπά.

Irridet Julianum Imperatorem doctissimus  
Gregorius Nazianzenus, quod similia quædam  
Attica sibi tantum atque suis propria esse vel-  
let. si enim, inquit, hæc verba οὐδεὶς λέγει,  
λέγεις, & τὸ μή, & τὸ δημούτεν, & τὸ αἴπα, καὶ τὸ  
αιωνιόποτες, solius linguae sunt, &c. Vbi eadem pro-  
pè quæ Themistius Lucianusque recenset: ut  
intelligamus in Rhetorum ea sapientis ore fuisse.  
Repertos quoque in Latio qui studio Atticismi  
& illius nominis gloria ducerentur, constat ē  
M. Tullio, qui stultam & inanem eorum glo-  
riationem sæpe repressit.

Quidam etiam reperiebantur Sophistæ, qui  
se pulchros & beatos putarent si Platonici  
vti nominibus viderentur. Festiuè carpit eos  
Synesius, qui ad captandam hominum opinio-  
nem solebant τοὺς θεοὺς θεοπόστους καὶ ητοπόστους Πλά-  
τωνινάς. Nec minus argutè magnus Basilij Li-  
banij Sophisticen irritit, qui γειτίζει vocem  
haud satis notam in oratione sua posuerat;  
quam

*Gregor. Naz.*  
*or. 3.*

*Cit. in Orat.*

*Lutci Plato-  
nes.*

*Synes. ep. 153.*

*S. Basili. ep.  
153.*

quam dictionem, inquit, ἐν τῷ Πλάτωνος ἀδυτῷ,  
ἢ σοφιστῶν οὐδὲν περιέστωτό, εἰ Πλατονίς adytiis no-  
bis tua Sophistice deprompsit. Hinc opinor factum  
est ut Alexandrum Sophistam vulgo nomina- Philostr. in vit.  
rint Πυλοπλάτωνα, quasi luteum Platonem dicas.  
Hic Athenis cùm publicam declamationem  
habuisset, Herode Attico audiente, & delectis  
adolescentibus Græciæ, rogatus vñus quid de  
illo sibi videretur, dixit agnouisse quidem se  
πλάτων, hoc est luteum, Platonem autem non vi-  
disse.

Alij denique in Demosthenicis verbis colli-  
gendi, inque oratione sua intexēdis, omnem  
curam industriāmque posuerunt, tūmque sci-  
licet eloquentiæ se coryphæos opinabantur,  
si haberent quamplurima, & quæ maximè  
apud illum Oratorem sunt obvia. In ijs festi-  
uè illudendis salem pœticum insumpsit Am-  
mianus, dum pingit Critonem Sophistam:

Πομοδὸς δέ, καὶ σφίν, καὶ τεῖς παρ' ἔκαστα, δικασταὶ

Anthol. l. 23

Ἄρδης· καὶ, λέγε δὴ τὸν ρόμον ἄνθαδε μοι,

Καὶ τεῦτι, καὶ μῆλος, καὶ τετταρεπτάτα, &c. &c.

Vbi Ioannes Brodaeus notat πομοδὸς δέ, & cæte-  
ra quæ hic ponuntur, esse Atticas voces De-  
mostheni frequentes, quas Criton sacerdum  
inculcandas & infaciendas summi orato-  
ris exemplo docebat. Sed hactenus de verbo-  
rum delectu satis, nunc reliqua ornamenta  
lustremus.



*De figuris Sophistarum. Gorgias in ijs principes. Quantum exornent orationem. Aliquot exempla. Iis abusi permulti. Inde frigus, πο μερακιώδες, θερψία, Cacozelia, que docti viri illuserunt.*

## C A P. XXIII.

**N**VLLVM fuit genus figurarum, aut eloquentiae clarissimus ornatus, qui non insigni quadam specie & pompa in Sophistarum orationibus illuxerit. Testatur

*Fabius l.8.c.3. id in primis Quintilianus, cuius hæc de ornatu est monitio: illud genus ostentationi compositum, solam penit audientium voluptatem: ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit, &c. subdit: Quare quidquid erit sententijs popula-  
re, verbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compositione elaboratum, velut institor quidam eloquentiae intuendum dabit.* Ante Gorgiam nulla aut per exigua figurarum fuit cognitio; sermo tantum audiebatur dicentium, & nativus atque verus, non fucatus orationis nitor: nullus cantum veluti poëticum, & numeros, & exquisitiorem ornatum induxerat: peractus & elegantissimus Gorgias venustatem illam progenuit, quam stupens nouitate Graecia nimium quantum mirata est. Sic enim Diodorus Siculus de illo prodit: *Hic novo peregrinoque dicendi artificio Athenas obstupefecit: primus*

Ante Gor-  
giām igno-  
rātē figurā.

Diodor. Sic.  
l. 12.

namque eximias dictionis figuras & singularis artificij Antitheta, Iscola, Parisa, Homæoteluta, & id genus alia quædam lenocinia orationi sue adhibuit.

Idem habet M. Tullius: *Nam paria partibus ad- Cic. in Orat. iuncta & similiter definita, itemque contrarijs relata contraria, quæ sua sponte, etiam si id non agas, cadunt plerumque numerosè, Gorgias primus innenit.* Eadem ipsa orationis lumina numerantur ab alijs quoque scriptoribus, qui Gorgiæ meminerunt, nisi quod nominum varietate inter se dissentiantur. Nam πάεια, παρωντες, ὄμοισικτα, ὄμοιστελυτα, ὄμοιστετητα Rhetores quidam eadem esse opinantur: sic enim aiunt Philosophis nominari πάεια, Grammaticis ὄμοιστετητα, quæ Rhetores γέρρα vocant.

Dici vix potest, quanto plausu & omnium assensione, illa primùm è Gorgiæ fonte manantia orationis ornamēta sint excepta. Nam velut splendidissimi cœli effigies auratis lumenib[us] intermicans, sic ille splendor in dicendo collucens mirabilius audientium animos recreabat. Verè etiam dixit Hermogenes Hermog. l. r. παρωντες aliaque illa χριστα, pulchram & il- de form. c. 21. lustrem orationem efficere. Illorum usum nominat Philostratus ἀγνάντι τὸ λόγον, splendorem Philostr. de & venustatem orationis. Illa eadem orationis de- Soph. cora cum adhibentur, auditorem, ut Isocrates Isocr. in Pan- ait, compellunt ἀπομαινεδαι & δορυεῖν, plausu & clamore dicentem prosequi. Dionysius Halicarnass. vocat χριστα κατεύθα, ad pompam eloquentie opportuna, dātque exempla è Panegyrico Isocratis, πειστω μὴ αγαθῶν αἰλίοις, & μειστω εὐαγ- γεῖοις: ubi, inquit, non tantum membrum

membro responderet, sed etiam verba verbis, videlicet οἰκεῖον & μητέρων, ἀγαθῶν & ἐπιγάντων, αἴσιον & αἰχλίον. Alia subiicit ubi πάνευσα & αἰνῆται frequentius inculcantur. A Suida id exemplum adfertur, ἦλιον κρύπτεσθαι, αἴροντα δεκτροῦ, soleū occultari, astra demonstrari. Sed luculentissimus locus est apud Philostratum ex oratione qua-

*Philostr. in vit. Apollon.* dam Apollonij Sophistæ promptus, qua suadebat Atheniensibus, ne corpora quæ seperienda videbantur, igni absumerent: sic igitur elegantissimus Apollonius; οὐ γινώσκοντες αἴσιον τὸν δῆδα. πὶς γιαλίσσεις & καλέγεις κατόπιν βασινίζεις τὸ πῦρ; γέρανιον δέται· τοις δὲ συγγενεῖς ἔρχεται· αἴσιον δέται. τὸ πῦρ & κατέγειραν φορεῖ, αἵματι αἰάζει θεοὺς. Ιων Πριμητεὺς δεδουλεύει τῷ πυρφόρῳ, σία σου τὸ δῶρον οὐδεὶς εἰσείσεται; νεκροῖς αἰαγάντοις αιναμίγνυται· ἐπάρηξον· βούλησται· πλέοντος εἰς διωγμὸν κακεῖται τὸ πῦρ. In his paucis quorum numeros & suavitatem vix Latina æquet oratio, dulcium Rhetorum ille insignis ornatus appetit. Nam & membra sunt Musarum veluti pollice artificiosè dimensa, blandientemque crient harmoniam: in ijs paria paribus adiuncta & similiter cadentia, in ijs splendidior paronomasiæ, apostrophe, aliisque eius generis.

Sophistæ, quasi heros Gorgias signum aliquod sustulisset ad nouum genus triumphantis eloquentiæ, studio incenso conuolauerunt ad eas orationis, ut vocat Cicero, festinates, ut Philostratus, *indovas*. Et quidem propriæ illæ figuræ Sophistarum habitæ sunt, peritèque, ut solet, Gregorius Nazianzenus epistolarum stylum instruens, αἰνῆται ἢ εἰς πάνευσα & ισόνευσα επ.

τιμᾶς λαππάρησθαι. Tyaneus quoque Apollonius Sophisticæ proprium exercitationis esse aiebat, πάλαι διηδεύει τὸ αὐτῆς, &c. comparibus & antihetis, orationem suam refercire. Itaque usi Nimius illa suauitudine intemperatiūs, audiūsque de- licias illas secuti, rem in summam contemptio- nem adduxerunt: & quod erat primis tem- poribus gloriosum & excellens, propter co- piā abutentium oratorum, factum est, ut cum Siculo Diodoro loquar, καταγέλασον irri- dendum, vel ut alij doctissimi viri dicunt, μειε- καλδες puerile.

Hinc meritæ sapientum reprehensiones, quibus notant eam ornamētorum veluti pro- fusionem plenissimam ambitionis. A quo næ- uo haud immunis fuit Plato, cùm delicatos illos Gorgiæ cantus & musea dicta audiuisser.

De quo ita scribit Dionysius Halicarnass. cri- ticatorum longè optimus: Figuris poëticis que

Dionys. Halic.  
op. ad Pomp.

summam satietatem afferunt, & maxime Gorianis, intempestiū ac nimis pueriliter gloriatur, &c. Iso-

crates fuit quoque reprehensus, οὐδὲ οὐδεκο- πες τῷ πατερώσων, propter membrorum equalium ad

fastidium usque copiam, ait Photius. Earundem Photius.

figurarum scitamenta Lucilius l. 5. Satyrarum illudens nominabat μαρανόδην, & ex illo Agel-

lius rancida, insipida, & inertia & puerilia. Seneca Agell. l. 18. c. 8.

pater vocat in Suasorijs Cacozeliam, intempesti- Senec. Suas. 7.

ui ornatus copiam: multi μεῖψαν, affectatio-

nem: alij ψυχὴν, frigus, & χυμαλήν φορηκῶς, im-

portunè ijs dicendi luminibus uti. Figurato morsu attigit eandem ob causam Cicerone Lactan-

Lactant. l. 3.  
c. 13.

tius: ita enim l. 3. diuin. instit. Ad philosophiam

conuersa oratione, tāquam se declamatorio dicendi genere iactaret, O ritæ philosophia dux, inquit, o virtus

S. Greg. Nyss.  
or. 12. contr.  
Eusebius,

tus indagatrix, &c. Pungit & Eunomium S. Gregorius Nyssen. eloquentissimus Antistes, quod dithyrambica & homœoteleuta Sophistarum ineptè ambitet. Nam cùm illa paria membra posuisset similiter definita, οὐλούσι τὸν ωὶ αὐτὸν ἀναρθρίων ιστοροῖ, πεπέλλει τὸν τῷ οὐτηρθρον αγοῖον, subdit, αὐτᾶς τῷ χρήσομαι τῷ διδυραπεζον τῆς ὁμοιολήτεις φωνᾶς, utar enim ipsius dithyrambista similiter desinentibus vocabulis. Prudenter igitur Dionysius Sophista Milesius eas compia orationis delicias moderabatur, cùm familiaribus suis diceret, ὅπις τὴν μάχιμον ἄκρα δεκτίνη, διὰ μὲν χειρὸς μέρους, mel summo digito, non causa manu libare oportere. Nimius amor & affectatio figurarum Albutium exegit è foro, & causam illi de manibus eripuit: quod memorat l. 3. Con-

Senec. in pro-  
em. l. 3.

trouers. Seneca. Cæterūm non dulcia tantum illa ornamenta, quæ hic posuimus, adhibuit in dicendo Gorgias, & deinde Sophistæ, αἰνίδια, ισόχροα, &c. sed instrutum etiam omnem supellecūlēmque φυτοπειας. Nam de Georgia ita Suidas: Hic tropis & metaphoris & allegorijs & Hypallagis & abusionibus & traiectionibus & con-duplicatis & repetitionibus, & apostrophis & comparibus vñus.

Suidas.

*Concinnitas in oratione Sophistica. Quantum  
in ea delectationis auctum. Fallit aures  
animum j̄ elaborata concinnitas. Exemplis  
id illustratum. Sophiste in hoc genere con-  
secando nimj, & eo nomine reprehensi.*

## C A P. XXV.

**E**vit quoque plurimum suauitatis & gratiae in oratione Sophistarum, ex cōcinnitate, cuius item patēs videtur fuisse Gorgias. De qua re sic in Oratore M. Tullius, sed finiuntur aut com- *Cic. in Orat.*  
 positione ipsa & quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis concinnitas inest, quæ siue casus habent in exitu similes, siue paribus paria redundunt, siue opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consecratione Gorgiam fuisse principem accepimus, &c. Adfert deinde exempla quædam, in quibus lucet illud speciosum in 4. Accusat. in Verrem, *αὐτοῖς* eximia suauitate contextum; Conferte hanc pacem cum illo bello; huius Prætoris aduentum, cum illius imperatoris Victoria; huius cohortem impuram, cum illius exercitu iniecto, &c. In his est cōcinnitas quædam & poëticus veluti cantus atque numerus, quæ sine dicendi luminibus artificiosè quæsitis splendor rem orationi concilient. Delectant enim præsertim ubi contraria contrarijs opponuntur, & læta quadam varietate, audientis animum in-

explicabili & humanissima voluptate ad diuersa referunt. Hinc doctissimus & suauissimus

D. August. de Augustinus ait mundi ædificatorem Deum,  
Civit. l. ii. ordinem sæculorum, tanquam pulcherrimum  
c. 18. carmen, ex quibusdâ quasi antithetis honesta-  
uisse. Antitheta enim quæ appellantur, inquit, in  
ornamentis elocutionis sunt decentissima.

Vis concinnæ orationis. Et haec quidem orationis concinnitas quan-  
tam vim habeat ad tenendos auditores & sua-  
uitate capiendos, vel ex eo liquere potest, quod  
nonnunquam ab oratore quædam vitiosè di-  
cuntur, quæ quia dicuntur bellè & concinnè,  
dici vitiosè non putatur, dum mens eo lenoci-  
nio delibuta sequitur aurium voluptatem. Ele-

Senec. contro- vers. 19. & 25. ganter in eam rem Seneca; Triarius compositione verborū bellè audientium, multos scholasticos delecta-  
bat, omnes decipiebat. Et alio loco adfert Tetra-  
colon Murrhedij vitiosum, in quo tamen cor-  
rona exclamauisset: seruiebat forum cubiculo, præ-  
tor mercirici, cancer conuinio, dies nocti. Nouissima,  
inquit, pars sine sensu dicta est, ut impletetur circui-  
tus: quem enim sensum habet, seruiebat dies nocti?

Eandem vim cœcinnitatis in decipiendo & de-  
Agellius l. ii. liniendo, notauit apud Agellium Castritius, in  
c. 13. oratione C. Gracchi, cuius amœna & modu-  
lata illa videbatur esse periodus; Quæ vos cupi-  
de per hosce annos appetiſſis atque voluſiſis, ea si te-  
mere repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cu-  
pidè appetiſſe, aut nunc temere repudiаſſe dicamini.  
Cursus hic & sonus rotundæ volubilisque sen-  
tentiarum, eximiè omnes & vnicè delectabat, ut  
memorat Agellius: sed monuit eloquentia  
doctor, in ea concinnitate sensum esse inanem:  
quæ res ab eodem fusiùs explicatur.

Itaque Sophistæ qui vim illius venustatis animaduerterunt; delectationis id aucupium studiosissimè habere cupiebant: cuius videmus etiamnum insignia apud Tyrium Maximum; lucent etiam quædam in Apuleio, qui concin-  
nè magis quam Latinè loqui voluit. Plura exempla haberemus, si cultissimæ Rhetorum orationes ad nos venire potuissent. Duntaxat vnum hic exemplum proferam Cenomarchi Sophistæ, è nobili Declamatione, qua sic lo-  
quentem inducebat amatorem statuæ pul-  
cherrimè affrabet æstæ; ὡ κάλος ἐμψυχος ἐν αὐτούχῳ  
τραβαλι! πίσ τε σε δαιμόνον εδημιεργοῦσ; πειθώ πε, ή  
χαῖες, ή αὐτος ἔρως ὁ θεολογικος πατητ; οις πειθα σοι πεπόντει  
οι δημόται; πεποντοι στοις· χρόας δυτεος· βλέμματος νέφεος·  
μειδιανα κεχαστορθον· παρειων δυτεος· ανονος ἵχος. ἔχει  
δι γορλω μεληνους αιει. Ταχαν ε καλεις. αλι εμοι μη  
παριπτε ανεγερε, ε βασικαρε, περις πιστον ερεσιν απιστε,  
ιδεις μοι μετιδανας φημιατος. hoc est; O animata  
pulchritudo in exanimo corpore: quisnam te Deus  
effinxir? quemam suadela, vel Gratia, vel Amoris ipse  
pater venustatis? Quam omnia tibi reuera insignitè ad-  
sunt, vultus status, flos coloris, lumen aculeus, risus  
amabilis, genarum vigor, auditus vestigia. Est tibi  
quoque semper in statione sua parata vox, & fortasse  
aliquid etiam vocas: sed me non praesente, o amoris ex-  
pers & liuide, apud fidum amantem infidelis, nulla  
mecum verba fecisti;&c. Hæc Latina plurimum  
absunt à Græcorum festiuitate, in quibus pri-  
mum illud membrum poeticum habet nume-  
rum, & senarius cùm sit, versus tamen non vi-  
detur propter volubilem cursum & gratiam  
dictionis. Continet etiam ἀνιστα, ἐμψυχος, αὐτούχῳ.

quemadmodum & paulò pōst ~~doēceſtū~~ & ~~tegēſtū~~,  
~~πτ̄στ̄~~ & ~~απ̄τ̄σε~~ opponuntur. Ipsa verò in descri-  
ptione formæ incisa planè gemmantia, oppi-  
dò quām suauia & venusta sunt: denique in  
omnibus irradiat quædam elaborata concin-  
nitas quæ delectet.

**Intemperan-** In hoc decore conseſtando nimij sanè fuere  
**tiūs vſi con-** Sophistæ, & de plurimis dici id potest, quod  
**cinnitate.** de Polo Philoſtratus, eos ~~αſτ̄άδα~~ ~~τὸν κατακε-~~  
~~χῆρα~~, hoc ſplendore orationis fuisse abuſos. Nam  
fere vbique illumaspergebant, & non modò  
lætissimis in rebus atque ſplendidis, ſed in  
mœrore quoque atque luctu ſignificando,  
concinnitudinem illam & veluti musicam ad-  
hibebant. Agatharchides prudentia nobilis  
eam eloquentiæ labem in Sophista Hegesia re-  
prehendit, qui cùm Thebas clarissimam Græ-

*AphodPhotium.* ciæ ciuitatem euersam lugeret, O magne, inquit,  
Alexander, ſimile quidpiam feciſſe videris Thebas  
diruens, ac fi Iuppiter ex aliqua cœli pârte Lunam  
ſuſtulifſet; relinquo enim Athenis ſolem, duæ enim  
hae ciuitates Græciæ ſunt ocelli, &c. Similia quæ-  
dam venusta in Monodia ſua collegerat. Quæ  
cùm attulifſet Agatharchides, ait ſibi viderii  
Sophistam potius ~~πονητὴν~~, in ijs iocari & delicias  
agere, quām ὁλοφύρεσσι, luctuosam earum ciuitatum  
calamitatem deplorare. Par aculeus in Satyrico  
ſapiente, notante Pedium oratorem ineptum,  
qui de repetundis accusatus, in iudicio anci-  
piti & periculoſo,

— crima rafis  
*Librat in antihetiſ. doctus poſuiſſe figuræ*  
*Laudatur.*

*Persicus Sat. I.*

Ad ſtruendam autem illam concinnitatem, mi-

nutis s̄epe vrebantur membris, & in versuum similitudinem cadentibus, quæ sono & æquabili dimensione iucundissimè ad aures accederent. M. Tullius ornamenta Sophisticæ elocutionis attingens in Orat. perf. *Minuta*, & versiculorum similia quædam, nimiumque depicta vocat. Quod studium audiissimè excepit Hesias Rhetor, & qui nominati sunt Asiatici oratores, de quibus Theon Sophista in Progymnasm. ubi monet fugiendam esse vitiosam compositionem, & maximè τινὶ ἐμπεῖροι γέρουθμοι λέξιν, οἵς τε πολλὰ τῶν Ἑγγαῖς τὰ ρήτορες, & τῶν Ασιατῶν καλομέτων ρήτορες.

*Exquisitum periodorum artificium in apparatus Sophistarum. Scalpta, rasa, & tornata periodus. Rotundus Orator. Orbis seu κύκλος propè definitus circino. In quadrum directe sententiae. Modulamenta orationis & δροθμία. Quales numeros ambirent Sophiste.*

## C A P. XXVI.

**S**T N periodis artificiosè compo-  
nendis, multum quoque studij ab illis & industriæ ponebatur:  
quam eorum diligentiam viri docti explicare variè solent.

Aiunt enim eos λογοδαχόλοις, ut manu, sic artificio eleganti atque opere tornare **Tornata pe-**  
periodos consueuisse. Philostratus quidem Po- **Philostr. in vita.**

*Plutar. de au-*  
*ditione.*

lemonem ait Sophistam, qui aeo suo propè omnes eloquentia superauit, eximia quadam ratione ἀπότριβεν τοὺς αἰσιούς. Et Plutarchus ait laudatum à Platone Lysiam oratorem concinnum, ὃν σπολγύλως ἔκαστον ποτέ πρόβατον, quod singula in eius oratione tornata forent apie & rotundé. Volunt significare eorum oratorum ambitus ita scitè & venustè politos, ut nihil possit cogitari animo perfectius: quemadmodum etiam Horatius male tornatos versus dixit illepidos, & αὐλαῖστοι. Durius fortè in eadem re exponenda

*Gregor. Turon.* dixisse videatur Gregorius Turonen. cùm scalpere orationem ait: sic enim l. 8. histor. *Præexistatus Roihomagensis Episcopus orationes quas in exilio positus scalpsit, coram Episcopis recitauit.* Sed homo doctus, & Atticæ elegantiae non expers, id ipsum ponit sciebat à magnis Græciæ scriptoribus, cùm maximè de elocutione Sophistarum memorant. Nam Dionysius Halicarnasseus

*l. 8. c. 20.* ait Demosthenem γνωσθοῖς δὲ Ερευνήταις εἰν φθειράσθι, scalptis, politis, & tornatis elegantissimè operibus similes orationes inducere. Sed concinnè omni-

*Plutarch. de*  
*Atheniens.* no Plutarchus, qui Isocrati periodos suas minor. rificè elaboranti scalprum & dolabram tribuit, dūn̄ διητὴ μὲν εὐραὶ & οὐαὶ τὸν κολλῶντα & τονδεῖς, μονονέκλαστον δὲ ξυστὸν τὰς αἰσιούς σπολεάσαντα διθυμίαν εἶναι, figuras glutinans, & componens, & tantum non dolabris atque scalpellis periodos læuigans & complanans consenuit. Metaphora ducta est ab eorum hominum arte, qui pulcherrimas statuas atque simulachra dolando poliendóque efficiunt: à quibus etiam Latini mutuati, dicunt radere periodum, hoc est summo artificio

Rasa.

polite: quo modo antitheta rasa dixit Petrus. *Pers. Sat. 1.*  
 Alij solitos aiunt Sophistas rotundare orationem,  
 quæ dimenso & volubili cursu aptè in homi-  
 num aures & suauissimè allabatur. Sidonius  
 Apollinaris dixit erotundatam, Seneca circumton- *Erotundat.*  
*sam*, Ausonius fandi rotam, peritè, nam dicitur  
 rotūdum à rota, ut autor est Nonius. Maximus  
 Tyrius vocat *ωρίδης οἰκουμένης*, rotundas periodos. *Max. Tyrius*  
 M. Tullius eleganter: Thucydides autem præfra- *Dissert. 15.*  
 ctior, nec satis ut ita dicam rotundus: & paulò ante *Cic. in orat.*  
 de eodem dixerat; In Thucydide orbem modò ora-  
 tionis desidero, ornamenta comparent,

Orbem vocat rotundam periodum artificio *Orbis oratio-*  
 numerique definitam, de quo orbe sic alio nis.  
 loco: In eo quod appellamus *Επιστολὴν*, placet om-  
 nia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circun-  
 scriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa cur-  
 rat oratio, quoad insitat in singulis perfectus absolu-  
 tisque sententiis. *Θρησκευτικὸν τέλον* nominant  
 Græci, cuius primum architectum fuisse Thra-  
 symachum, suis monumentis reliquit The-  
 phrastus. Eundem orbem dicunt etiam *ώκλον*:  
 sic apud Dionysium Halicarn. complecti ani- *Halicarn. 12.*  
 mi cogitationes *ωρίδης τε καὶ οὐκέτι πρόθυμος οὐτε παντελῶς*, *Isocr.*  
 orbe & ambitu numeroſo planè versuīque simillimo.  
 Et quia rotundi orbis, volui proprium est,  
 apud Rhetores volui & volubilis dicitur oratio:  
*Θρησκευτικὸν τέλον τὸν λεξεως* Græci vocant. Hinc illa  
 Ciceronis: Sæpe etiam in amplificanda re, concessis  
 omnium funditur numerosè & volubiliter oratio.  
 Idem puto Sophistarum artificium, in hoc or-  
 be conficiendo, Plutarchus intuebatur, cum *Plutar. de civit.*  
 eis circinum attribuit; ait enim illorum *ωρίδης insit.*

*ως κανόνα γε σχέτικα αποκριώνται, esse ad normam  
et circum accuratissimè exactas; quam rem vo-  
cat σοφιστικὸν ωδὴν, Sophisticæ diligentia  
abundantiam.*

**Quadrata pe-**  
riodus.

**Cic. in Orat.**

**Chiasmus.**

**Plutarch. de  
glor. Athen.**

Diuerso modo rem eandem eloquentiæ Romanæ pater expressit, cum dixit periodos aut orationem quadrare: sic enim habet in Oratore; sunthi pedes inter se miscendi et temperandi: sic minimè animaduertetur delectationis auctipum et quadranda orationis industria. Sophistarum id fuisse proprium, & quidem omnium, alio loco asseruit: *Nemo qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius quod esset ad delectationem comparatum, remotumque à iudiciis forensique certamine (θεωρίαι & Sophisticum intelligit) quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Quadrum & orbis hic planè idem significant: nam cum orbis sit rotunda illa verborum constructio, quæ sententiam aptè & numerosè compleat, id fieri suauissimè posse putarunt, si quatuor veluti versiculi intexerentur, vnde nimirum Chiasmus rhetoricus & quadrum existit.* Atque in iis quidem membris dimetiendis, & Sophistica pâne dicam ambitione compонendis, tam morosus, tam religiosus fuit Isocrates, ut Plutarchus in eo libro, quem de gloria Atheniensium reliquit, eum dicat vehementissimè timuisse, ne quod membrum artificiosi ambitus, syllaba vna breuius esse videatur. Vbi etiam eidem ascribit *σοφιστικὸν μηρόφροντον, minuti animi Sophisticamieiunitatem, ut qui nonam ætatis partem in vnius orationis compositione posuisset. Eiusdem in struendis elas-*

borandisque periodis nimium studium reprehendit & euentilat Dionysius Halicarnass.

Hæc porro, inquit, sæpe dictiōnē illius producunt longius, dum includere periodis omnes sentenias & iisdem figurarum formis complecti periodos conatur, &c. Subdit, ea ratione fieri, ut voces ad exemplum numerum quasdam inculcat, quæ rei nihil seruant.

Ad illum autem orationis orbem, tam exquisita diligentia fabrefactum, ut aureum crystallico vase emblema, sic dulcem numerum Sophistæ adhibuerunt, vnde manabat in clausulis & ambituum volubilitate suauitas. Euφωνίας & modulamenta orationis vocavit Agellius lib. I. Dulces numeri. Noct. Attic. &c lib. II. modulatum currentis facundiæ sonitum. Taurus Philosophus nominauisset & l. 10. c. 19. quandam veluti cantilenam rhetoricanam lepidis & venustis vocum modis vincitam, ut est apud eundem alio quodam loco. Græci dicunt οὐράνιον θύμην, vel θρυσίαν μετωπον, item θύρωμα τὸ λόγου & τὸ φυθμοῦ in oratione. Quo modo à Dionysio Halicarn. in libello τοῦ οὐρανοῦ dicitur Plato διὸς θύμην τε καὶ θύρωμα τοιωδῆν σαρκωτάτες, qui numerum dictiōnis veluti musicum & cadentem suauissime, excellenti & diuino propè ingenio videbat.

Quantum autem hic oratorius numerus ad vis numeri delectationem & aurium voluptatem faciat, Orat. eloquentiæ docent Magistri & commendant.

Mihi sane vera dixisse videtur Dionysius Halicarn. lib. τοῦ Δημοθ. θρ. cūm vocat φυθμόν, απαιτεῖ καριωτάτεν τὸ γενένεν δυσαρδύων, καλέν τὰς ακοὰς, palmarium & potentissimum oratorum artificium &

Dionys. Halic.

Dulces numeri.

Agell. l. 1. c. 7.

Idem l. II. c. 13.

& l. 10. c. 19.

machinationem, ad mulcendos & quibusdam velut  
præstigiis delinquentes auditores. Itaque iam inde a  
Thralymacho inuentore atque duce, & Isocra-  
te qui numeros molliores & iucundiores esse  
icit, Sophistæ omnes in hoc decus vicerium  
orationum diligenter incubuerunt. Nam om-  
nem dictionem esse volebant, ut Rhetoris Græ-  
ci verbis utar, ὡστε ἐν ταῖς μοισιᾶς συμφωνίαις ἴδιαι  
& λιγνεῖαι, veluti quodam in concentu musico dulcem  
& suauitudine plenam: membra ipsa μαλακόφωνα  
& λεῖα, πολὺ τὸ κρύπτον ἔχοντα, laxia molliaque & que  
delitiis uberrimis abundant: clausulas denique pe-  
riodorum iucundissimis numerorum sonis in-  
signes.

Numerorum  
varietas.

Porro est animaduertendum in facundia  
scholis ῥυθμοῖς dici multiplices; quidam enim  
sunt οὐραῖοι, αἴσιωμαποι, διδρόδης, οὐψιοι, μέγεδος  
εὔχορτοι, quos etiam Philostratus appellat inter-  
dum σωφροστῆροι, aliâs κενολασιδῆροι, quales tri-  
buuntur Demostheni & clarissimis oratoribus,  
qui summo dictionem suam iudicio & mode-  
ratione temperant. Alij proprij sunt malorum  
aut ineptorum dicentium, αἴθρεῖς, θεπῖοι, αἴσιοι.  
Alij denique sunt μαλακοι, μοισιόπεροι, χροίσαβι  
numeri mollissimi & iucundissimi, quos So-  
phistæ ad satietatem usque ponebant, ob id  
vulgò reprehensi. Sibi tamen quidam mode-  
rabantur: de Herode Attico Philostratus, οἱ  
ἀριγρία τῷ λόγῳ, ικαγῶς κενολασιδῆρη, numerus eius ora-  
tionis & concinnitas admodum castigata fuit.

Quid

*Quid κρότος, ἥχος siue ἥχω in dictione Sophistarum. Ea res varie à scriptoribus explicata. Sophiste amantes sonoritatis. Timu-  
niūs in oratione & κρότον pulsare. Νεαροὶ<sup>ς</sup> stylus. Κρότος, κρότος, ρυθμὸς linguae. Δαρ-  
μεῖον ἥχη quid. Scriptores quidam illu-  
strati, emendati.*

## C A P. XXVII.

**S**IT quoque in oratione Sophistarum κρότος, ἥχος vel ἥχω, de qua re dicam eo lubentius, quod scriptorum Græcorum Interpretes dum nūnus ad consuetudinem hanc respiciunt, falluntur, & adolescentes nondum satis eruditione ornatos in fraudem possent inducere. Nam ecce tibi apud Eunapium in Acacio; & in λεξικῳ κρότου τεος τοι Eunap. de vit. δράσαις επερπεψε Εγμον. vertunt, *Dictio eius ad ma-* Sophist. *nuum plausum prisco dicendi generi accedit. In quo* sanè falsus est politissimus Interpres: neque enim κρότος ibi significat manuum plausum, sed linguae potius, & ipsius dictionis siue orationis certam affectionem. Rem igitur non nimis obscuram, à nemine tamen quod sciam expli-  
tatem, breuiter illustremus.

Kρότος in oratione Sophistarum fuit sonoritasquædam, quæ siebat, ut non modò elegan-  
tia sua titillaret animos, sed quandam etiam haberet dignitatem. Is κρότος existebat, tunc

ex lectis verbis atque sonantibus, & genere ipso τῆς οὐωνίκης, quæ propter exquisitam strucuturam, & membrorum atque periodorum plenam dignitatis coagmentationem, dulcem quendam & magnificentum habebat concentum: tum etiam ex linguae pulsu, & ipsius vocis conformatione atque magnitudine: quæ si omnia mirabiliter in unum & eundem oratorem convenissent, facile poterant audientes in admirationem rapere. Pluribus autem quantum meminisse potui nominibus, apud veteres appellatur: interdum enim vocant πύρην, aliquando τὸν ἥχον, præterea καπύτην τῆς γλώσσης, πόνον θριπού, ισθέμενος τὸν λέξιν ἐν ἥχοντας, τὸν ἥχον τῆς φραγμέτεως, συσφράγεον λόγον, μένεργαμβόν σεμνολογίαν, ιδίαν πανηγειάν, τῆς γλώσσης κρόνον. Idem significabat Dionysius Halicarn. cùm Isocrati θεωρία μοισικήν attribuit. Et Herodianus in proœmio historiæ cùm sic habeat, *Maximam scriptores curram habuerunt φρέσιος τὸν καὶ θεωρίας*. Politianus vertit, exornandæ componendæque orationis. Corrigit Henricus Stephanus, & θεωρίας reddit vocalitatem: rectè quidem ille, obscurius tamen nisi res teneatur. Est enim hīc θεωρία nihil aliud quām κρόνος siue ἥχος in oratione: Priscianus vocat sonoritatem, M. Tullius sonitum, in Orator. Eloquentia quæ cursu magno sonitumque feratur. Significantiūs Agellius claros canorosque sonitus, & apud illum Castritius eloquentiae doctor modulatum currentis facundiæ sonitum, Quintilianus ~~sonum~~ sonum sublimiorem. Hinc scriptores qui maiorem quendam habent sonitum, hoc est ornatum & magnificentiam orationis, dicuntur

Εὐφωνία.

Sonoritas.

Canorosi sonitus.

*Agell. l. 11. s. 13.*

à Cicerone inflare vehementius, à Quintiliano Inflare vehe-  
magna flare: nam l. 12. c. 16. tumorem magna flandi mentius.  
Sophistis & declamatoribus attribuit. Quo  
modo Dionysius Halicarn. Xenophontem ait  
δεκτῆρας τὸν φεύγοντα μᾶλλον ἐμπιθόσα. Seneca præ- Εμπιθόσα  
fat. l. 2. Controvers. magno animo inspirare: Dio  
Chrysostomus or. 32. μεῖον ἐπέρων φεύγεισθαι. Pho- Μεῖζου φήγεται  
tius de Himerio Sophista, τῷ μεγάλειῳ μᾶλλον θάνατῳ.  
υψηλῷ, magnifico dicendi genere magis attollit. Μεγάλειο  
S. Augustinus cothurnum sermonis appellat, l. 5. υψηλῷ,  
contr. Iulian. cap. 3. Tanquam magnum aliquod  
bonum cothurno sermonis exornas. Epictetus apud Cothurnus  
Arrianum l. 2. c. 6. φέρον τὸ κόμπον κερατίνην, sermonis.  
strepitum & pompam inanum verborum. Seneca Φέρον. κόμπη  
præfat. l. 3. Controvers. superuacuum strepitum:  
ita enim de Albutio declinatore, Nihil detrahe-  
bat ex superuacuo strepitu. Doctissimus & sanctissi- Strepitus,  
mus Augustinus l. 3. cont. lit. Petil. c. 13. frago-  
fissimum strepuum. Eundem κρότον appellat canorum Canorum.  
l. 4. Annal. Cornelius Tacitus; Haterij, inquit,  
canorum illud & profluens cum ipso simul extinctum  
est. Imitatur principem Oratorem qui l. 3. de  
orat. C. Carboni profluens quiddam & cano-  
rum tribuit. Hinc de poetis magnificè carmen  
pangentibus, bonus poeta:

-- nec sit quicunque canoris

Eloquium vo-  
cale.

Inventar. Sac. 7.

Eloquium vocale madis:

duo dicit quæ eodem referantur, canoros modos,  
& eloquium vocale. Ita Seneca pater vocales sen-  
tentias & splendidias. Canorius dixit eruditissimus  
Hieronymus præfat. in Chronic. Quid, inquit,  
Psalterio canorius? & quasi se ipse explicans præ-  
fat. in Job, Psalterium ait solutam esse oratio.

- Magna sonare.
- Inclamare.
- Exclamare.
- Tuba Sophist.
- Tyr̄phorētū.*
- Plausus.
- S. Hieronym.
- ep. 139.*
- Greg. Turon.
- nem charactere poetico animatam. Apud quosdama illud idem est magna sonare. Iuuenalis Sat. 7. de Caſſidicis, ipsi magna sonant. Quintilianus ait inclamare, l. 2. c. 10. si, inquit, in ostentationem comparetur declamatio, sanè paululum aliquid inclamare, ad voluptatem audientium debemus. Et c. 11. eodem sensu exclamare: *Hi beneficio ingenij præstantes multa etiam memoria digna exclamauerunt.* Rem eandem explicantes alij, sonitus illos Sophistarum magnificos & diuinos cum tubæ cantu conferunt. Philostratus de stylo Polemonis; Idea, inquit, orationis ἡρὸν ἥχουσα, ὡστερὶ ἡ ὀλυμπικὴ σάλπηξ, olympicæ tubæ modo clarè sonans. D. Gregorius Nazianz. ep. 194. ταῖς Τυρρηνικαῖς φωναῖς σάλπηξ, Tyrhenicas tubas oratione superare. Hinc apud Philostratum Oratores dicuntur φωνοῦσαι, &c. alio loco ῥήτορες λαυτεῖν ἥχουσίς, splendide & clarè sonantes. Doctissimi viri propriè vocant plausum, non manuum, sed orationis atque linguae. D. Hieronymus ep. 139. Tibi edisseram non composita verborum oratione plausique populari, qui solet imperitos auditores decipere atque palpare. Apuleius de Deo Socratis eleganter; igitur homines ratione pollentes, oratione plaudentes. Peritè quoque Turonensis Gregorius l. 5. histor. plausum cantus attribuit Gallis: sicut & plausum lingue hominibus Apollonius Tyaneus, ut est in eius vita l. 8 c. 2. cùm Sophistas ait ἡρότελος δίκλιον ποτίνη γλώττη, crepundiorum more lingua plaudere. Non inutile mihi videbatur, hæc sub aspectum veluti unum coniçere, tum ad rem ipsam intelligendam, tum ad scriptorum complurium loca illustranda.

Nunc ostendamus κρότον, ἥχον, ἥχων, seu quo alio nomine vocare libet, in Sophistarum dictione repertum; quod difficile non est intuenti in Philostratum, Eunapium, Photium, Dionysium Longinum, aliósque. Philostratus in primis dat Polemoni Sophistæ τὸ ὄπικρότερον καὶ τὸ ὑψηλότερον, orationis altam et plaudentem sonoritatem, & eius rei magnificentiam illustrans, comparat cum heroico equo superbè gressus glomerante: nam de eius stylo rogatus aliquando Herodes Atticus poeticum illud respondit:

*Philostr. in Polemon.*

Ιππων ὁκωπόδων αἱμφὶ κνήμες ψατε βδήσει.

Quadrupedum sonitus circum mihi verberat aures. ubi per κνήμην significare volebat, ait Philostratus, τὸ ὄπικρότερον & ὑψηλότερον summi illius oratoris. In vita Apollonij Tyanei lib. I. c. 13. Τὰ λεγέματα ἥχων ἥχει, ὡσειρ ἐπὶ συνθέτου σημειώματα, quae ab eo proferebantur sonoram quandam maiestate in habebant velut à Rege dicta. Dionysius Longinus cùm vocalem Demosthenis sententiam attrulisset artificiose compositam, ait illa τῇ ἀρμονίᾳ πραγμάτῳ, & ipsam harmoniam τῷ ὑψηλῷ. & sequenti sect. propter illam ipsam compositionis harmoniam membra orationis esse φωνῆται sonora. Photius de Halicarnasseo Dionyliso, τῷ περ σωματικῷ τῷ λεῖξει ἥχων ἡρα πέμπων, compositione ipsa et dictione sonorus; hunc enim locum ita malo vertere. Sic Philostratus de Dione Prusaeo, βλέπων ἐπειδεις τῷ Δημοσθένῃς ἥχῳ τῷ πλάτωνος. vertunt dicendi morem, quod non satis mihi videtur rem exprimere. S. Basilius homil. 19. p. 516. de perfecto loquens oratore, ait eum

*Longinus  
τῷ εἰν ὑψηλῷ.*

*Photius in Bi-  
bliotheca.*

*χωρὶς κεκομένου μέρους κατακτητῶν τὰς ἄποικας. Εἰς παύλον  
ρῆστ, genus ipsum dictionis explicans vocat  
τὸ τῆς λέξεως πομπικὸν γένος δρμοίας κεκρυπτόμενόν. Κινδυνεύει  
omnia Interpres magis præteriisse quam ex-  
plicasse videtur.*

Sophistas autem canorum hoc & magnificos orationis sonos audiissime quæsiisse, ex multis potest intelligi. Dionysius quidem Halicarnasseus ait Isocratem concursus vocalium summa cura vitasse, quod soluerent *diuinas* *μέλη*. Sophista Eunomius cum vaesana mente se ad oppugnandam pietatem atrinaret, sonoram maximè compositionem, & superuacuo strepitu exultantem, levitate quadam iuuenili affectauerat, quem irridet Gregorius Nyssenus eloquentia maximus; *καπρχι*, inquit, *τῷ κρότῳ*

*Gregor. Nyssen.* affectauerat, quem irridet Gregorius Nyssenus  
er. 12. eloquentia maximus; καπρχῖ, inquit, τῷ κρότῳ

Photius in Bi-  
bliothe.  
Eunapi. in  
Julian.  
Longinus  
et iψic.

cularum plausu & sono lasciviens. Photius ait en-  
dem Eunomium κόμπον Ήντι περιπόδη ἡ δύναχει  
fectari consueisse. Eo fine nouata etiam ver-  
ba s̄epe excogitabant : De Sophista Malcho  
Photius ; Neque nouatas voces pr̄termisit,  
οὐαὶ τὸ ἐμφανήν & δύναχει μεγαλέσσον ἔχον, quando  
illa vehemens quid & sonorum, aut granditatem  
aliquam habent. Itaque in ea re mutuò concerta-  
bant Rhetores ; Eunapius enim disertè ait So-  
phistas in theatris auditoriisque suis ἀεὶ χρόνῳ  
& φωνῆς αἰωνίεσσαι. ubi φωνὴ idem est quod ἔχει.  
Hinc Dionysius Longinus ait Hyperidem esse  
Demosthene πλυνφωνόπορον. doctus Interpres ver-  
tit, verbosiorēm: putem ego spectari suauissimi  
oratoris stylum canorum, numerosum & so-  
nantem, qualem eodem loco explicat magnus

Criticus, qui eidem Hyperidi ut Pentathlo summa omnia tribuit, & maximè apud eum elegantiam & venustatem, qualem vix illius imitari queat.

Cæterū qui intemperantiū κρότῳ & ἥχῳ abuterentur, dicebātur πυκνίζειν. Sic memini Quintilianum inflato nimis oratori tympana Fabius l.s. orationis tribuere: & Dionysium Longinum Sophistis καὶ δάρας, sonoria tintinnabula, aut crotala, quæ passim adhibere velle in dicendo, ait esse καὶ σοφιστῶν. Et quidem Scopelianum Sophistam aiebat æmuli in declamationibus de Marathonē πυκνίζειν. Reprehensus quoque Philager in Sophistico grege non ultimus, quod κλέψεις τε προνῆστρος, immenilem sonoritatem in dicendo affectaret, ut meminit Philostratus. Qui iudicio vtebantur Sophistæ, κρότῳ quidem adhibebant in oratione, sed moderatum, qualis fuit in Herode Attico, de quo sic in eius vita; κρότος ἢ σὺν ασπαλεῖα καὶ κειτίσσα ἥχῳ, plausus cum securitate, hoc est à summo refugiens & decorus, & similis Critiae sonoritas; quem Critiam habuisse quideam πυκνογονίαν accepimus, sed non bombis tympanorum resonantem.

Vnum addo ad rem Sophisticam intelligendam non inutile; κρότος, ἥχος siue ἥχω, tametsi an differant, vulgo rem eandem significant, cum ad Rhetorū dictionem referuntur: sic tamen ponit aliquando apud Philostratum, ut differre videantur; quæ remora esse posset legenti. Sic verò habet in Adriano Sophista: πώ ἡ φωνὴ σκύλου τῆς λεξεως οὐδὲ τὸν δράχμων σφιστῶν φεύγειν, ἥχω περούχων μᾶλον ή κρότῳ. In his similib[us]que

*Apud Philostr.  
de vit. Sophist.*

locis vbi aliqua ponit videtur inter utrumque distinctio, alterum ad μεμονωφανεια refertur & modulatam veluti linguae pronunciationem: alterum ad genus compositionis altæ, magnificæ & sonoræ, siue δρυμοῖς τῷ ἡχῳ. Vocis & linguae planum plurimum ad eam venustatem & eloquentiæ gloriam potuisse, clarum est. Rhe-

**K**νηπος, κρόπος, tores vocant κνήπον γλωττικ, aut etiam πρότον, ρύθμον, vel ρύθμος τῆς vel ἡχὸς τῆς γλωττίκ. De Phauorino sic in eius vi-

γλωττίκ. Εκείνοις ἐφελγε τῇ τῇ ἡχοῖ τῷ φέγγιστος, & τῷ ρύθμῳ τῇ

γλωττίκ, eorum animos optima vocalitate ac lingua

modulatione delectabat. De Polemone idem

φέγγιστοι αὐτῷ λεπτὸν γένετον, κρόπος θάμνοις τοις διπεπύπει, τῆς γλωττίκ. Vox erat ei tenuis & laboriosa, diuina quædam mirabilisque sonoritas linguae pulsi moderata. Hunc vocis & linguae ρύθμον haud omnes habuerent, præcipua omnium diligentia fuit in parando magnifico illo sonitu orationis & canoro, propriet quod λαμπτερὸν ἡχὴν dice-

λαμπτερόν.

ἡχὴν.

S. Greg. Naz.  
Orat. 20.

bantur. Sic Philostratus ait Ptolemæum λαμπτερὸν εὐ σοφιστὶς ἡχῶν. vertunt, illustrem inter Sophistas sono vocis exitisse; mallem sonum orationis dicere: nam idem autor de Antipatro, qui fuit ab epistolis Seueri Imperatoris, λαμπτερὸν τὸ αὐτῷς [επιστολῇς] ἔχον, clarum quiddam atque resonans in epistolis exhibuit; quod de stylo intelligit necesse. Quod alludens S. Gregorius Nazianzenus ait ρύπειν τὸ φυλόν περὶ διδασκοντος ἡχου, Rhetoricam alie, magnifice clareque resonare.

Restat ut hic quædam loca indicem male ab Interpretibus exposita; quod mirum non est, cum in iis quæ propria sunt artium, doctissimorum etiam animus non satis attentus labi-

queat. Philostratus in Aristocle p. 566. vbi de *stylo ipsius & genere orationis loquitur, quam Soph.*  
*ιδεαν τὸ λόγου αἰλούχουν vocauerat, statim sub-*  
*ιungit, αὐτὴν δὲ οὐ αἴλινοις εἰς τῷδε πώτῳ Ἡρόδου γλῶσσαν*  
*βασανίζοντο, λεπτολογιῶσι μάλλον δέξεται, οὐ κρότου δὲ τὴν*  
*ὑχῖνην συγκειθεῖται. vertunt, Atque Atticimus ipse, si*  
*cum Herodis lingua expendatur, exiliter de tenui re*  
*differere potius videbitur, quam plausum & acclama-*  
*tionem mereri. Si quid mei iudicij est, bis hīc*  
*peccatum. Nam primū πὸν λεπτολογῆσαι, hoc*  
*loco, non est de tenui re differere, cùm non*  
*ad materiam, sed τοὺς ιδεαν referatur: neque*  
*κρότος & ὑχώ, acclamationem plausumque au-*  
*ditorum significant, cùm τοὺς τὸν αἴλινον, de*  
*qua sermo erat, pertineant. Locum igitur sic*  
*reddendum puto; Exilis potius ieunāque eius esse*  
*videbitur oratio, quam grandis, magnifica, & sono-*  
*ra. Idem Philostratus in Scopeliano; E So-*  
*phistis, inquit, maximè cum Gorgia Leontino*  
*versatus est, πρωτεων δὲ τῆς λαμπεῖν ὑχοῦσι. ver-*  
*tunt, & cum his quoque Rhetoribus qui splendorem*  
*haberent. Videtur Interpres legisse ἔχοισι, non*  
*ὑχοῦσι: quid sit autem λαμπεῖν ὑχῖν, iam expli-*  
*cuimus. Eunapius in Iuliano pag. 126. ita ha-*  
*bet de Proætatio publicè orante; Proconsul ob-*  
*stupuit, καὶ τὸ βάθος τὸν λέπτεων, & τὸν θύκολιαν καὶ τὸν κρότον.*  
*Interpres quem politissimum ego iudico, hīc*  
*properans ita reddit; pondus atque acumen obstu-*  
*puit, præterea morum comitatatem & aptam manuum*  
*plausionem. Geminus error: nam θύκολιον retulit*  
*ad mores, κρότον ad manuum plausionem, cùm*  
*vtrumque, quemadmodum & id quod proxi-*  
*mè antecedit βάθος, τοὺς τὸν λέπτην pertineat.*

Est verò hīc κρότης, dictionis sonoritas: δύκολία au-  
tem in dicendo facilitas, quam Philostratus πέ-  
δυγλαστίαν, vel δύρων appellare solet. Ita cùm lo-  
quitur de Hermocrate pag. 607. ἐδίδου πά γε  
η δύρων, καὶ οὐ τῆς γλώττης κρότης: ubi idem planè  
dicit quod Eunapius. Idem Eunapius p. 166.  
de Himerio Sophista, κρότης δὲ ἔχει οὐχον οὐ σω-  
θίκη πολιτικόν. vertunt, compositio ab urbano strepi-  
tu plausuque non dissonat. Hoc planè dictum  
obscurius: quid enim est non dissonare ab ur-  
bano strepitū? Reserit dilucida, si intelliga-  
mus esse duplex orationis genus in historia  
Sophistica: alterum πολιτικὸν λόγον, alterum σο-  
φιστικὸν nominant. Vtrumque genus proprium  
quendam habuit κρότης sive οὐχος: nam in illo  
quidem πολιτικῷ, sonus est moderatus & amans  
dignitatis, neque repetiuntur istæ pompa tubæ  
que Sophistarum, quæ tono veluti heroico  
sonantes admirabilitatem efficiunt: est igitur  
apud Eunapium κρότης sive οὐχος πολιτικος, ciui-  
lium orationum sonus, vel oratorius plausus  
in eo genere dictionis.

*Quid magni viri de stylo Sophistarum sen-  
serint. Laudatur à quibusdam, ab alijs  
carpitur. Sancti Patres duas ob causas il-  
lum repudiant. Ea de re quedam illorum  
effata atque sententiae. Heretici videntur.  
Sophistico utuntur. Emendatus Gregorius  
Nazianz.*

## C A P. XXVIIH.

**R**AVES quidam & præstanti  
iudicio viri Sophisticum stylum  
& amarunt & laudibus in cœ-  
lum extulerunt, qualem mira-  
tur & depingit Eunapius Sar- Eunap. in A.  
dianus in Eustathio his verbis: *πολλὴ τῆς γλωσσῆς δέσιο.*  
*Ἐ τοῖς χίλεοις αἰώνιοι ἡ θέω γονεῖας ἐδόκει, &c.*  
Linguæ facundia labiisque insidens lepor, simile quid-  
dam præstigiis magicis obtinebant, sermo effloresce- stylum So-  
bat suavis & placidus, & tanta cum gratia effunde- phisticum.  
batur, ut qui vocem haminis audirent, obliti *sui*,  
tanquam qui Lotum degustassent, à verbis illius pen-  
derent: adeò non multum aberat à sirenibus musica  
suavitate loquentibus. Philippus Macedo ad eos  
Sirenarum scopulos hæsit, qui cùm esset in  
adolescentia cum doctissimis Græciæ viris &  
dicendi laude clarissimis versatus, sic illam  
dicendi rationem hausit, ut ea magnificè glo-  
riaretur. *Φιλιατρος*, ait Plutarchus, *λόγου σύνοπτος* Plutarch. in  
*σοφιστικος καλωμενος*, Sophistarum more facun- Alexand.

Dio Chrysost.  
or. 4. de reg.

diam suam ostentabat. Doctior illo Alexander filius, mirabatur σοφιστῶν λόγοις, ὡς ἴψιλοις καὶ μεγαλοφρεπεῖς, ait Dio Chrysostomus. Hippocrates tametsi non caperetur Sophistica leuitate, inter Sophos tamen, eos ait ut plurimum superiores, ὡς τὸ πάχη μάλιστα ἡ γλώσσα πυνθανεῖται τὸ οὐχίδι, quibus potissimum volubilis lingua est ad popularem auram accommodata contigerit. Xenophon tanquam Herculem Ogmium catenulis aureis omnes deuincientem, sic Prodicum vidit Sophistam; qui cum esset carcere detentus in Bœotia, corporis vade constituto, ad Prodicum audiendum incredibili suauitate & orationis copia differentem accedebat; tantus erat tamque mirificus eloquentiae splendor, tantum lenocinium, tam diuina Suadela. Hinc Sophistæ nominati δασύοροι, δασύάσοι, diuini, admirandi, & alijs nominibus affecti ad præstamentum gloriam significandam: hinc etiam cum Orpheo & Thamyride compositi, qui feruntur non homines modò atque belluas, verum etiam inamabiles inferorum ymbras museo quodam lepore domuisse.

Repudiatur à Sed hæc fortè in eos conueniant, qui presummis viris. mi eius artis fundamenta iecerunt, & in alios præterea quosdam, qui excellēti ingenio præditi propter nouum & inusitatum genus dicendi omnibus luminibus ornatum, commendationem habuerunt. Nam doctos & sapientes ferè omnes video Sophisticum stylum repudiantes; nec erit ab instituto alienum, quorundam hic audire sententias, ut in Curia augustoque Senatu. Plutarchus vocat αἰωφῆτες ἐγ

Plutarch. l. de  
audit.

ωόντοις, οὐδεὶς δὲ φωναῖς κατεργάτων Φοίστων, dulces quidem & delicatas voculas delinientium Sophistarum, sed expertes omnis utilitatis. Sic Phocion Idem in A. Leosthenis orationem similem esse aiebat cum populi pressorum, quae cùm sint pulchræ & proceræ, fructum tamen nullum ferunt. Socrates πλάτων λόγοι, hoc est more Sophistarum in comenda oratione sudare, dixit esse μειζουμένες, pueriles Arrian. l. 3. delicias: quod eius effatum Epictetus suo calcu- c. 23. lo & opinione comprobat. D. Hieronymus D. Hieron. ep. pueriles declamationes. Cicero fucum puerilem. Ea 2. causa Maximus Tyrius vocat Sophistas φήσιο- Max. Tyr. ες ἐκλεπυρόφοις καὶ δημοχίσοις καὶ τῷ πόλεμῳ, dissolu- Dissert. 15. tos & artificio suo fucatos. Lascivientis veluti meretriculæ fucum eis attribuit doctissimus Hieronymus; sic enim eleganter: Quasi ad A. S. Hieron. pref. schenæum & ad auditoria conuenitur, ut plausus cir- in l. 3. com. ad constantium suscitentur, ut oratio rhetoricae artis fu- Galat. cata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quam fauorem populi quæsitura, & in modum psalterij & tibiæ dulce canentis, sensus demulcent audientium. Pingit quoque ut meretriculam Fabius his verbis; Fab. l. 5. c. 13. Quapropter eloquentiam, licet hanc (ut sentio enim dicam) libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti viri, ostendet. Et in Procem. l. 8. Illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsa effeminat, quæ illo verborum habitu vestiuntur. Itaque Sophistas componit cum mā- cipiorum negotiatoribus, qui formæ puerorum virilius excisa lenocinantur. Quod idem est apud

Max. Tyr.

Dissert. 12.

Idem Dissert.

15.

Liban. declam.

39.

Philofstr. de vit.

Sophist.

vit. Apollon.

l.

8. c. 2.

SS. Patrum  
sententia,

S. Chrysost.

homil. 15. in

I. ad Timoth.

S. Greg. Naz.

or. 15.

Maximum Tyrium, qui similes eos ait *αἰσθατούσιν κατηπίκαιοις, mancipiorum mangonibus.* Et alio quodam loco ad eos illudēdos facetissimi poētæ dictum adhibet: *Vulgus*, inquit, *in oratione nihil amplius quam linguam promptam, dictionem volubilem, voces Atticas, periodos rotundas, mollem compositionem laudare solet. Quæ omnia nihil aliud sunt secundum Comicum quam ἔπιφυλλίδες καὶ σωμάτα, χρισθέντων μονοτοῖα, λώβη τε πίχες, inutiles rācemuli et loquatitas, hirundinum musea, dedecus*

*τηλείας τελείας.* Antoninus Imperator illis quoque per contemptionem dat Sophist. & in μητρὶ καὶ δύσμα τοξεία, minuta & infelicia verbula: vit. Apollon. l. & Apollonius Tyaneus βαρυλοχοῖς idēas, quasi mimicum & scurrile dicendi genus.

Sed mirum est quanta consensione Patres omnes Christianæ Ecclesiæ lumina stylum eundem Sophisticum abiecerint & damnarint. S. Basilius serm. de Humil. μή νοι κόμποις εἰ λόγω στριτισμοῖς, &c. Ne mihi ampullas in oratione Sophisticas arrogantēaque tumorem usurpes. Eadem mente S. Chrysostomus, de Christiano loquens oratore, quem D. Paulus laborare monet in verbo & doctrina, Quem, inquit, sermonem dicit? οὐ τὸν καμπάνην, οὐδὲ τὸν τύπον κομψίας ἔχοντα τύπον ἔξιστον, &c. Non qui fastu sophistico tumidus, externae peritiae venustatem lenociniūmque sequitur, &c. S. Gregorius Nazianz. grauiter: Prima sapientia est, sapientiam aspernari sitam οὐ λόγω, οὐ σφράγις λέξεων, οὐ τῆς κατηπίκαιος καὶ τελείας αἰσθατούσιν, in sermone ac

dictionum strophis, atque fucata & superuacua Rhetorum concinnitate. Hic *αἰλίθιος* doctissimus Billius vertit *disputationes*; sed clarum est intelligi Sophistarum *αἰλίθια*, de quibus actum superiorius. Zacharias Scholasticus aduersus Ammonium disputans, Non enim nostri Theologi, κεκαλυπτιμόνις λόγοις, ή ρημάτων τομψίαις, &c. museo lepore verborum, non Atticarum dictionum modulata compositione, non picto genere elocutionis veluti præstigijs auditores illiciunt. S. Hieronymus *S. Hieron. ep.*  
in epist. Non cothurnatam affectas eloquentiam, nec <sup>26.</sup> more puerorum argutas sententias in clausulis struis. Cito turgens spuma dilabitur. spumam eleganter vocat Sophistarum κόμπον. Sic elegantissimus Petrus Chrysologus, *Philosophus ab opinionibus S. Petr. Chrys.* suis spumosis & inanibus detumescat. Et S. Augusti. *sol. serm. 110.* nus, *Habemus iam quosdam spumeos in sermone. S. August. l. de anim.* Sic Fulgentius, spumare orationem dixit. Quidam appellant vesicam. D. Augustin. contra *Idem August.* Petilian. *Videsne tandem quemadmodum ista tua, l. 2 contr. lit.* non sententia sed vesica, non solum inani sono, sed *Petil. c. 101.* etiam in capite vestro crepuerit? Alio quodam loco *Ibid. c. 8.* vocat fumum: Omnis, inquit, èste verborum ingentium fumus repente dilabitur. Hinc apud sua- *S. Bern. pre-* uissimum Bernardum, qui verbis dediti elatione fat. in vit. Ma- fumant. Nonnulli vocant inanem pomparam & lach. illudunt. D. Hieron. ep. 22. Nulla erit rhetorici *D. Hieron. ep.* pompa sermonis: & aliâs, *In communibus locis pom- 22. & proœm.* paticum iactare sermonem. Alij nominat phaleras. *in ep. ad Ephes.* S. Prosper de vit. contempl. Prudentibus virus *S. Prosp. l. 3.* non placent phalerata, sed fortia. Et apud Fulgen- *c. ult.* ciuum, non phaleratis sermonum studentes somnijs. Symmachus summas Pontifex in *ep. ad Lau-*

rent. Episc. Mediolan. sine phaleris est omne quod dictat affectio: ad vnguem fabricantur illa, quæ volumus non tam speciem recti habere, quam similitudinem. Ibid. etiam vocat picta eloquia. Ennodius Diacon. in Apologet. pro defens. Symmach. picta verba, & peniculo artis colorata. S. Hieronymus dixit vana foliorum umbracula: sic enim in cap. 10. Ecclesiast. In templo Dei prohibetur plantari nemus, & vana foliorum, id est verborum tantum sonantium spernuntur umbracula.

Cur autem sanctissimi & doctissimi Ecclesiae Patres hanc κομψίας & κόμπων Sophistarum abiisciendum esse putarint, causæ duæ sunt.

I. Quod tumidae illæ spumæ Rhetorum & vesicularum sonantium pompa, plena esset inanitatis, & haberet iuvenilem elegantium vocaliarum copiam, sine fructu animos audientium titillantem. Et ut cum magno dicam Origenē

*Philocal. p. 127.* όδει τεργές εἰλικρίνη δύστελλον ωρνον τοις ἐντυχούσινται, nihil conferret audientibus ad puram sinceramque

*Isidor. Pelus.* l. pietatem. Nam, ut ait Isidorus Pelusiota, oratio

*l. ep. 62. & ep. 1. ep.* quæ sola voluptate audientium & plausu definitur,

*308.* οὐχός δει χαλκος ποιη μεγάλως φόφοις πιὼ ανοιώ ἐνχάρης

æris sonus est magno strepitu aurem personans. Itaque huiusmodi oratorem vocat κύμαδοι της σκηνῆς της θάτερων αρμάδοι, & alio loco, κύμαδοι δύδαζον, cymbalum theatricum & de mimo. Scite &

*S. Prosp. de vit. venustè Prosper Aquitanicus: Alia est ratio de-*

*cont. l. 5. c. 24.* clamatorum, & alia debet esse doctorum. Illi ètucw-

bratæ declamationis pompam totis facundiæ suæ viribus concupiscunt, &c. & paulò post, illi plausibili-

ter dicunt, & nihil auditoribus suis declamando

proficiunt,

proficiunt, &c. Idem habet D. Cyrillus l.7. contra Iulianum.

Altera causa est, quod Hæretici qui aduersus Ecclesiæ Catholicæ dignitatem stylum exacerbant, ex hortulis Sophistatum summa contentione hosculos carperent, fucum ex arcu lis & meritriciæ formæ lenocinia promerent, ad impietatem colorandam, ut illo bracteata eloquentiæ cultu vestitum mendacium ad indoctæ multitudinis aures iucundius afflueret.

Iustinus Martyr præstabilis vir iudicio & doctri na id animaduertit, aitque illos qui nefarijs mundum erroribus imbuerunt, facundiam *ωνις π σελεπ*, ut illecebrosam quandam escam adhibuisse. Itaque monet ut ad illorum *θυλαθίου*, ex antiqua fabula obstruamus aures cera, ne vlla pestis cōtagiōne afflemur. D. item Gregorius Nazianz. vocat *άρονς π σελεπ μέχει της ήδεινς ισαύδην*, quandam aurium illecebram vltra voluptatem hand se porrigentem. Origenes de aureo calice Babylonis disputans; Sæpe, inquit, vidi Hierem. aureum calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatum venena considerans deprehendi calicem Babylonis. Itaque Cyrillus Alexandrinus comparat huiusmodi homines cum illo, qui aureo cochleari dat helleborum pestilenter. Et Theophilus Antiochenus Patriarcha impiorum illam elegantiam componit cum pharmaco mortifero, melle, vino, aut alio quodam liquore amabili temperato. Sic quem suprà nominavi Zacharias vocat *δικαιοίς τὸς Ζαχαρίας*, κύπεια μήλη *πρόστασιν γέγονται*, mortiferum poculum melle temperatum & circumlitum. Hoc

bombo Sophistico Eunomius clarescere voluit, quem refert Gregorius Nyssenus collegisse  
*s. Greg. Nyss. or. 12. contr. Eunom.* ταῦτα διηγεῖσθαι τὸν αὐτοφεύγοντα πνέοντα, resonantes maximè voces ē Commentarijs alienis, ut palmarium illud opus, & ut ipse opinabatur, omnium gemmarum atque vñionum nitore collucens efficeret, in quo multa in diuinitatem euemuit. Simili fuso gestiens Faustus Manichæus ad imperitæ multitudinis commendationem profluxit, quem disertum, omnibus in dicendo veneribus affluentem, & Sophistarum *aliquem* gloriosum fuisse accepimus. Cuius pictis

*s. August. l. 16. contr. Faust. c. 15.* venustisque mendacijs magnus Augustinus respondens, ita loquitur: Nec me tua lauta & lepida antitheta, quibus luteum sermonem quasi colorare ac pingere voluisti, vlo modo ab hac fidei veritate deterrent.

Neque tamen summi illi nostræ religio-  
 nis heroes omnem eloquentiam ornatūmq[ue] dictionis sepeliendum aut exterminādum esse voluerunt: absit enim vt de illis hoc cogite-  
 mus, qui magnam adolescentiæ suæ partem in studijs humanitatis, & paranda elegantia posuerunt, quique diuino beneficio datum esse hominibus faciunt, vt animi sui notiones elo-  
 quenter explicare possint. Quorum mentem

*s. Chrys. l. 5. de sacerd. c. vlt.* instar omnium vñus explicabit Ioan. Chrysostomus: οὐδὲς οὐδὲς τὰς τὴν Χειρανθή φυλακὰς λόγων ἐπως εἰσηγματεῖν; &c. Ignoras quantus iam ornatè copioseque dicendi amor, quantum studium in Christianorum animos inuadat ac tanquam debacchetur? quantoque iam in pretio habeantur, qui studium id excoluerunt, non apud externos canimus, sed

etiam apud eos qui Christianæ pietatis partes sequuntur? Sed nimis eorum eos cincinnos orationis fluētes & μωρούς χεῖς, quales Augustus in molli & effeminato Mæcenate ridebat, amputare, eum fumum per inane volantis eloquentiæ dissipare, lasciuiam coercere, moderari iudicio phaleras, amouere tympana, myrothecia dispensare, temperate flosculos atque lumina, delitijs modum ponere, denique meretriculam muliebri mundo luxuriantem, cyclade versicolore teatam, Phrygionum arte pictam, gemmis & corollis radiantem, compellere in gyrum modestiæ cupiebant.

*Sueton. in Octau.*





THEATRI VETERVM  
RHETORVM, ORATORVM,  
Declamatorum, quos in Græ-  
cia Σοφικας nominabant,  
*LIBER QVARTVS.*

*Sophist.e professores quonam modo lecti fue-  
rint. Thronus Sophisticus Aihenis Impera-  
torum beneficio stabilitus. Quando id pri-  
mum factum, quisve primus illi eloquen-  
tiae ludo prefectus. Proesw̄nes Spōrē lecti aut  
Imperat. iudicio, aut principum suffra-  
gys. Nominum professio. Inauguratio.  
αιαγρθνεδαι σωφισας, ιδρυεδη, ετc. Ακρωμία.  
Προεστατις διδασκοδηγη, ετc.*

## C A P. I.

**H**ACTENVS Declamantes exhibimus Sophistas, & oratione gestientes: nunc docentes intue-  
mur est necesse, & Scholarum disciplinam, communēque exer-  
citationes explicemus. Atque in primis qua ra-

tione lecti fuerint ad docendum, & Sophistico throno præsederint, operæ pretium est anquidere. Sophocles Amphiclidæ filius legem olim Athenis tulerat, *αφηγήσας, ὃ μὲν τὴν Βελλὴν καὶ τῷ δικαιῳ δόξῃ, νε quis philosophorum præcessit scholæ, nisi id senatus populusque decrevisset; qui secus faceret, capitale fore.* Non diu post antiquata lex illa fuit, nec sapientes utile fore putarunt, studiisque accommodatum, florentium artium cursum in angustum redigi & coercenti. Sophistæ in primis, liberum in ea re campum, & longè parentem habuerunt. Nam in quamecumque delationib[us] tuissent, poterant orationem habere, iuuētutem illicere, docere, declamare: *ἴστοις, inquit Themistius, πρὸ Themist. or. 1.*  
*βαρούσις τεργοτίς αἱ πόνοις οὕτως καὶ διατέχοδοι μὲν πολλοῖς  
 ἑταῖραι, cui libet enim prodire licet coram vobis in unū  
 collectis, atque omni cum libertate differere, ut in ampla  
 & libera ciuitate.* Hinc factum est, ut quidam pluribus in locis docuerint, vel propria animi inductione impulsi, vel à ciuiibus enocati: in eoque maximè spectabant frequentiam v[er]bis, adolescentium multitudinem, spem lucri & commodorum, & præsertim gloriae velificabatur suæ, in qua excellere pulchrum & beatum putabat. Sic videmus professorem eloquentiae Victorem Minerium Constantinopoli docuisse, deinde Romæ, tandem in Gallia:

*Illustres quondam quo preceptore fuerunt  
 Constantinopolis, Roma, dehinc patria.*

*Auson. in Pro-  
 fess.*

Sed quod in patria natalique solo docere voluerit, id à plerisque repudiatum, qui ab exterris nationibus opinabantur, plus se laudis &

gloriæ collecturos. Itaque Sophistam Scope-  
lianum cùm rogarent Clazomenij, ut declama-  
tiones domi suæ faceret, urbemque suam exor-  
naret, venustè recusauit, dicens *τις αὐδονα ἐν οἰ-*

*κίονα μὴ ἀσφι, in causa minimè canere Philomelam.*

Philostr. l. i.  
Thronus So-  
phisticus  
Athenis.

Tandem Imperatores Romani, cùm bona-  
rum artium propagationem ad suam curam  
pertinere cogitarent, *προπομπής Σπόρου* in Græcia  
esse voluerunt, & præsertim Athenis, suggesta  
videlicet oratoria, & officinas eloquentiæ, qui-  
bus qui præsenter publicis donis salariisque  
ornarentur. Id priùm effloruisse videtur sub  
Antoniniis Imperatoribus, quoruæ quo plurimi  
fuere Sophistæ magna gloria celebrati. Certe  
Xiphilinus à M. Aurelio Antonino Imperato-  
re constitutam suisse Athenis refert, *μηδὲν εἴθει*  
*τῆς διδασκούσης ὅπῃ πάνω λόγων παιδείᾳ, annuam mer-*  
*cedem doctoribus liberalium artium.* Quo modo in-  
telligendus est Philostratus, qui Lolianum ait  
Sophistam Ephesium prium Athenis Sophi-  
stico throno præsedisse. *Λολιανὸς ē Επέστος περιν*  
*ρῷ Αθηνῶν Σπόρου περὶ τοῦ.* Ante illum plurimi qui-  
dem Athenis eloquentiam docuerant, sed ille  
primus Imperatoriū beneficio usus suggestum  
obtinuit, primus è fisco præmia est cōlectus.

Xiphilin. ex  
Dion.  
Philostr. in  
Lolian.

Huius fortè imitatione, constitutus Romæ  
quoque est *προπομπής Σπόρου*, cum præmijs ampli-  
simis ab ijsdem Imperatoribus decretis, quæ  
in genere φωνῆς ἀθλα nominauit Philostratus:  
non quod tum prium eloquentia Romæ tra-  
di cœpta est, aut quod antea nulla fuerint è  
fisco salario depensa Rhetoribus: nam quid  
memoret de Vespasiano Suetonius memini-  
mus (de quo postea cùm de salario disputabi-

mus) sed quod longè fuerit illustrior Antoninorum benignitas, & in donando magnificencia, quam qui ante imperij habendas tenuissent. Itaque noua propè res visa: noua quoque extit contentio doctorum hominum & eloquentium, qui perfrui ea liberalitate & honore cōtenderent. De Romano igitur throno, sic meminit Philostratus in Euodiano: τὰ δὲ τῆς φανῆς θηλαὶ σὲ πέπλῳ Φόιλῳ δὲ περ ἐκέντει Σπόρον, πρæmia porrò vocis Romam adduxerunt, εἰς ibidem sophistico in throno constituerunt. Idem in Philagro Sophista, qui sub Marco Imperatore, cum Herode Attico de bene dicendi gloria certauit, cùm aliquandiu suggestum Athenis tenuisset, ὑστεροφέτερον τὴν καὶ πέπλῳ Πάγωνι Σπόρον. Hoc autem amplissimæ virbis suggestum Sophistici munera insigne, vocabat περίθρονον Σπόρον, supremum thronum.

Erant & similes in alijs ciuitatibus eloquentiae throni. S. Gregorius Nazianz. Cæsareæ <sup>et</sup> S. Greg. Naz. φισικοῖς Σπόροις memorat, & Byzantium ait Λεοντίδης <sup>et. 20.</sup> πρεσβύτερος σοφistarος τὸ Φιλοσόφων πελεωτάποις. Ab Ἀσχίνης quoque temporibus Rhodi fuit σοφιστῶν φροντίζειον, ut historiæ annales ferunt. Σοφισταὶ item Massiliæ fuisse in Gallia, mercedibus euocatos, cùm publicè tum priuatim, ait Strabo, cùm Strab. l. 3. passim qui inter ciues erant omnium elegan- tissimi, appellerent animum *ωρές τὸ λεῖψαι εἰς φιλοσόφην*, ut eximij scriptoris verbis utar.

Sed ut pertexam quod institueram quærere, Professores atque doceam, quonam modo Sophistæ pul- dati ab Imp. pito atque scholæ præficeretur, quod ad thronum quidem Atheniensem attinet (*παγδιοῦντος Σπόρον* vocat Eunapius) Romani Imperatores,

post illam publicam beneficentiam, eius præfecturam donabant, & quem vellent moderatorem scholæ præficiebant. Id cōstat ex eorum commentarijs qui vitas Sophistarum nobis reliquerunt: M. Antoninum ait Philostratus

Philostr. in  
Philisc.

*dōwai τῷ Αἰγίνιον δόποιον* Philisco. Idem alio in loco: Athenienses Senatus consulo decreuerunt legatum pro Chreste mittendum, τῷ Αἰγίνιον δόποιον ἐν βασιλίως αἰνῶντες, per quem Athenis oratorium thronum ab Imperatore paterent. Et in Sophista Pollice: Dicitur quoque melliflua voce pronunciaisse, qua cūm Imperatorem Commodum allexisset, τῷ Αἰγίνιον δόποιον τῷ αὐτῷ δέκτῃ, scholæ eloquentiæ principatum eius beneficio est consecutus.

Sed non diu hæc ratio tenuit, idque munus diligendi, ab Imperatoribus deriuatum est in optimates, & viros principes ciuitatis, qui communi suffragio probatos renunciabant. Id quo modo fuerit peractum, obiter significabo. Publicè dies præscribatur, quo die omnes qui eloquentiæ ludo præesse cupiebant, sistere se oportuit, ut cognita vniuersitate dignitate, legitima fieret electio. Nomen igitur qui voluissent profitebantur; tum siebat in eum numerum inquisitio, suffragia colligebantur; tum iij quorum interfuit, à cœtu grauissimo lectos pronunciabat. Morem hunc attigit Lu-

Lecti ab opti-  
ma ib.  
Nominis  
professio.  
Examen.  
Suffragia.  
Inauguratio.

Lucian. in Eu-  
nuch. Cæterum, inquit, de mortuo ex  
hus doctoribus quopiam, aliquis alius in eius locum sub-  
rogandus est, δουμαδης ψόφῳ τῷ αἰεῖ τῷ, qui sit calcu-  
lus Optimatum probatus. Sed pleniū de eadem re  
Eunapij, in Pro-  
eres. Eunapij in hunc modum: Mortuo Iuliano, cūm  
ciuitas atheniensis incensa foret studio diligendi suc-

efforem, qui in docendo prærogatiuam referret, plu-  
rimi docendæ sophistices munus ambientes, nomen suum  
professi sunt: Αροπολιώται ἡ δοκιμασίας αὐτῶν καί τοι  
Προαιρετος τε ἡ Ηφαιστίων καὶ Επιφαίξος, &c. Omnium  
calculis comprobati per suffragia diliguntur Proære-  
sius, Hephaestion, &c. Hoc autem fuit νόμος καί τοι  
διδοντος ἐκ ψήφου, suggestum, εἰς docendæ eloquentiæ  
principatum suffragio dare, ut loquitur eloquen-  
tissimus Gregor. Nazianzen. Ipsi autem lecti s. Greg. Naz.  
principes dicuntur à bonis autoribus idoneos, carm. de vix.  
δοκιμασίας σοφιστας, εἰς Θεοποιον δρόμον διάγεντες, διπ-  
τάντες τοις νομοις. Olympiodorus in histor. huius-  
modi scholarum præsides ait fuisse nominatos  
Ακρωτῖται. Hesychius interpretatur μητροας:  
vulgò autem dicebantur θεοποιας τοις δρόμοις, vel Ακρωτῖται.  
διδασκομένες, vel etiam της εποιησες. Photius de Hi- Photius.  
merio Sophista, τοις Αθηναῖς προπειας διδασκαλεις, Athenis eloquentiæ ludo doctor præfuit.  
Rem ipsam inaugurationem vocat Tertullianus  
his verbis: Et ab eius officij societate, duæ scholæ Tertull. I. adu. 1.  
protinus, duæ cathedræ, inauguratio quædam, &c. Valent.  
Romani quoque non absimilem habuere le-  
gendi consuetudinem aliquando, & Sophistæ  
privilegiis frui non potuerunt, qui non essent  
amplissimi ordinis iudicio probati, de qua re  
leges imperatoriæ sunt in Cod. Theodos. I. 6. de  
profess. & eod. Cod. de medic. & profess. sic edicit:  
Iubeo, qui/que docere vult, non repente nec temere pro-  
siliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decre-  
tum curialium mereatur, &c. Eorundem etiam iu-  
dicio amoueri à docendo potuerunt, si minus  
satisfecissent, vt est in Cod. Iustin. de profess. &  
Medic. I. 2.

*Docentium Sophistarum discrimen quoddam  
atque varietas. Quidam nominati Ἀπλί-  
στοι, alijs διωρώποι, eminentissimi. Hi re-  
gnare dicti. Φιλοπάτια, & contentio ἀνηφοιστῶν.  
Ab ipsa iuuentute quidam in Sophisticum  
Thronum emecti.*

## C A P. II.

**J**LIS suffragiis, de quibus su-  
periore capite monui, plures  
simul Athenis legebantur So-  
phistæ: oportebat enim ex in-  
stituto Romanorum Athenis  
vicissim alios dicere, alios au-  
ditores esse, ut ait Eunapius; qui de Proætatio-  
loquens, sex omnino una lectione doctores  
fuisse renunciatos prodit. Sed illi tamen non  
perinde omnes dignitate præstantes duo in  
genera diuidebantur. Quidam erant Ὀπιζεποι  
[ita nominabantur Athenis] quasi Minorum  
gentium dicas & Simpliciores, quorum ius &  
autoritas subselliis & throno definiebatur:  
alijs διωρώποι, præstantiores quidam & Maio-  
rum gentium Sophistæ, qui orbem vniuersum  
quasi Triumviri quidam, & λόγια πέμπον, sic  
inter se diuidebant, ut quædam prouinciaz  
huic, alia illi discipulos submitterent. Consi-  
milem habet differentiam Iulius Pollux, &  
quosdam insigniores Sophistas ait fuisse, quos  
vocat μάγοις, μαγιστροῖσι, διμοτελεῖς, alios γάριν,

Duo genera  
professorum  
Sophist.

*ad. Poll. l. 4. c. 6.*

Επίλεξ. Et Fabius Quintilianus eandem haud *Quintil.l.1.c.3.* obscurè diuisionem innuit, cùm in docentium Rhetorum numero, quosdam esse ait longè in dicendo & præcipiendo clarissimos, quos appellat *Eminentissimos*, alios autem *Minores*. Illi autem coryphæi primariique Athenis Sophistæ dicebantur *μεγάλοι*, regnum quoddam eloquentiæ possidere. Eunapius de Iuliano So- *Eunap.de vie*  
phista : *ἰνεγένετο τὸν Αἰσχύλον, ὃς τοῦτον ἦν τὸν Φίλον τοῦ Σοφίαν*  
*τούτου μεταχότερον ἐχώπει.* Regnum quoddam Athenis obiinuit: nam vniuersa undeunque iuuentus ad eum Regnū Soph. consuebat, colens atque obseruans virum, ob dicendi vim & ingenij magnitudinem. Idem de Proæresio inter Sophistas fama & honore triumphante, *τὸν δὲ Προαιρετούς μεγάλοις εἶδοι περὶ Η.* Sic aliâs de æmulis Proæresij, *τινος δὲ τούτου λογίους βασιλεῖας ἔχοντας,* regnum in dicendo obtinuerunt, postquam nimisrum professorum aliorum seditione ex vrbe fuit electus. Hoc enim sâpe eueniebat, ut gliscente inuidia inter Sophistas, & æmulatione sese longius efferente, turbæ & contentiones exorirentur; siue cùm *παγκαλεῖον δρόμον* ambirent communi iudicio celebratum, siue etiam cùm docerent.

Eam autem ambitionem in ea honoris sede obtinenda, non modò Athenis, verùm etiam Romæ fuisse versatam, historiarum monumenta sâpe declarant. Theodorus Gadarenus Sophista, ut Suidæ verbis utar, *συνεχεῖται τοι οὐαὶ Σuidas.* & Romæ in ipso imperij domicilio, cum Potamone & Antipatro certauit sub Adriano Cæsare. Epictetus eum ambitum, & cathedræ importunam cupiditatem, ut erat vir

sapiens, repudiabat, & refugiendam monebat.

*Arrian. Epict. l.2.* Cogita, inquit, amabo te, quantum sit pro magna aut pro cathedrae prærogativa, possidere animi æquitatem, in qua longè maior est felicitas. Cum vero iures simul docerent. & essent laudis gloriæque ap-

**Antisophistæ.** petentissimi, & quamplurimos auditores habere vellent; fieri non potuit, quin de se magnificè prædicarent, aliorum nomen & existimationem obtererent, contendenter saepius, & oratione pugnarent. Adrianus Sophista qui sub M. Antonino florebat, æmulam Aristidi Rhero i scholam Athenis habuit, ut ait Suidas. Fronto Emensus orator ~~intervale~~, æmulus fuit in docendo Philostrato Athenis. Enomarchus, Adrianus & Chrestus summi omnes Sophistæ, simul ibidem eloquentiae præfuerunt, ut autor est Philostratus. Longo post tempore Athenensem item scholam publico suffragio una moderati sunt Proæresius, Epphanius, Diophantus ex Eunapio, qui vel tantillum æmulis cedere suis non potuerunt, quin labem nomini suo inurerent, & propè in oculis omnium nationum & conspectu, infamiam susciperent. Nam eorum quidem faina, qui starum latè patens.

**Fama Sophistarum latè patens.** tum Athenis in amplissimo illo omnium literarum museo facundiae præsides fuerunt, per gentes oræisque omnes terrarum disseminabatur. Credo id dicenti viro had minùs docto quām innocentii Gregorio Nazianzeno: οὐδὲ τοις μὲν οἰκέτεροι παρέστησα, οὐδὲ δόσις ἀγαθή, præceptores quidem nostri apud tot homines celebres erat, apud quos Athenæ. Hinc nimirum ea quām dixi σπουδαῖα, & de principatu contentio.

**Greg. Naz. or.**

20.

Cæterum quod dixi de lectione Sophistarum, ad eos referendum est, qui scholæ prærent imperiali munificentia locupletatæ, cùm alioqui multi ad docēdum etiam Athenis alia quadam via & ratione profluerent. Nonnunquam ipsa iuuentus præstantes ingenio viros Athenis, manu propemodum iuicta inuitosque retinebat, & Sophistico in throno ponebat. Quod Gregorio Nazianz. vni omnium eloquentissimo contigit, eadem fere tempestate qua Proæresius, aliisque magni Sophistæ, omnem Græciam fama sui nominis complebant. De illo Gregorius Presbyter in eius vita memorat in hunc modum: *Gregorium adolescentes consertis veluti manibus retinebant, neque illi abeundi potestatem faciebant, πότερον τοφιστῶν δρόμον οὐχιαλλον δέχεται.* Sic Eunapius cùm discendi causa in Græciam fuisset profectus, & mirifica dicendi uertate & copia excelleret, illam docendæ eloquentiæ prouinciam suscepit adhuc adolescens, & matutinis quidem horis, in dictandi artificio explicando versabatur; post meridiem, Chrysanthium clari nominis philosophum, de grauioribus rebus ipse audiebat. Sic Olympiodorus narrat studio curaque sua Photius. Leontium eis πότερον τοφιστῶν δρόμον οὐχιαλλον δέχεται, ad sophisticam sedem enectum, tamen ei ille quidem repugnaret.

A iuuentute  
lecti protes-  
tores.

*Gregor. Presbyt.  
in vit. Naz.*

*Eunap. in  
Chrysanth.*

*Photius.*

*Quæ salaria Throno Sophistico adiuncta fuerint. Imperatorum ea de re constitutiones, & quis primus honorarium Sophistis attribuerit. Op̄os duplex Athenis, πολιτείας ἐπ̄ οἰκισθεῖσας. Philostrati versio tribus locis emendata. Ipse variique autores illustratis nomen Sophistarum.*

## C A P. III.

**P**ICVRVS eleganti ioco Platonem indigitabat χρυσῶν, aureum, quod aurum studiosissime captaret. Eodem modo aureos dicetemus Sophistas, non tam quod aureum flumen orationis funderent, quam quod ipsi pecuniarum fontes hautirent.  
Plat. in Phadr. Haud dissimili ioco Phædrus eos appellabat βασιλικοὺς ἀδερφάς, regios homines, quod, ut ait Plato, homines soleant σωρόφορεν αὐτοῖς ὡς βασιλέως illis tanquam Regibus offerre dona. Non hīc dicam quantum ab auditoribus suis petierint, quantas opes haud obscura cupiditate collegerint, quantam inuidiam ea causa sustinuerint; aptior erit dicendi locus cum de illorum avaritia disputabitur. Nunc tantum quæro, quibus salariis Imperatores Romani Sophisticum thronum ditarint, quibus præmiis ad docendam eloquentiam eos pelleixerint. Et quidem magnam eorum Principum fuisse curam & prouidentiam, ut Doctoribus sua præmia red-

derentur, ius & leges declarat. Cod. Theod. de Medic. & profess. l. 1. & Cod. Iustin. de Profess. l. 6. Sic edicunt Imperatores de professoribus liberalium artium, *Mercedes etiam eis & salaria reddi iubemus, &c.* De mercedibus professorum agebatur etiam in provinciis diligenter, ab ipsis Præsidibus, qui de more extra ordinem de salario Rhetorum sive Sophistarum cognoscebant. Ita enim habet Vlpianus D. de extraordin. cogn. *Præses provinciae de mercedibus ius dicere solet, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium.* Paulò post qui eorum præceptorum nomine contineantur explicat, nominatque primo loco Rethores. Et ne forte vnius sæculi modò illam prouidentiam fuisse putemus, tanto post tempore Athalaricus Italiae Rex Senatui virbis Senator l. 9. Romæ commendat, ut salaria doctoribus elo- ep. 21. quentiæ Præfecti Vrbis studio & cura sine vlla diminutione præbeantur. Hinc quorundam Imperatorum tantus amor in eos facundiæ Magistros, ut Sophistas inter præcipuos amicos haberent, & Sophistæ propè dici velle viderentur. Adrianum quidem scimus nominari Cœsiv à Juliano in Cæsaribus. Numerianus tanti fecit illam gloriam, ut cum eloquentiæ causa plurimum placuisset, & statuam esset commeritus, non tanquam Cæsari, sed ut Rhetori inscribi illam voluerit. Sed ut à proposito non recedam, in iure & legibus præmia Sophistarum variè nominati video: dicuntur enim mercedes, annonæ, salario, honor sive honorarium, emolumenta, commoda, constituta summa, annonaria commoda, immunitates, &c. Sed quanta

*Elast. Vopisc. in  
Numerian.*

salaria illa fuerint, ius opinor non dicit, res ab  
historia est petenda.

Aliquot igitur vetus memoria prodit Augu-  
stos, qui Sophistis honoraria constituerint,  
quorum primus à Suetonio fuisse dicitur Ve-  
spasianus, de quo sic meminit; *Primus è fisco*

*Suet.in Vespas.  
e. 18.*

*Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena consti-  
tuit. Vbi Græci Rethores non alij quām Sophi-  
stæ, quo modo sēpe in iure sumuntur, & in  
historia Augusta, ut apud Lamprid.in Alexan-  
dro Seuer. Ad Atheneum, audiendorum & Gra-  
corum & Latinorum Rhetorum causa frequenter pro-  
cessit; hoc est, ad Sophistas & eloquentiæ Ro-  
manæ doctores audiendos. Hæc sanè illustris*

*Annua cente-  
na pro sala-  
rio,*

*& prædicanda est magnificentia; nam annua  
centena si ad nostrum putandi modum reno-  
ces, aureorum coronatorum efficient millia  
duo, & præterea fere centum. Et vero simile  
mihi est, eam attributam summam fuisse pro-  
fessoribus tantum Viribus æternæ; in prouinciis  
enim multo fuisse minorem, post videbimus.  
Scio maiorem fuisse constitutam à Diocletiano  
& Maximiano Imperatoribus Eumenio Rhe-  
tori profitenti in Gallia: sed munus extraor-  
dinarium fuisse puto ad clarissimi viri digni-  
tatem augendam, non commune omnium  
Rhetorum stipendum: sic Eumenius ipse rem  
explicat; *Salarium me liberalissimi principes ex huius  
reip. viribus in sexcenis millibus nummū accipere  
iussérunt. Sexcena millia nummū, duodecim  
millia sunt & sexcenti fere coronati nostrates;  
quæ summa luculenta sanè videri debet, &**

*Eumen. pro  
schol.*

*doctus-*

doctissimi illius viri, qui in palatio iam honoribus functus erat, singulare fuisse ornatum putetur. Cæterum à Suetonio dissentit Cassiodorus, qui principem illius liberalitatis *Cassiod. in* autorēmque facit Domitianum: *Quintilianus, Chron.* inquit, ex Hispania primus Romæ scholam publicam & salarium è fisco accepit.

Sequuti sunt deinde Antonini Imperatores, qui maximè intuendi nobis sunt in hac disputatione, quod ab illis Athenis, vnde orti Sophistæ, & ubi summa gloria semper viguerunt, Sophisticam scholā locupletatam, & doctoribus attributa salario fuisse credo. Nam de Mar. *Xiphil. ad* co Aurelio Antonino aperte Dio ait illum *Dion.* μαδὸν ἐπίστοιν, Sophistis annua commoda proposuisse; quæ qualia tandem fuerint, ut melius capiatur, animaduertendum est, duos Athenis fuisse δρόποτε ad docendam eloquentiam institutos, πολιτεύοντες & σοφιστοί, & cuique certam propriamque fuisse mercedem. In politico Auditorio id docebatur genus facundiae, quod foro ciuilibūsque causis fuit accommodatum: in quo vis potius atque robur dictionis, & η αγωνίστηκεν, quam ornatus, & luminosæ orationis splendor, & concinnitudo spectabatur. Qui huic præerant annuo salario, talentum habuerunt, ut è Philostrato liquidò intelligimus, qui loquens de Apollonio Sophista, Athenis, in Talenti Salauit, docuit τὴν πολιτεύοντες δρόποτες δημοτικήν, & ciuili magisterio præfuit talenti salario; erat enim in ciuilibus rebus clarus & insignis. Reperti sunt in veteribus Sophistis qui tantundem à discipulis *Athen. l. 12.* suis peterent. Alexis enim Comicus de Aristip-

po loquens, quem vocat σοφίστην, déque eius discipulo sic insit apud Athenæum;

Τέττω Τελαρτος δοις μαθητης γινεται.

*Fit discipulus Aristippi talenti mercede.*

Aristoph. in  
Nub. act. 3. sc. 1.

Alludit & Aristophanes qui Hyperbolū ait tālēto didicisse, quomodo fraus & persuasio esset adhibenda iudicibus ad causam obtinendam.

Κάπινι Τελαρτου τήτ' ἔμαθεν Υπέρβολος.

*Atqui hoc talento didicit Hyperbolus.*

Plutarch. in  
Pomp.

Itaque Pompeius Magnus Rhodi cùm Sophistas omnes adiisset, ἵκαστω Τελαρτος ἐδωκεν, νηνικι-  
que donauit talentum: ut videatur magnificentissi-  
mus ille copiarū duxtor, pro acroasi vna, tan-  
tum illis tribuere voluisse, quantum magni  
quidam eloquentiæ institores pro totius artis  
perfectione capiebant. Nec contemnendum  
fuit hoc docentium præmium, quippe cùm  
talentum nostratisbus aureis nummis sexcentis  
æquiualeat, ut Budæus quidem voluit, pro ra-  
tione æui sui numerans: sed si hodiernam æsti-  
mationem intueamur, tantum quingentis, vel  
sex millibus drachmarum apud Græcos. Plus  
quidpiam σοφιστικὴ δρόση fuit additum: nam  
commune honorarium Sophistarum Athenis  
fuit μεία, decem millia drachmarum, hoc est aurei  
nostrī octingenti triginta tres cum assibus ali-  
quot Turonensisbus: drachma enim vetus re-  
gali Iberico pondere ex æquo respondet. Hoc  
autem quod posui emolumentum atque sum-  
mam, disertè Lucianus & Philostratus indi-  
cant, & tantum non Marcum Imperatorem il-  
lius instituendæ autorem pronunciant. Τέττη,

Commune  
honorarium  
μεία.

Lucian. in Eu-  
nacho.

inquit Lucianus, ἐν βασιλείως μαθηφορών πε, &c.

Et paulò pōst, quale id stipendium fuerit definiens, ait fuisse μειας καὶ τὸν ἐμπλόν, decem millia denariorum sive drachmarum in singulos annos. Eandem mercedem habet Philostratus, cuius men- *Philostr. in-*  
 tem haud dubiè eruditus Interpres non cepit: *Theod.*  
 ita enim ille in Theodoto Sophista, qui bien-  
 nio Sophisticum thronum occupauit: *ωρέων δὲ*  
*καὶ τῆς Αἰθωνος νεώτερης ἡμίνυντος ἐκ βασιλέως μειας*  
 vertunt, *Hic iuuentuti Atheniensium primus præfe-*  
*ctus fuit super innumeris à Rege inslitus: debuit di-*  
*cere, decem millium salario ab Imperatore concessos;*  
*nam idem omnino significat quod Lucianus.*  
 Consimilis hallucinatio videri potest apud *Idem in Da-*  
 eundem Philostratum in Damiano: *ὑπόδοξον, μιαν.*  
 inquit, *ἀμφοῖς ἡμίνυντος μειας.* vertunt, *ambos exhibita*  
*innumeris mercede audiuit; dicetem ego, decem mil-*  
*lium mercede. Tertiò in eodem erratum. Ait*  
 Philostratus decreuisse legationem Athenien-  
 ses ad Imperatorem, ut Chreste eloquentiæ  
*Speis* peterent. Dissuasit legationem Chrestus,  
 neque enim decem millium salarium virum  
 attrahere: non, inquit, *αἱ μειαὶ ὅδοι,* vertunt  
 male, *tot millia virum non faciunt.* Atque in hoc  
 constituendo Sophistarum præmio, mihi vi-  
 detur sapiens Imperator respexisse ad princi-  
 pes antiquitatis Sophistas; à quibus in docen-  
 da eloquentia sæpe tantum fuisse petitum me-  
 minerat. Nam à parente istius artis Protagora,  
 decem millibus denariorum didicisse artem  
 quam edidit Euathlus dicitur à Quintiliano. *Fab. I. 3. c. 1.*  
 Ilæus hoc idem à Demosthene obtinuit, de  
 quo sic Plutarchus: *καὶ θηγωνατο Δημοσθέους λέποντος* *Plutarch. in*  
*τῆς γολῆς ἡμίνυντος μειας,* decem millium *Ισαο.*

*drachmarum mercede docuit Demosthenem à schola  
abductum.*

Philosopho-  
rum *salaria.*

Tatian. or. cōtr.  
Grac.

Lamprid. in  
Alexand. Seuer.

Immunitates  
throni Soph.

Philostr. in  
Philisco.

Ab ijsdem Imperatoribus grandior etiam merces præfinita est Philosophis: nam Tatianus Assyrinus, qui sub Marco & filio eius Comodo vixit, ita refert; ὡς οὐδὲ τὸν Ρωμαῖον βασιλέως ἐποίους χρυσούς ἔχακόσιους λαμβάνει πατεῖ, &c. adeò ut à Romano Principe annuos plerique sexcentos aureos accipient. Aureos Romanos intelligit, qui hodierna æstimatione centum supra mille coronatos nostros efficiunt. Post Antoninos principalem etiam munificentiam in Sophistas Alexander Seuerus ostendit, quem ait Lampridius Rhetoribus *salaria instituisse* & *auditoria decreuisse*; sed qualia ea *salaria fuerint*, non liquet.

Addo ad extreum, præter illa quæ diximus commoda, Throno Atheniensi tuisse adiunctam λειτουργίαν ἀπέλειαν, immunitatem, quæ tamen perpetua fuisse non videtur. Cùm ea spoliaretur Sophista Philiscus, qui septem annos oratione sedi præfuerat, ad Commodum Imperatorem, ipsi alioquin infensum prouocauit, cui etiam publicè ausus est dicere, σὺ μοι λειτουργίῶν ἀπέλειαν δέσποινας, διεὶς τὸν Αἴγαιον δρόμον. Cùm tu mihi scholæ præfectoriam donasti, etiam immunitatem cōcessisti. Sed iratus Imperator negavit aut illum aut quenquam docentium esse immunem, indignum esse dicens, ut ciuitas consuetis functionibus priuaretur διὰ μηχανῆς δέσποινα λογάφεια, propter misellas & tenues Sophistarum oratiunculas. Idem ipse tamen Imperator Philostrato Lemnio λειτουργίῶν ἀπέλειαν διπλή μηδέτη εὑμφίσιον, ut habes

lib. 2. de vitis Sophistarum Itaque beneficium  
 cum quidem id videtur quorundam fuisse Im-  
 peratorum; at qui deinde consequti sunt Cæ-  
 sares, multas Rhetoribus immunitates conce-  
 serunt, à tutelis, à Gymnasiarchiis, alisque  
 huiusmodi, de quibus in iure & legibus mul-  
 ta. De Valentiniano vndecima sua oratione  
 Themistius, *Quis tanta præmia proposuit? quis elo-*  
*quentia laude celebres, cum illustribus virtute bellica*  
*ducibus parem ad dignatus gradum euexit?* Paria de  
 Mauricio Imperatore Suidas: Dicitur, inquit, *Suidas.*  
 eloquentiam maximi fecisse, & in optimis qui-  
 busque disciplinis versatos maximis honoribus  
 affecisse.

*De Schola docentium Sophistarum. Ea vel*  
*publica, vel priuata. De utraque notatum.*  
*Ordo sessionis in auditoribus, qui æris cam-*  
*pani sono aduocati & dimissi è schola.*  
*Quoties in die Sophistæ docuerint. Qui-*  
*dam scholas duas complexi.*

## C A P. IV.

**S**CHOLAS Sophistæ & domi- Scholæ pu-  
 cilia habuerunt ad docendum, blicz.  
 tum publica, tum etiam priua-  
 ta. Publica nomino à præsidi-  
 bus reipublicæ cōstituta, qualia  
 Romæ tum Athenæū, tum Capitoline scholæ,  
 de quibus in iure & in historia frequens mem-  
 B b iij

tio: qualia item & Athenis & aliis in urbibus Gymnasia, vbi multi simul Sophistæ separatis in exedris iuuentutem erudiebant. Priuatæ etiam fuere scholæ sive dicendi officinæ, quas sibi pro animi arbitrio deligebant Sophistæ, cum sedem in aliqua civitate fixissent. Eunapius θεατρα idiomata nominat: Themistius συμποσιον. Sic domestica in pergula scholas habuisse Crassitum autor est Suetonius. Neque tamen semper domi, sed nonnunquam in templis docebat. Id quidem à Megistia Smyrnæo Sophista memorat factum in Hippodromo Philostratus: ιερὸς δὲ καλεσθεὶ τηγανεῖον περιοραμένοις, &c. Et paulò post, ξωκίνεις ὡν ταῖδεσσι τοῖς ἔρεσι, venit ei in mentem fieri posse ut aliquis ex illustribus diceret intus. Locum autem in quo adolescentiam instituerent, Græci vulgo χολέων & χολεῖον vocant: Αἴσchinis apud Rhodios scholam Plutar- chus nominat σιδηροκαλεῖον, Philostratus φοιστῶν φορτικεῖον, ut etiam Aristophanes, cuius Scho- lastes hanc ponit animaduersionem: φορτικεῖον vocatur apud Atticos σάκος, locus videlicet ἐνθα πόλοι οὐρθούται οὐτάδεροι, quod multi ad discen- dum et meditandum conueniunt. Themistius or. 7. φιλοσοφίας αὐλεῖον καὶ μουσεῖον. Himerius apud Pho- tium, βασιλεῖα μουσεῖα, regalia scholarum. Grego- riūs Nazianz. vocat παρδεινήειον. Attici χορηγοί, apud quos, inquit Ammonius, χορηγοί, οἱ σιδε- ροδεῖοι. Alij διατείχειον, quidam etiam σκυλιτζίον, Latini etiam nuncupant aliquando scenas. Autor Dialog. de Orator. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui Rhetores vocantur. Frequentissimum est ut dicantur An-

Priuatæ  
scholæ.

De illustr.  
Gram.

Plutar. in 10.  
orat.

Philostr. de vit.  
Seph.

Greg. Naz.  
orat.

Tacit. de orat.

ditoria, quemadmodum & à Græcis interdum  
ἀκροστος. sic apud Philostratum in Hippodromo,  
*Veni ut discerem τὸν ἴδος τῆς Ιωνικῆς ακροστος,*  
*auditorij Ionici morem. Pythagorei* ομακοειον nomi-  
 nabant, hoc est auditorium, apud Clementem  
 Alexandrinum : aliâs λέξεω, unde λεγοντας  
 discipuli apud Laertium. Vitruvius exhedras in  
 quibus Rhetores disputant. Cicero ludum: Strabo  
 χολας τῷ σει λόγοι πηχῶν. Alij alio modo voca-  
 rant.

*L. I. Strom.**Vitruv. l. 5. c. II.**Strab. l. 14.*

In iis scholis sedilia fuisse commoda ad usum  
 studiosæ iuuentutis, ex iis potest intelligi faci-  
 le, quæ suprà de theatro Sophistico diximus,  
 & ex eo item loco Plutarchi: ὅτε ὁ εὔπειρος αὐτοὶ Plutar. de Dal.  
 ἔθηκε περὶ ταῖς φρεσταῖς τὴν ακροστον καταλαμβάνοντας,  
 itaque videre licet primas in auditorijs sedes occupare.  
 Certos autē in eadem schola dilcētium ordines  
 habuerūt, vel, ut Fabius appellat, classes: neque  
 tantum pro scientiæ & cognitionis modo, ve-  
 rum etiam pro ætatis ratione dabatur sessio.  
 Quam rem exponit Philostratus, de studiis suis  
 loquens in hunc modum: ἐναγύρα εὐλαβεῖται, οἱ  
 μὲν παιδεῖς καὶ οἱ παιδαγωγοὶ, &c. In scholas accessui sede-  
 bamus, pueri quidem eorumque rectores medijs, ex  
 altera vero parte adolescentes ipsi. Placuit ea ratio  
 Quintiliano, cuius illud est effatum, Pueros Fab. l. 2. c. 2.  
 adolescentibus sedere permisso non placet mihi: cuius  
 dicti rationem ibidem exponit. Quod vero ait  
 Philostratus, venisse in scholam εὐλαβεῖται, ad-  
 uocatos, ad eam consuetudinem meo iudicio  
 pertinet, quæ etiamnum in usu ubique est, ut  
 intelligamus, iuuentutem æris Campanisono  
 aduocatam, & è scholis dimissam fuisse. Cuius

*Philostr. in Procl.*

moris vestigia animaduerto in vita Hippodromi Sophistæ, qui cùm Smyrnam aliquando venisset, ingressus auditorium est, ubi docebat Megistias: *λεγοδωνια της Μεγιστιας τη μετεξικα, &c.* Tum Megistias, inquit, adolescentibus tintinnabuli sono dimisus, &c.

Cæterū bis in die docuisse ut plurimū videntur. In Colloquiis antiquis Græcolat. *πειραιης επιτησ χετη παλη εις την γολη, post prandium*  
Plutar. de adul.  
ab amic. dign. iterum ad scholam redit. Plutarchus lib. de adulat. Ammonius, inquit, præceptor noster & *διαιρη διαιρεια, in conuentu pomeridiano, cùm animaduertisset discipulorum aliquos vlos esse prandio non simplici, &c.* Bene tamen dicendi facultatem artificiumque declamandi forte semel docuere tantum in die, aliis temporibus alia. Sic videmus Aristotelem cùm εωθινοι habeat & *διαιροι αειπατει, matutinis quidem horis επορευεινα & retrusa in media philosophia tradere solitum, post meridiem autem Χομερικα, Rheticam, poeticam, aliaque leuiora.* Sic Eunapius manè docebat Rheticam, à prandio ipse auditor erat Chrysanthij, qui tum in philosophia præstare videbatur. Sic enim de se ipse memorat: *ω εωθινα μηδ οινοχεαφεις οπι φυτευοις λόγεις, επισοις ξεινιους & τους δειρδοις επιτασσειν, &c.* Scriptor matutinas horas aliis impendebat, ac volentes docebat artem Rheticam, deinde mox à meridie ad primarium suum præceptorem se conferens in cœlestibus philosophicisque studiis erudiebatur. Aristodemus quoque Nysæus, quem Strabo docentem audiuit, Rhodi scholas habuit duas, & manè quidem Rheticam, vesperi Grammaticam tra-

Eunap. in  
Chrysanth.

Strab. l. 14.

Et abat. Sanè utrumque munus tuum eloquentiæ explicandæ, tum Grammaticæ, sustinuerunt interdum Sophistæ: quæ forte causa fuit, cur Grammatici & oratores pro ijsdem in iure sumantur, vt Cod. de Profess. & Med. l. 2. Grammaticos seu oratores decreto ordinis probatos, &c. vbi quidam iuris Interpretæ, Rhetores, legendum censem. Sed quid Sophistæ docuerint, accuratiū est videndum.

*Quid in scholis Sophistæ profiterentur. Antiquissimi scientias omnes complexi. Medicæ etatis Doctores orbe humanitatis definiti. Ænigmatæ tradebant, Grammaticæ magnam partem, Poeticam, Historiam, Eloquentiam. romani p̄mptæ. Sophistæ plura quam Latini Rethores docuere.*

## C A P. V.



V ID Sophistæ docuerint in scholis, quamque latè patuit eorum professio, dici uno verbo non potest, quod in diuersis ætatibus haud exigua fuerit eorum in docendo varietas. Primi illi qui Sophisticam in cœlum præstantis ingenij magnitudine fustulerūt, *εἰκαστιδιας* atque omnem doctrinarum veluti concentum videbātur esse complexi. De quibus sic est apud M. Tullium, *Cic. 3. de Orat.* Veteres illi usque ad Isocratem omnem omnium rerum

*quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad virtutem, quæ ad rem pub. pertinet, cognitionem & scientiam, cum dicendi ratione iungebant.* Plato quamvis illis propter φιλολογίαν, ut docti viri memoriae prodiderunt, iniquior, magnos tamen fuisse viros & excellenti scientia faretur. Ait verò in Protagora, illos Arithmeticen, Astronomiam, Geometriam, Musicam, ciuilem quoque scientiam & Cœconomicam docere cōsueuisse. Disputarunt de virtutibus, de vitijs, de deorum immortalium natura, ut innuit Maximus Tyrinus; Negat, inquit, Socrates se scire quidquam, nec quæ de virtute, nec quæ de dijs traduntur, nec quicquam denique eorum, ἐφ ὅς οἱ σοφισταὶ ἔκρηψαν, quæ cum fastu profitebantur Sophistæ.

Et Gorgias quidem Isocratis præceptor, non eloquentiam modò illum docuisse, sed Astrologiam quoque videtur, & cœlestium rerum cognitionem: cuius rei fuit insigne ad perennem memoriam in Isocratis monumēto incisum, ubi expressus fuit Gorgias, qui in globum cœlestem intueretur, adstante Isocrate. Itaque licet illis tribuere cum Dionysio Hali-carnass. πανεπιστημοσῶι φιλοσοφικῆν, cùm rerum diuinarum humanarūmq[ue] scientiam ostenderent. Neque tamen Grammaticam r[es]que alias minutas contemnebant. Protagoras, ut meminit Aristoteles, primus genera nominum distinxit, aliisque dixit virilia, alia muliebria esse; nonnulla item alia στεβῶν tanquam vasa & instrumenta, quibus intelligebat neutra. Socrates item cum Hippia colloquens, eum affirmat acutissimum omnium hominum intelligere li-

*Plato in Protag.*

*Max. Tyr.*  
*Dissert. 8.*

*Aristot. l. 3.*  
*Rhet.*

*Plat. in Hipp.*  
*maior.*

terarum syllabarūmque distinctiones. Apud Themistium Prodicus & Protagoras Abderita, alter quidem ὁ πολεμεῖαν πεπόνησσε, rectam locutionis ac verborū rationem, alter Simonidis aliorūmque scripta poëtarum adolescentibus explicabat. Plato etiam in Cratylō eundem ait Protagoram docuisse auditores suos τὴν ὀρθότητα, nominum rectitudinem.

Iam qui deinde consecuti sunt nominatique Sophistæ, duas veluti gentes proseminaluerunt. Quidam enim cùm viderent eos principes in εἰσιτηνῇ fuisse clarissimos, quid ea de re suis monumentis reliquissent, non modò legendum, verūm etiam tuendum omni sibi cōtentione putabant. Et quidem artem illi contradicendi excogitarāt, & pollicebātur omnes efficere ἀμφισθετικούς, adeoque scripta eorum extabant, in quibus ea ponebantur, quæ aduersus singularum artium professores contentio-  
nis studio adserri debeant. Quo in numero ponuntur τὰ Πρωτόγονα, Protagoræ monumenta, in quibus de palæstra déque cæteris artibus multa memoriarē prodidit, ut ait Plato. Hanc igitur scientiæ Sophisticæ partem quidam arripien-  
tes, non veritatem intuebantur, nec aliquod genus utile cognitionis, sed eos cum quibus in-  
ibant disputationes, compositis literarum no-  
minūmque tendiculis in laqueos induere nite-  
banrur. Quos ait Themistius magnificè & glo-  
riosè dissenseruisse de *synonymis*, *homonymis* & *pa-  
ronymis*. De his actum est superius copiosè, nec  
est cur pluribus agendum esse videatur hoc lo-  
co, in quo querimus, quid Sophistæ in schola

*Plato in So-  
phist.*

*Themist. or. 1.*

docuerint. Nam artem illi quidem ~~τέλος τεταρτόν~~  
 cui se dediderant, post Aristotelem, qui genus  
 illud Sophistarum repressit, haud opinor do-  
 cebat: sed cum essent imbecillo animo & ma-  
 litioso, turbulentæ naturæ fluctu, tanquam ali-  
 qua tempestate iactati, ad eos scopulos cōten-  
 tionis latrantēmque Scyllam ferebātur, & po-  
 pulari ambitione cōtenti, non minūs irretien-  
 dis dolosè hominibus gaudebant, quam si cla-  
 rus quispiam Timotheus, adminiculante for-  
 tunâ, multas vrbes retibus inuoluisset. Hi no-  
 mini Sophistarum æternam ignominiae labem  
 inuaserunt, à quibus etiamnum appellantur illi  
 Sophistæ, qui tortuosis & fallacibus conclu-  
 siunculis minūs doctos in fraudem inducunt.

Alij fuere Sophistæ, qui ut plurimū diffi-  
 ciles arcanâque Philosophorum disputationes  
 omittentes, ad studia humanitatis omnes vitæ  
 suæ rationes conferrent; qui cum maximis or-  
 natissimisque in vrbibus docerent, eorumque  
 scholæ incredibili adolescentium concursu &  
 copia celebrarentur, non sicut ab instituto alienum  
 quærere, quam potissimum scientiam tra-  
 derent, quidve prosteretur. Breui dicam, mihi  
 videri partem omnem humaniorum literarum  
 attigisse quæ excellenti & perfecto oratori  
 essent necessariæ. Grammaticam igitur docue-  
 runt, poëticam, historiam, ciuiles controuer-  
 sias, dicendi facultatem, Iunior Philostratus  
 cum Lemnium sibi cognominem Sophistam  
 vellet ostendere magnum fuisse in omni pro-  
 fessione Sophistarum, eximium illum esse mo-  
 net *εἰς σιγασθεῖσις, εἰς δημοπολίας, ἐν οὐρανομάστι,* &

Quæ doce-  
 rentur à So-  
 phistis.

μέτρας, ἐν χρήσιᾳ λόγω, in foro, in concione, in scriptio-  
ne, in declamando, in subitaria dictione.

Illud ἐπί σκασθείοις refertur ad causarum fo- Ciues eon-  
rensum cognitionem, quas sæpe summa elo- trouersia.  
quentiæ gloria & omnium comprobatione  
egere Sophistæ. Cuius rei historia Sophistica Philostr. de vī.  
plena est. Scopelianus sine mercede reis sui co- Soph.  
piam faciebat, quibus vitæ periculum creare-  
tur. Polemo duorum talentorum præmio fuit  
conductus ad nobilissimam causam agendam.  
Heliodorus à M. Antonino Imperatore vni  
causæ omnium quæcum Romæ fuerunt maxi-  
mæ præfectus, quam patrocinio suo tueretur,  
ὡς ὀπινδόπορος δικαιοίοις καὶ δικασ, ut iudicijς ἐπί cau-  
sis aptissimus, ait Philostratus. Itaque ut plurimū  
simul δικαιοκαὶ & σοφισικαὶ siue μηχανικαὶ tractabat,  
ut Damianus Ephesinus, de quo sic in eius via-  
ta; οὐδὲ δικαιοκοῦ μὴ θριατέρος, σοφισικοῦ ἢ δι-  
καιοκατέρος, fuit ut in iudicali genere magis Sophisti-  
cus, sic in Sophistico magis iudicalis. Et subdit in-  
grauescente illum senectute ἀμφοὶ τὰς απουδάς,  
verūque studium omisisse. Sic Apollonius Sophista  
dicitur in auctoritate δικαιοκαὶ & τὰς αἱρεῖς μηχανικαὶ, in fore-  
fibus & rhetorica declamatione probatus. Sic etiam  
M. Tullius Molonem Rhodium quem eloquē- De clar. Orat.  
tiæ ducem habuit, & actorem summum causarum,  
& magistrum appellat. Huiusmodi Sophistæ  
dicti videntur aliquando à Græcis ρομαιοῖ ποτέ,  
quo nomine Platonem Gerasenum vocat Ste- Stephan. de or-  
phanus, quem etiam ἡ Σπόνω, in commédatio- bib.  
nem legum intentum fuisse ait: ubi per Σπόνων,  
ciuilium opinor orationum suggestum siue  
πλεκτὸν Σπόνων intelligit, cui Athenis Sophista

Apollonius præfuisse dicitur & publicè in eo docuisse talenti salario, ut est in eius vita.

## Historia.

Nec minor cura illis fuit historiæ, quam ut officij sui partem excolebat. Hinc exhibitæ ab illis ἀποδειξεῖς in historia; quod fecisse Antiochū meminit Philostratus: hinc nominati οὐρανοφῆται: hinc in eorum laude positum, quod hoc etiam studio excellerent, ut in eo loco quem paulò antè posuimus de Philostrato, qui magnus fuisse dicitur εἰς οὐρανούς. Sic Dio Præfatus, ut eius vitæ scriptor memorat, ισοείδης ιωάννης οὐρανοφέτης. Sic Antipater Sophista specimen sui editurus in historia, res Seueri Imperatoris

*Fabius l.2.c.4.* gestas ornandas suscepit. Vedit hoc Quintilianus, & inter Rhetorum exercitationes ponit

*Cic. in Brut.* *historiam.* Etiam M. Tullius, *Cōcessum est,* inquit,

*Rhetoribus ementiri in historijs.* Sophistas intelligit: & Libanius, οἱ τῷ λέγαρι διαφέροντες, εἰς γραφλῶν εἰργατῶν τραχεῖς, qui in dicendo excellunt, literarum monumentis actiones inserunt.

*Grammatica.* Iam si de Grammatica loquamur, sic in ea docenda versabantur, ut haud verear illis *Methodicen* & *historicen*, ut vocant, nimirum illius scientiæ partes concedere. Nam ut capite superiori monuimus, quidam manè cùm præcepta eloquentiæ tradidissent, à meridie cœtum adolescentium in Grammaticis erudiebāt.

*Themist. or. 1.* Itaque æmulus eorum Themistius, ad minuendam eam gloriam, quam docendo consequerantur, Sophistam ait περὶ τὰς συλλαβὰς, καὶ εὐθετὰς, &c. syllabis esse affixum, nominum syncopas & elisiones meditari, & vocabula ad vnguem excutere: quæ minuta homini grauitatis amanti

sophóque videbātur. Cūmque in Italia Grammatici & Rhetoris sic partita distinctaque es-  
sent officia, vt pueri apud Grammaticos Suas-  
torias & laudationes declamarēt, aliāque id ge-  
nus ~~τεργυματουλα~~, apud Rhetores quæ graui-  
ris in eloquentia forent momēti, Sophistæ vni-  
uersam declamādi rationem sustinuerunt, nec  
alijs doctrinarum mystagogis ullam illius par-  
tem reliquerunt.

De Poëtica, quin ipsam quoque publicè Poëtica.  
exposuerint, dubitari non potest, cùm ab illis  
Simonidis & aliorum poëtarum versus summa  
diligentia explicatos, libris suis Plato fateatur.  
Hic memini scribere Amphilochium, Basilium  
Magnum cùm aliquādo venisset Antiochiam,  
vbi Sophista Libanius scholam habebat, offen-  
disse de grege adolescentium unum mœrore  
confectum, quòd Homeri versus consequi in-  
telligētia non posset, cùm tamen doctor Liba-  
nius enodare illos iussisset. Doctissimus Basilius  
quietum esse adolescentem iubet, tum mirabili  
facilitate rem omnem alioqui tenebris inuolu-  
lutam & abstrusam illuminauit. Quo deinde  
meo iudicio factum est, vt Libanius daret lite-  
ras ad sanctissimum & eruditissimum illum Pa-  
trem, vt diuini Poëtæ mystagogum & oraculū  
literarum, quibus ad Homericæ poëseos adyta  
viam ab illo pandi sibi orabat. Extat epistola Epistol. 152.  
inter Basilianas, cuius hīc partem lubet appo-  
nere: Cūm in prætorio vnā tecum essem, equidem non  
semel rogauis dīa τῆς ὅνς σοφίας, εἰς τὸ βάθος τῆς Οὐρά-  
ματος εἰσελθεῖν, &c. vt per istam tuam illustrem sapien-  
tiam, liceret pertingere ad Homericæ diuinationis alti-

*tudinem. Quod si totam consequi fas non est, tū vel in partem sortis huius nos introducito, &c.*

Eloquentia.

Plat. in Protag.

Ruffinus  
presb.

Sed præsertim in tradenda eloquentia, & dicendi fontibus apériendis elaborabant Sophistæ: vnde Hippocrates Atheniensis apud Platonem, Sophistam vocat ὁμοίως τῷ πόνῳ δρὸν λέγει, præceptorem eloquentiæ facultatisque dicendi. Hinc nominati λογοδασαι & πιθοῖς διδάσκονται, persuasionis & facundiæ magistri, πραεποιοὶ, προτίτη λόγων: à Cicerone, Fabio, cæterisque, Præceptores eloquentiæ, & dicendi artifices. Hinc Sophistice scribere, est eloquenter adhibitisque ornamentis. Ruffinus Aquileiensis peritè in prolog. lib. de vitiis Parr. Ne spernas impolitos sermones, nec enim mei operis est, diuinæ doctrinæ scripturæque, sophistiæ & eloquenter signare sermones. Atque in hunc finem magnam partem scholasticarū exercitationum referebat, de quibus modò est agendum.

Scholarum exercitationes apud Sophistas. Μήτραι siue ἀσκηματα τῆς προτελῆς. Declamationes umbratiles. Quis declamādi primus autor: eius rei cupidi olim Sophistæ. Rhetoris proprium declamare. Commeletare. Εὐπομπεύσας. Puerorum scholasticæ declamationes. In ijs plausus. Augent eloquentiam.

### C A P . V I .

Platarch. l. de audiend.

Dioscrys. in Me-  
shod. γαμηλ.

**N**TER præcipuas exercitationes, quæ in scholis Sophistarum adhibebantur, ponuntur Declamationes, quas Plutarchus σοφιστικὰς μηέτας vocat: Dionysius Halicarn. γυμνά-

γραμματεῖ τε & ανηματεῖ τῆς περιέλευσος. Photius Photius in Bi-  
γραμματοῖς λόγοις. Aristides Smyrnæus Sophista bliothe. Aristid. de  
ἀρωτηριατρεῖ στρατεύων, & quasi interpretas Priscianus, certamina rhetorica, lib. de præex. Rhet. S. Smyrn. to. 2. Priscian. l. da  
Gregorius Nazianz. πλάσματα, Ausonius falsas præexcerc. S. Greg. Naz.  
lites quas schola serit. Autor Dialogi de Orator. S. Greg. Naz.  
fictas controversias: & alio loco, scenas scholastico- ep. 57.  
rum. Nyssenus Gregor. ἐν γραμματῳ πνι γολασινοῖς Auson. ep. 11.  
θηραπείδη. Ennodius dicendi simulacula. Eume- Tacit. de Orat.  
nius Rhetor secreta studiorum exereititia. Arbiter in Hexam. p. 5.  
controversiam vñbrantibus sententiolis pictam. Agel- Ennod l. 1. ep. 1.  
lius decursus ludicros & simulacula præliorum vo- Eumen. de  
luptaria: & opponit certamini vbi omnia discipli- Schol.  
narum rhetoriarum arma atque subsidia mouentur. Agell. l. 7. c. 3.  
Vulgò nominantur ut Græcis μέτρα, sic Latinis  
Declamationes, & μέτρα est declamare. Hyginus Hygin. in fab.  
græcissans nouè dixit commeletare.

Princeps autem inuentörque μέτρῳ fuisse Inuentor  
dicitur Æschines qui Rhodi eloquētiæ ludum μέτρῳ.  
aperuit, de quo ita Photius: λέγεται δὲ οὐτις τρόπος Photius in Bi-  
έντειος γολαζων τὰ πλάσματα καὶ τὰ λεγέματα μέτρας οὐκε- bliothe.  
σταν. Fertur ibi [Rhodi] primus & fictiones, &  
quas ferunt declamationes in otio composuisse. Hunc  
secuti Sophistæ audiſtissimi fuere μέτροι: aie-  
bant enim Homerum fuisse filium Μήνας Mele- Homeri pa-  
tis, & proinde sese velle cōferre ad eius patrem. ter. Dissert. 19.  
Coccinnè, ut multa, Maximus Tyr. Mercator au-  
rum, ebriosus vinum, delicatus amores, cāsum musicus,  
dicendi studium Rhetor sequitur. Et quidem docti  
viri propriam exercitationem non minus Rhei-  
toris esse putant declamare, quam mederi Me-  
dici: de qua re sic Asper Iunior: Ars est compre- Asper in  
hensio præceptorū ad utilitatem vñi accommodata per Gramm.

*artificis sui exercitationem, medendi ut medici, declamandi ut Rhetoris, legendi ut Grammatici.* In hoc excellere cupiebat Sophistæ, in hoc ostéicare vim ingenij & orationis copiam, ex hoc denique approbationem & hominum laudem cōsequi. Hinc S. Basilius proprijs laudibus ornans Libanum celeberrimi nominis Sophistam, ait cum ταῦς πλέτας ἐμπομπεῖς, in declamādo triumphare, splendida quadam & magnifica veluti pompa, quæ omnium oculos in se conuertat. Vnde Quintilianus ostentationem declamatoriam appellat; Ennodius, pomposam recitationem.

*Fabius l. 4.* Atque ut Sophisticæ Declamationis quandam veluti faciem ante oculos ponamus, hoc in primis est intelligendum, rem antiquam vario temporum lapsu, variam quoque formam induisse. Antiqui enim Rethores in Declamationibus suis *communes veluti locos* tractabant è philosophia decerptos, de virtutibus, vitijs, paupertate, exilio, aliisque huiusmodi, quæ omni orationis copia vel laudari vel redargui poterant: vocabat θέας, Σελεκταὶ τῶν θεάς nominat.

*Philostr. de vit. Soph.* Philostratus. *An ignoramus* ( ait Quintilianus) antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis, ut *Theses* dicerent & *communes locos*, &c. Præclarum id quidem fuit institutum, & humano generi fructuosum, quo virtutis commēdatione, & turpitudine vitiorum ante oculos posita, mores componerentur, si ipsi mores

*Aristot. de re- prehens. Soph. c. 12.* suos compoſuissent Sophistæ. Nam Aristoteles οὐδὲ Ηερόν. afferit eos honestissimis quidem orationibus vti, sed contraria facere. Et Maximus Tyrius ait se minimè Oratorem cum probare,

*Max. Tyr. Dissert. 15.*

Communes  
loci.  
Theses.

καὶ μοιχεῖδες λέγονται, μοιχεῖον ὄντα, &c. qui in impuros fortatores, scortator ipse, aut de cōtumelioso contumelioso declamat. Seneca per quam venustè eos in conuitum suum disertos aiebat, & componebat cum medicis, quorum tituli remedia habent, pyxides venena. Eos pupugit aculeata quoque oratione Lactant. de Lactantius; si quis mores eorum diligenter fals. sap. l. 30. inquirat, inueniet iracundos, cupidos, libidinosos, arrogantes, proteruos, & sub obtentu sapientiae suæ vitia celantes, domi facientes ea quæ in scholis arguissent.

Huiusmodi Declamationibus θέσεων, successere redeinde Controversie ad similitudinem causarum forensium; quod primùm fieri cœptum Demetrij Phalerei temporibus, siue ille ipse polissimus in dicendo & ingenio abundans, siue quispiam alius excogitauerit; nam incertum esse prodit Fabius l. 2.

Ad extremum delectæ sunt materiae ex omni propè re atque negotio, in quibus explicandis exigua pro veris causis foro que utilitas fuit, copia vero ingenijque exercitatio magna. Hoc in ultimo genere φήσεων, omnium vulgo Sophistarum diligentia & labor insumebatur, in eodem adolescentes erudiebant & studiosissimè exercebant.

Neque enim ipsi modò Sophistæ eloquentiae Discipulorum professores, sed discipuli quoque in schola declinabat: quibus in declamationibus siebant plausus acclamationesque laudatiū, non minus quam in publica δημόσιᾳ. Hinc Plutarchus Platarch. de illa qua ab audientibus iactabatur, ad laudem, audien. Plausus in οἴφουσι & αἰρηπούσι, Ingeniosè, Floridè, ait esse τὸν scholis, παιζόντων καὶ πανηγυρίζοντων οὐ τὸ γολατικῶν μάχης φυγαῖς.

Fab. l. 2. c. 2.

ludentium & in iuuenili declamatione exultantium voces. Sed eam plaudendi consuetudinem insimulat iure Fabius, quod eò iam prouecta era: leuum adolescentium licentia, ut etiam vitiissima laudarent, & successum declamationis atque fructū κρίσιν & δόψες magnitudine definiret. Nunc, inquit, proni atque succinēti ad omnem clausulam non exurgunt modo, verum etiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamat. Id mutuum est, & ibi declamationis fortuna. Pari quoque leuitate se mutuò sibilis excipiebant, & aduersa acclamatione in schola, si quid displicuisse; quod in scholis Sophistarum fuisse frequentissimum, de pueritia sua loquens autor est Philostratus: nam Ἀgyptij Procli doctoris sui vitam scribens, ait eum bibliothecam habuisse domi, quæ pateret omnibus ad ornandas poliendasque declamationes, ne vel inuicem, inquit, exsibilaremus, vel cauillaremur, & ἐπ ταῖς τοφιστῶν σωματίαις φιλεῖ γέγενται. Itaque Plutarchus monet grauissimè, ita instituendos esse pueros, ut dum alius dicit, μὴ σωματίαις, μηδὲ ἔχειν τὰς ἐναστατωμένας, non cieant turbas, neque elatrent singula inuidiosè; quod modestia & humanitati repugnare videatur. Neque tamen declamabant singulis diebus omnes adolescētes, sed ordine quodan & pro modo eruditionis atque doctrinæ; qua

Fab. l. 1. c. 2. de re multa Quintilianus l. 1. &amp; 2. Institut. Ostat.

& l. 2. c. 1. 2. Utiles autem fuisse illas declamationes ad parandam & augēdam eloquentiam, cùm ipsa docuit experientia quotidiana, tum qui artem Lactant. l. 1. c. illam diu factitauit Lactantius suo testimonio 1. diuin. Institut. comprobauit: Multum tamen nobis, inquit, exer-

Plutarch. de  
audien-

&amp;c.

citatio illa fictarum litium contulit, vt nunc maiore copia & facultate dicendi causam veritatis peroremus. Sed quæ haec tenus à me explicata sunt, intelliguntur de ijs declamationibus quas ipsi adolescentes ingenio proprioque marte poluiissent. Nam primis scholarum initijs apud Rhetorem pueri non sua, sed quæ Sophista ipse docto<sup>Theon.</sup> elucubraverint, in schola recitabat, vt autor est Theon Sophista, qui sic monet; Oportet præceptorem exercitationes quam optimè & pulcherrimè cōponere, & ~~ωραῖαι τῆς νοῦς αναγέννησι~~, iubere deinde adolescentibus ut eas recitent, ut exemplo illo instituti atque informati imitari facilius queant.

*Declamationum scholasticarū varietas atque diuisio. Suasoriæ inter rudimenta dicendi.*  
*Quid πλάσμα. Γλωσσικοὶ λόγοι, signēta Rethorū. Eorum autor Φε̄schines. Cōtrouersia coloratæ, ἐχνουλογivæ, figuratæ. Figuræ causidicorum, figurati morsus. Suspicioſa actio. Silentium & significatio in Controuersia, & in silentio νένεστο. Quando figuranda oratio. Primus id fecit Isaias. Illustratus Gregorius Nazianz. aliisque.*

## C A P. VII.

**A**UTOR Dialogi de Oratorib. Decla- Tacit. de Orat.  
 mationes Rhetorum in duo genera  
 est partitus: quædam suasoriæ, alia con- Suasoriæ.  
 trouerjæ nominantur. Illæ putabatur leuiores,

hæ robustioris iam ætatis: vnde Suasoriæ non-nunquam in scholis etiam Grammaticorum dicebantur, cùm in Rhetorum ipsi officium  
 Tab. I.2. c.1. irruissent, vt ait Quintilianus. De ijs loquitur piger ille apud poëtam:

*Persius Sat. 3. I.* Sæpe oculos memini tangebam parvus oliuo,  
 Grandia si nolle morituri verba Catonis  
 Dicere.

Suasoriæ intelligit declamatam in schola patre audiente;

*Iuuenal. Sat. I.* Quæ pater adductis sudans audiret amicis.

Itaque mirum est virum doctum istius loci interpretem aliò rem traducere. Simile est illud Iuuenalis:

*Et nos ergo manum ferulae subduximus, & nos  
 Consilium dedimus Sylla, priuatus ut altum  
 Dormiret.*

*Fabius I.2. c.1.* Hoc genus declamationis ponit Fabius inter rudimenta dicendi apud Rhetorem: facillimum enim est puerisque accommodatum, in quo detur locus iuuenili redundantia, excessui ad ornandum, latioribus descriptionibus atque pompæ; præsertim cùm ad illud idem genus periti quidam eloquentiæ doctores Laudem & Virtuperationem referant.

*Controuer-  
sia.*

Controversiæ autem quæ iudiciorum quan-dam imaginem continent, argumētosæ & longè difficiliores habebantur & maturo iudicio dignæ, in quibus & sententiarum acumen & exquisitus quidā ornatus adhiberetur. Doctissimus Hieronymus Comment. in Epist. ad Galat. Controuersiam ponit pro elaborata & flosculorum elegantia picta & expolita scriptione,

*D. Hieron.  
 prefat. in  
 lib. 3.*

cum ait se non scribere *Panegyricum aut Controversiam*, sua ut verba laudentur, sed *Commentarium*. Hæc partitio Latinoru[m] propria est Rhetorum, quam Sophistæ, qui, ut iura loquuntur, facundia græcitatis pollent, non venditant: nam utrumque genus communi appellant nomine, aut μέτεις, aut ἀγώνας, aut ῥητορική, nec partem ullam declamationis Grammaticis relinquebāt: itaque apud illos Narrationes, Chriæ, Sententiæ, Loci communes, ιστορίαι, & similia dicebantur, quæ ταῦτα veteres appellant, quibus ad excipiendam eloquentiæ maiestatem, pueriles animi disponi solent.

Igitur Sophistæ, nam de illis h[ic] quærimus, τὴν μέτειν quasdam nominabant simpliciter ῥητορική μέτεις, alias ἐρμηνευέας, nonnunquam etiam πλάσματα. Fictas enim cōtrouersias, vel ut πλάσματα vocant alij fallas, ab otiosis & ingeniosis homi[ni]bus excogitatas, in quibus erudiebant adolescentulos, dicunt πλάσματα. De quibus ad Sophistam Eudoxium scribens, ita meminit, qui Sophistarū mysteria omnia cognorat D. Gregorius Nazianz. πάντας εἰς μετεγκέντοντος, εἰς πλάσματος, D. Greg. Naz. εἰς τὸν τοπόντων αἴροντα. eruditissimus Billius ver- ep. 57. tit, inter adolescentulos fabulas ludimus: quod sanè dictum est obscurius. Idem eloquétissimus Pater Carmine de vita sua Declamationes Sophistarum describens itidem vocat πλάσματα, quæ non mihi obscurè Billius vertit meras fabulas;

Tάν μὴ τῷ εἰσὶν εἰς ὅπιδεξιν οἱ λόγοι

*Idem carm. de  
vit. pag. 20.*

Ἐν μετεγκέντοντος συλλόγοις εἰς πλάσματος,

Ἐν οἷς μέγ' εἴσειν αὐτοχθονίον τοῦ λαζαρίου.

quæ sic ego nudè, sed clarè vertam:

Cc iiiij

*sophistæ cultos sermones ostentant*

*In iuuenum cætu & fictis controversiis,*

*In quibus bene an securus eueniat parum interest.*

Or. 1. pag. 41. Aliás tribuit Sophistis, τὸ κομψὸν τὴν πλαστικὴν,  
figmentorum venustatem. Exprimit rem elegan-  
ter Tacitus in hunc modum: *Intelligebant opus*  
*de Orat.* *esse, non ut Rhetorum scholis declamarent, nec ut*  
*fictis, nec ullo modo ad veritatem accendentibus con-*  
*trouersiis linguam modò & vocem exercearent, &c.*

Z. 2. contr. Eu-  
nom. initio. inania simulaera dixit. Quo modo Sanctus quo-  
que Basilius πλάσται, quæ eis μητέρω adolescen-  
tibus proponi ait, vocat σπαναχάς, & rem li-  
quidiū explicans; Est enim, inquit, pugna aduer-  
sus accusatores qui nusquam sunt, ad accusationem non  
prædictam responso, ad Iudices qui nulli esse videtur  
oratio. Eorum inuentorem Æschinem in Rhodiaco otio atque umbraculis fuisse prodit in  
Bibliotheca Photius: Primus, inquit, dicitur  
composuisse τὰ πλάσταις καὶ τὰς κατεύθυντας μητέρας.  
Idem Photius πλαστικοὺς ἢ γυμναστικοὺς Liba-  
nij λόγους nominat: & inter Himerij Sophistæ  
commentationes ponit πλαστικοὺς & πανηγυρικοὺς

D. Hieron. A-  
polog. 1. in  
Ruffin. λόγους. Eruditissimus Hieronymus verbum ex  
verbo nominare videtur figmēta: Quasi, inquit,  
non circatorū turba Milesiorū in schola figmē-  
ta decātet. Clariū etiam S. Gregorius Palamas  
mas to. 6. Bi-  
bliothe. Archiepiscopus Thessalon. *figmenta sophistarum.*

Declamationes enim duas per prosopopœiam  
animi corporisque exhibitus in Protheoria  
sic ait; *Nec quispiam nouitatis crimen inferat oratio-*  
*ni, haud nescius quo pacto & ad imaginum & perso-*  
*narum figmēta sophistarum ac declamantium medita-*

tiones prouectæ sunt. Ex quo loco intelligimus ad  
 προσωπα Sophistarū referri ἴδομιλας & περιστο-  
 μιλας, cuiusmodi sunt Declamationes Sophisti-  
 cæ duæ Max. Tyrij, qui Vitam Actiuam & Cō-  
 templatiuam disputationes, & causam agétes suam  
 inducit. De Hesychio presbytero Constant.  
 viro docto & eloquenti Photius; ἐπὶ τὸν εἰς eis  
 θῆδεν προσωποθήρος ἐπὶ ἴδομιλας εἶδος μεγαλεπίδρος,  
 ἐπὶ διηγέσεις τὸ σχετικόν ταῦ Μωάβος τοῦ λαοῦ,  
 &c. sermo illi ad sophisticam ostentationem compa-  
 ratus, et concitandus affectibus (mallem Ethopæiæ  
 forma) meditatus videbatur, &c.

Habuere quoque Sophistæ controuersias in  
 Scholasticis suis declamationibus, quas nomi-  
 nant εἰρηναιοθήρας, quarum modum & ratio-  
 nem sanè obscuram, neque satis euolutam à  
 scriptoribus, lubet hīc in adolescentiūn gra-  
 tiam clara in luce ponere: sine qua meo iudi-  
 cito vix Senecæ Controuersias satis intelligent.  
 Igitur εἰρηναιοθήρας, siue, ut nonnunquam Phi-  
 lostratus appellat, καὶ εἴρηνα περιστομίας ὀντίος,  
 eodem sensu; Latini Rethores figuratas contro-  
 uersias dicunt: apud quos ramē figuratum est  
 polysemum. Est enim aliquando figuratum  
 quod habet dicendi genus εἰρηναιοθήρος, cui op-  
 ponit Fabius sermonem & rectum sonum: Sic enim  
 loquitur extremo lib. II. Neque Demosthenes per  
 Marathonis & Platearum & Salaminis propugnato-  
 res recto sono iurauit, nec Aeschines Thebas sermone  
 defleuit. Vult figuratè locutum, non recto sono.  
 Et quidem Longinus & Halicarnassæus Dio-  
 nysius multas in eo principis oratoris loco fi-  
 guras agnoscunt. Hoc modo Græci quoque

Maxim. Tyr.  
Dissert. 5. & 6.

Photius.

Philoftr. in  
Antioch.  
Figuratum  
multis modis  
dici. I.

Fab. l. 9. c. 1.

*ἐγνωμονεύσθαι* orationem vocant quæ sit à simplici atque in promptu posito dicendi modo poetice vel oratoriè mutata, ut loquitur Fabius.

2. Modus.

Senec. Contr. 2.

Idem Contr. II.

S. August. in  
Princip. Rhet.Thema. figura  
vel facies  
controversiæ.

3. Modus.

Coloratæ  
Controu.Quid suspi-  
cio, silentium  
& significatio  
in Controu.Senec. l. 2. & 3.  
Controversiæ.

Præterea figura Controuersiæ aliquando est conformatio quædam modisque declamationis, qui noua & minimè trita ratione ferit oculos. Apud Senecam patrem ita capitur Controuersiæ 2. Silo Pompeius, inquit, *hac figura narravit*. Et lib. 2. Cestius *hac figura declamauit*. Fortunianus quoque modum quo tota causa agenda est ita vocat: sicut & D. Augustinus figuram vel faciem controversiæ, pro specie quadam, modo, & conditione causæ posuit. Sunt igitur, inquit, *Themata, id est figure controversiarum quantuor, ἔρδος, αὐθίδηξος, &c.* Et paulò post, *Quarta est facies controversiæ, &c.*

Tertiò figuratum dicitur tectum, absconditum, & dissimulatione insignitum, quando aliud dicitur, aliud intelligitur, non contrarium ut in Ironia, sed artificio quodam silentio in eorum qui audiunt cognitione intelligentiaque reponitur. Quo modo figuræ controversiæ sunt quæ à Latinis Rhetoribus dominantur *Coloratæ*, à Græcis *ἐγνωμονεύσαι*, de quibus agit copiosè Fabius l. 9. c. 1. & 2. aitque genus esse causæ, in quo per quandam suspicionem, quam non dicimus, accipi volumus aliud latens, & auditori quasi inueniendum: *quod, inquit, iam fere solum schema à nostris vocatur*, & inde figuratæ controversiæ dicuntur. Seneca rem describit variè l. 2. Controuersiæ 9. vbi de Othone Iunio: *solebat hos colores adhibere qui silentium & significationem desiderant*. Et sub finem

Controuersiæ, suspicio sam actionem vocat, quam  
opponit rectæ & apertæ. Idem l. 3. controu. 16.  
Fuerunt & alij qui non quidem palam dicerent, sed per  
suspicionem & figuræ. Hinc apud Suetonium Sueton. in  
Caſſidicorum figuræ: apud Macrobius morsus Vespas.  
figurati. Eruditissimus quoque Sidonius Apol- Macrob. l. 7.  
linaris materiam Satirici ponit figuratum. D. Satur. c. 3.  
Hieronymus obliqua dicta vocavit: Obliquus, in- Sidon. l. 4. ep. 1.  
quit, apud Hebræos totus liber fertur & lubricus, & Morsus figu-  
rati.  
quod Græci Rethores vocant ἐχμαποδρός, dum quis  
aliud loquitur, aliud agit. Igitur in eo quod dici-  
tur hoc genere Controuersiæ, est χειμα sive  
Color, schema, figura, silentium, suspicio, & obliquus  
morsus. Quod eleganter pulcherrimo dicto suo  
Philostratus illuminauit; δῆ γὰρ τὰς καὶ οἷα  
συκειμένας τὸν ἴωθεον, τοῖς μὲν λεγομένοις, λιναῖς, τοῖς δὲ  
παπαμένις, κέλεγον, in causis quæ secundum figuram  
compositæ sunt, & dicendis habenas, & tacendis  
aculeum dare conuenit. Hoc autem eximiè præsti- Philostr. in Rufa  
tisse Rufum Perinthium Sophistam ait, cuius & Hermocr.  
prudentiam commendat, ἦν τοῖς ἐχμαποδράσ  
μανίσα τὸν ἴωθεον ἐχειστε. Paria dicit de Her-  
mocrate Sophista, & rationem quoque τὸν ἐχ-  
μαποδρόν mirificè illustrat: Omne, inquit, ge-  
nus Declamationum egregiè tractauit: καὶ γὰρ δὴ τὸ  
τοῖς ἐχμαποδράσ δέ διέδητο, ἀμφισσοίς τε πλείσις  
θητοῖσις, καὶ τὸ σημεινόδρον ἔκπαταμιζας τῷ ἀφειδύῳ.  
Hic locus inquam est illustris, & ad ea quæ  
Latini Rethores de hoc genere Scholasticæ  
Controuersiæ docent, facit plurimum. Nam  
quod illi suspicionem, & suspicio sam actionem vo-  
cant, hic ἀμφισσοίς aut causam plurimis ἀμφισ-  
soriis distinctam: quod illi silentium, hic δὲ ἀφειδύοις.

Senec. Contr. 9.

quod illi *significationem*, hic *την σημαντικην*. E quibus facile intelli potest locus ille Seneca, quem superius adduximus de Othoni Iunio: solebat hos colores adhibere qui silentium & significationem desiderant. Alio loco commutatis paululum verbis idem significat, cum nominat *Controversias*, in quibus inter silentium & actionem medio temperamento opus est: vbi actio nihil

*Colores* sche- aliud est quam *την σημαντικην*. Quos dicit colores, mata.

Σημαντικειν.

Figurare.

Philostr. L. 2.

p. 559.

Senec. prefat.

l. 3.

*Controversia* II. nominat schemata. *Hermagoras*, inquit, solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breviter & fortius attingere. Atque in hoc conueniunt Græci Latinique, quod vocent genus hoc figuratum γραμματα. hinc γραμματα eo dicendi artificio uti. Philostratus de Herode Attico, γραμματα την λογον. Seneca simili ratione de Albutio, figurabat egregie.

Peritè autem in hac obliqua & suspiciose dicendi ratione versari, non cuiusvis hominis fuit, sed præstantis limatiique penitus ingenij, & exquisitæ facundiæ. Vnde Polemo tamen foret in dicendo Sophista clarissimus, hoc tam genū refugere dicebatur, οὐ τὸ δύσποτον τις τωρικόν, ob difficultem tractationem earum actionum. Fuit tamen necesse adhibere aliquando, atque adeò triplicem eius usum fuisse monent Rethores: unum, si palam dicere parum tutum est, ut cum Reges aut Dynastæ metuendi potentia, dictione oratoris ad saniores mentem reuocantur: hic enim quidquid de perdita vita ratione tetigeris ulcus est, nisi ex cogitato artificio utaris. Alterum, si aperte dicere non decet. Tertium, qui venustatis modò

gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac varietate magis, quam si relatio sit recta, delectat, ut au- tor est Quintilianus. Hinc natæ Rhetorum præceptiones tum Græcorum tum Latinorum de figuratis controversiis. Sanè Græcus Dionyssius Halicarnassæus *ωεὶ τῷ ἐργαστηρῷ* do- cas monitiones reliquit. Cæterum hoc decla- mandi genus ab Isæo primùm inductum vo- lant, de quo Plutarchus & post illum Photius, *περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἔργων*, figuratas primus controversias adhibuit. Addo ad extremum, eos qui hoc genere dicendi vterentur, *ἀριθμαντοί* appellari consueuisse. Gregor. Nazianz. cùm tropo in dicendo multiplici usus fuisset, oratione qua- dam sua de Theologia, subdit *ea sic dicta pro- pter ænigmatistas*, ne soli sibi sapere videantur; eos intelligit qui Sophisticum orationis modū adhibebant. Vbi vertunt *ἀριθμαντοί*, ænigmatum studiosos, quod fortè videatur esse dictum ob- scurius. Sed Origenes rem clarè & scienter ex- plicat homil. 13. in Num. Ænigmatistas enim ait nominari, qui figurata loquuntur.

*Plutar. in 10.  
Orat.*

*Greg. Naz. or.  
35. sub fin.*

*Modus & oīorōpiā Declamationis Scholastice exponitur. Præfatio qualis. Poscere controuersiam. Προσχών, περιτεία, δινισίο. Quorumdam ambitio petentium à quo verbo inciperent. Initium à iureiurando. Οὐκανθρωπος ὁ πόστος in Declamatione. Οὐκέπειρας τὸν θέτης. Digressiones in plausibilem locum. Quae probabantur in Sophistarum Declamatione.*

## C A P. VIII.

**E**XPOSITA pingui Minerua Declamationum varietate, consequens est, ut ipsius Declamationis modum & oīorōpiā, quam tenere vulgò solebant, exquiramus, atque ante oculos ponamus. Inprimis hoc in more fuit positum, ut cùm Rhetor in pulpitum ascendisset, Præfationem haberet sedens ad aucupium delectationis elaboratam, qua sibi conciliaret omnium animos, audiētiāque faceret. Attigit eum morem Plinius orator in epistolis cùm de Iſeo declamante loquitur; *Præfationes tersæ, graciles, dulces, graves interdum & erectæ.* Eius Præfationis materia fuit libertima, & pro cuiusque ingenio & eruditione excogitata. Valerius Licinianus vir Prætorius & elegantissimus in dicendo, cùm in exilium missus eloquentiam profiteri cœpisset in Sicilia, Præfationes vulgò suas à fortunæ iniquitate ducebat, ut idem autor est Plinius

Præfatio in  
controu.

Plin.l.2.ep.ad  
Nepot.

I. 4. In Sicilia, inquit, nunc profitetur, séque de for- Idem I. 4. ep. ad  
tuna Præfationibus vindicat. Et alio loco; Itaque Minucian.  
ipse in præfatione dixit dolenter & grauiter; Quostibi  
fortuna ludos facis? facis enim ex professoribus Sena-  
tores, ex senatoribus professores. Sed commune  
fere omnium fuit, in sui commendationem  
aliquid pertexere. Agellius de adolescenti Agell. l. 9. c. 15.  
Neapolitano, qui ad Declamationem audiendam eruditissimorum hominum cœtum inui-  
tauerat, Introit, inquit, adolescens, & prefatur  
arrogantiū & elatiū, quam etati eius decebat, ac  
deinde iubet exponi controversias.

Postrema hæc verba, quid fieret absoluta Poscere con-  
Præfatione declarant: poscebant enim controversiam.  
sias; quod αγνῶς τετράποδον dixit Philostratus. Id sie-  
bat maximè in αὐτοχθόνῳ λόγῳ, summa dicentis  
fiducia, quam Isæo quoque tribuit loco supe-  
rius citato Plinius: nam cum de eius præfatio-  
nibus dixisset, hoc addit; Poscit controversias plu-  
res, electionem auditoribus permittit, saepe etiam  
partes.

Proposita hoc modo materia, vel proprio  
arbitrio delecta, priusquam ad declamationem Expositio  
accederet, ipsam materiam sive genus causæ Thematis seu  
Rhetor exponebat: Thema vocant, θέμα, quæ- Prælocutio.  
stionem, sive scholasticam materiam. Seneca de Por- Senec. præfat.  
tio Latrone: Antequam dicere inciperet, sedens I. 1. Controv.  
quæstionem eius quam dicturus erat Controversie pro-  
ponebat. Fabius I. 4. Ante declamationem velut Fab. I. 4. c. 1.  
imago litis exponitur. In hac velut declamationis  
futuræ pompa, cum totius quæstionis statum  
prodidisset, diuidebat illam in partes, & quæ Divisio.  
illi minores quæstiones (κυρδάγα Græci nomi-

nant) subijcerentur, explicabat. Ennapiο  
~~δέκατος~~ ζητημάτων dicitur in vit. Sophist. Epiphanius, inquit, δέκατη τε δέκατος δόξας τῶν  
ζητημάτων, in diadicandis quæstionibus peritissimus. Dicebat breuiter & dilucidè, quibus coloribus, argumentis, idēa, cautione, prouidentia tractari possent: nonnunquam etiam in quo alij aberrauissent, quid frigidè, quid ineptè fuisset dictum, quid alienum à iudicio, quid inutili colore figuratum. Hæc ~~προσθήματα~~ expositio, quæ extra controuersiam tota fuit, dicitur vulgò ab antiquis, Prælocutio, sermo, diuisio, diapepsis, προσθήματα: in qua diutiùs quidam hærebant, quod haud obscurè è Seneca potest intelligi, qui de Albutio ita memorat: Rarò totam controuersiam implebat: non posse dicere diuisionem esse, non potes declamationem: tanquam declamationi multum deerat, tanquam diuisioni multum supererat. Hi tamen προσθήματα non æquè ab omnibus adhibebantur, & præloquendi consuetudo, cùm aliquot annorum spatio durauerit, penitus obsoleuit.

Senec. prefat.  
lib. 3.

Inanis am-  
bitio.

Fab. l. 10. c. 7.

Senec. Suasor. 7. à iure iurando, ut notat Seneca pater in Sualoriis.

Themate exposito & ea ratione illustrato ad Controuersiam aggrediebantur, cùm paululum spatij ad cogitandum cepissent. In quo iuvenilem quorundam hominum audaciam & temeritatem Quintilianus notauit, cuius verba hic repræsento: Declamatores quosdam peruersa ducit ambitio, ut exposita controuersia protinus dicere velint: quinetiam quod est in primis friuolum ac scenicum, verbum petant quo incipient, &c. Mos autem aliquando fuit, ut inciperent Controuersiam

Exem-

Exemplum pónit Sophistæ Gargonij qui Cicerone declamitabat: & paulò aucto-  
adolescentis. Fortè imitatione veterum prato-  
rum, qui vulgò à Ioue & dijs immortaliis  
dictionem ordiebantur, ut notat Sechius Gram-  
maticus in id Virgilianum,

*Præfatus Diuos solio rex insit ab alio:*  
& M. Tullius Diuinatione in Verrem signi-  
ficat.

Iam quod ad ipsam Declamationem attinet,  
curæ illis fuit, ne fines à se, aut ab aliis pactos,  
imperu quodam liberè volitantis & excurren-  
tis eloquentiæ transilirent; sed suo veluti gyro  
continerentut. Nam quoniam multis modis <sup>Opes in</sup>  
de eadem re dici potest, & in tractando magna Declam.  
potest esse varietas, certos fines terminosque De-  
clamationi circundabant, quod Græcis <sup>Eugenius τοις κανέλαιοις ὄποις</sup> dicitur, cuius meminit  
Eunapius. Hinc <sup>Eunap. in Proæref.</sup> sophistæ apud Philo-  
stratum l. 2. de vit. Sophist. qui etiam ostendit  
mutari consueisse aliquando <sup>τοις ὄποις</sup>, & quas-  
dam fuisse declamationes <sup>deutopæc οἰεῖσθαις</sup>. Sic <sup>Philoftr. l. 2.</sup>  
enim habet de Philagro Sophista: Cum ad <sup>in Philagro.</sup>  
Herodem fama peruenisset quod Philager <sup>ταῦτα</sup>  
<sup>ποτε περὶ οἰεῖσθαις ιωδεῖσιν αὐτοχεῖσθαις ταῦτα δὲ περὶ</sup>  
inēt. &c. vult dicere, eum Sophistam uno  
tantum modo solitum controversiam agere.  
Idem etiam autor Ptolemæum Naucratitem  
Sophistam reprehensum fuisse ait, <sup>Idem in Etalenti.</sup>

Sophistam reprobans fuisse ait, <sup>αὐτὸν διοπάντες</sup>  
ταῦτα ιωδεῖσι, unde ἡτοι ζητεῖσθαι, ητοι αὐτόν, quod causas  
non definiret, neque ubi constitutæ fuisse, aut ubi  
non. Huiusmodi ὄποι appellare videtur Suidas <sup>Suidas.</sup>  
τὰ περὶ. Mos, inquit, est Sophistis, si quem in-

doctum alicunde ingressum naēti fuerint pericitantem robur eloquentiae; *τελέθη κακά τις*  
*διανθέντες, τις περιστοι, &c.* perturbare illum et confundere, oppositus, finibus, &c. Alias disputationibus quoque Philosophorum tribuit αφοεισιόν, ut & Agellius, fines. Minime tamen his cancellis impidebant Sophistæ, quo minus frequenti excessu & digressione vterentur in varias descriptiones, in historias, in acroamata, & alia huiusmodi, quæ mirabiliter distinguebant orationem & iucunda varietate pingebant: quemadmodum Pindarus solet aliquique poetarum filij in laudationibus, Deorum fabulas intexere. Hinc factum, ut etiam Oratores in foro hanc consuetudinem animos audientium captantem imitati aliqua ratione fuerint: quod Fabius animaduertit l. 4. *Plerisque moris est prolatore rerum ordine protinus utique in aliquem letum ac plausibilem locum quam maxime possint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria iam in forum venit, &c.*

Cæterum in Declamatione commendabantur *ροήσει* sive *ροήματα*, inuentiones, quæ vel fuere dulces & venustæ, nouitate ipsa recreantes, vel alti quidam & viuidi generosæ mentis conceptus, magni animi excitatique specimina. Dionysius Longinus *πάθει ταῖς ροήσεις ἀδρεπτίσολον* nominat, & prodesse plurimum ait ad *ὑπηρεσίας*, *magniloquentiam* oratoris. Eminebant etiam *πάθη* & *φύσεις*, & Sophistæ quidem aliqui in utraque præstantes fuerunt, aliqui vero plus natura voluerunt quam arte; qualis Adrianus Sophista, qui cum inuentiones haberet splendidas

*Agell. l. 2. c. 8.*

*Fab. l. 4. c. 3.*

Quæ probabantur in Declamat.

Dionysius  
nisi v. p. 4.  
sect. 6.

& eximia varietate, & μελω πατέρος γε, εδὲ τὸ τέχνη Philostrat. in  
ἐποιόμος, neque ordinem lucidum, neque artem secutus Adrian. &  
est. Talis & Pollux de quo ita Philostratus,  
σοφιστοὶ λόγοις πόλυ μᾶλοι, ή τέχνη ξωκέδης Stepphōtis  
τὸ φύσι. Sophisticas orationes magis audacter, quam  
artificiose composuit. Eorum proprium hoc tuit,  
qui à natura habebant ὄμηρον sive πνεῦμα, quibus  
τονοφοροὶ tribuit Eunapius; & in primis Aca- Eunap. in  
cio qui de palma gloriāque eloquentiæ cum Acacio.  
Libanio certauit, νήν, inquit, σοφιστοὶ δὲ πνεῦματος  
εἰ ἡντὶ τοῖς δίδοσιν κέρδοσιν, Sophistica contentionē et spiritu, si  
quisquam alius, plenus. Philostratus τὸ ρῶμον τὸ λόγου In vit. Ptolem.  
in simili re dixit. In partibus Controuersiæ  
spectabatur θεσπιδὴν τὸν ιατρὸντων, Βέζις, οἰκονομία,  
bona et elegans dispositio, tum vniuersiisque  
συλλογα, expositio. In phrasī atque stylo τὰ καλά δὲ  
διδύνει διδονατορία, pulchra, suavia et sonantia  
vocabula: deinde in compositione suavitatis  
quædam numerosa, & quæ Isocrati vulgo tri-  
buitur δριμοῖα μοισικὴ, ut etiam σεμνότης πομπικὴ SC  
πομπὴ, & quæ uno verbo dicitur σοφιστὴν idēa.  
Denique in ipso dicente placebat δύροις, εὐστομίᾳ,  
ρυθμῷ τῆς γνώσης, ὥστε, χάρις, τὸ τορέπον, τὸ βίζημον, με-  
γαλοτρέπεια, αἵρεσις, &c. De quibus similibus que  
rebus Philostratus, Eunapius, Dionysius Hali-  
carnass. Hermogenes, alij, qui de Rhetoribus  
& dicendi facultate quidpiam literis & me-  
moriæ commendauerunt.

*Vulgares materie Declamationum in schola.*

Ἐπιθαλάμιοι λόγοι & Μονωδίαι Sophistarum.  
Εἰκοσμίων certamen. Suspectæ illustrium virorum laudationes propter Sophistas. Fictæ declamationes de summis viris ex omni antiquitate. Melèta Christianorum. Προελάμψας Sophistis à viris principibus obiecta.

### C A P. IX.

**D**IVNGAM de materia scholasticæ declamationis hic quidpiam, sed breuiter, quod multa sint à nobis allata superius, quæ illustrare eam rem possint. Ut in tristibus æquè ac latis rebus oratione celebrandis, versari possent facile & commodè, & varietate abundare, nuptias aliquando gratulatione prosequerantur: hinc ἐπιθαλάμιοι λόγοι, quales scriplerunt Sophista Himerius, Choricius, aliique, ut videre est Epithalamia, apud Photium. Et opus non modò poetarum, sed etiam Rhetorum esse proprium Dionysius Halicarnasseus ostendit, à quo descriptum Epithalamiorum artificij videmus. Erant autem Epithalamia orationes omni splendorc & iucunditate refertæ, & ad communem omnium lætitiam accommodatae. *Quis enim est Orator,* inquit Nyssæ Pontifex Gregorius, tam stultus adeoque ridiculus, qui ad nuptias gaudio & lætitia plenas vocatus, apto genere orationis præter-

S. Greg Nyss.  
or. 3. de resurr.

*mīſo, quod diei lētitiam augere pōſit, trīſia quēdam pronūnīet, &c.*

Interdum *Morādīas* conficiebant, non tantū Monodīas ad clarorum hominū funus laude cohonestandum, sed ad cladem aliquam luctuosam amplificandam. Talis fuit Libanij Sophistæ *s. Chrysost. or.* Monodia, qua Daphnæi Apollinis incendium *de S. Babyl.* omnibus eloquentiæ viribus copiāque deflēuit.

Panegyrici in schola fuere, hominūque, re- Laudes, rum, negotiorum, frequens vituperatio: in eoque genere declamationis Rhetores suos diligentissimè exercebant. Hinc certamen *τὸν εἰρηνικὸν* institutum, præmiāque iis proposita qui dicendo alios superauissent. Plutarchum *Plutar. l. 8.* dicere memini, ad Herodem Sophistam æui *Sympoſ. q. 4.* sui nobilem, accessisse quendam liquida lētitia delibutum, qui deferret *σέφανός ζωντανής γάρ φοινίκα, palmam & coronam plecītem*, quam eius discipulus in laudationis certamine victor retulisset. Id studium & consuetudo Sophistarum non exiguum incommodum attulit, tum historiæ, tum verissimæ hominum laudi. Nam cùm vndique genus omne amplificationum colligerent, ad eam rem laude & prædicione efferendam, quam ornandam suscepissent, clarissimisque illam mendaciis attollerent, factum est deinde, ut præstantium hominum laudes suspectæ haberentur. Quod notauit S. Gregorius Nyssenus: *Humilioribus, inquit, s. Greg. Nyss. de studijs (Sophisticam artem maximè intelligit) Virgin. c. 1.* oratio pro fundamento proposita, aliquam magnitudinis opinionem artificio laudum adiungit.

οὐδὲ πολλάνις τὸ δέ εἰσημεῖν κατασκευαζόμενον θῶμα, ὃς στρατιώταις καὶ συντάκταις τὸν τὸν μὲν τρόπων. Itaque fit plerumque, ut admiratio quae encomiis comparatur, velut commentaria ab hominibus suspecta habeatur.

Vituperatio-  
nes.

Max. Tyrius  
Dissert. 33.

Suasiones.  
Dissuasiones.

Orosius l.2.  
hist. c. 18.

Iunenal. Sat. 7.

Plausibles quoque reprehensiones inducebantur, in quibus exultare posset liberiūs dicens oratio, putā Voluptatis, ubi Sardanapalus, & ab Ionia luxus, & Sybatiticæ delitiæ, & aliarum gentium effusæ libidines commemorari potuissent. Maximus Tyrius in Declamatione quam habuit de Voluptate, τὸ δέ τὸν τὸν σοφιστῶν δρυμόμενα εἰς αὐτῷ, &c. Quæ, inquit, vulgo à sophistis obiectuntur Voluptati, Sardanapali luxus, Medicæ delitiæ, mollices tonica, mensæ Siculæ, sybaritica tripudia, Corinthiæ meretriculæ, &c.

Sed maximè in suadendo aut dissuadendo versabantur, atque etiam in accusando: & ut foret actio longè splendidior, excitabant è situ & puluere magnos Reges nobilissimòtque dynastas, quibus consilium suum impetrarentur, vel quos factis criminibus onerarent. Agebant cum Dario moderatorib[us]que Asie, cum Pericle Atheniensi, Conone, Themistocle, cum Macedoné Alexandro, cum Pœno Hannibale, cum Scipione Romano: atque eadem propè in schola Sophistarum & in scena theatrorum audiabantur. Vnde peritè Orosius, cùm de Cyro, Dario, &c. memorauisset, subdit: *Hæc ipsa facta sunt nobis exercitia ingeniorum, et oblectamenta fabularum. Iuuinalis de puerō apud Sophistam declamante:*

— cuis mihi sexta  
Quaque die miserum dirus caput Annibal implevit

*Quidquid id est de quo deliberat, an petat urbem*

*A Cannis, &c.*

Maximus Tyrius eas fictiones de clarissimis *Dissert. I. 5.* viris deprimit, iisque longè superiorem esse vult sermonis philosophici Rhetorem, non ut quedam, inquit, de Themistocle qui iamdiu obiit adferre posu, aut apud saeculi illius Athenenses loqui, aut ducem aliquem qui nusquam reperitur commendare, &c.

Sed fictæ lites maximè in declamationibus *Fictæ lites.* locum habuerunt: fingeabant leges, inducebant Tyrannos, noueras, meretrices, vxorésque perfidiosas, miscebant venena, gladios oblinebant sanguine: ea denique quæ nec facta fuissent, nec fieri commode potuissent, ex cogitabant. Prostant exempla apud Declamatores Quintilianos, Senecam, aliósque: & fuisse communem scholarum materiam poetæ significat.

*Fusa venena silent, malus ingratuſque maritus,*

*Inuenal. Sat. 7.*

*Et quæ iam veteres / anant mortaria cæcos.*

Vbi vetus Scholia stes optimè, *Themata* esse ait quæ in auditoriis recitantur; vt si, inquit, uxor venenum triuerit, maritus recipiat oculos, &c. Huc ista Sidonij Apollinatis referuntur ep. II. 1. 8. *& tyrannicarum declamatio controuersiarum.*

Sed præter hæc, Christiani in scholis Sophi- Christianoru  
stæ quasdam habuere pietate, à pietate non ab- pietate.  
horrentes, quibus S. Gregorius Nyssenus λόγοι, *S. Greg. Nyss. de* ἀφορμας, hoc est orationum argumentia, ait fuisse profess. Christ.  
πρεσβετεροὶ τῷ πονητῳ τῷ πονητῳ τῷ πονητῳ, meditationes ad virtutem exercitationes ad Dei cultum et pietatem. Sanè Hesychius qui ornatissimas de-

clamationes reliquit, frequentes Mosis *διηγέρεις τὸν λαόν*, ad Hebreum populum conciones elaborauerat, ut est apud Photium in Bibliotheca. Qui etiam alio in loco refert Choriciam & Procopium Gazæum duos Sophistas facundia longè nobilissimos, sæpe & *μάρτυρες* adhibuisse rerum piarum commendationem. Sic D. Hieronymus epistolam quam de vitando suspecto contubernio scribit ornatissimam, ut scholasticam materiā se fatetur elaborauisse. Talis quoque est D. Basilius oratio in ditescētes seu diuites auaros, quam vt *οὐδὲ γένεται* omniū fama celebratā Libanius scripta ad eum epistola commendat. Tales meo iudicio fuerunt veriusque Gregorij Nazianzeni & Nysseni orationes de pauperum inopia sublevanda, in quibus amplificationes, descriptiones, hypotyposes elegantissimæ, & druiño quodam artificio politæ visuntur. Quin & ipsi quoque Ethnici, tametsi alieni à fide, argumenta suarum declamationum sæpe à dogmatis Christianæ religionis non inuiti arripiebant, ut notavit Magni Basilij frater con.

*Orat. 10, contr. tra Eunonium disputans :* Επομένως δέ τινες ακούουσιν εἰπεῖν τὸν εἰς τὸν λόγον ἀμύνασθαι τὸν ἡμετέρον δόγμα. Multos etiam licet audire, qui pro hypothesi siue dictoris subiecto, sibi ad orationum concertationem nostrum dogma proponunt.

Porro Sophistis quæstiones etiam (*περὶ ελεύθερας* & aut *κατίηματα* nominant) à principibus viris nonnunquam proponebantur, de quibus arbitrio suo pro laude gloriāque certarent. Sic Anatolius Præfectus prætorio veniens in Græciam, *περὶ ελεύθερας τις σφιξτῆς περιπτώψις*, dis qui

Athenis eloquentiam docebant rhetoribus misit problema, ut narrat copiosè Eunapius; & erat, ut idem ait, τὸ μεγάλον ἡ καλερδίη σάσις, in qua subtiliter inuestiganda plurimum elaborabant; quod futile & ridiculum inuentum putat Eunapius. Atque in ea re præstissime videatur Nymfidianus Sophista, qui ex eodem *Idem in Nym-*  
autore φέρεται τὰς καλερδίας μάχεται τῷ Νυμφίδιον, *in scholasticis declamationibus, quæstionibusque tractandis fuit egregius.*

Sophistæ ob discipulos gloriösi. Quanto ardore multitudinem eorum affectarent. Hinc fatalis inter illos inuidia. Quibus artibus conciliarent discipulos. Atheniensium Sophistarum in ea re consuetudo miranda. Σοφισταὶ μαχαῶτες. Προσχωροῦ λυμαῖτων. Illustratus Plutarchus, Tzetzes, aliique.

## C A P. X.

**N**NATVM propè est omnibus docentibus, ut auditorū multitudine recreentur. Verè Quintilianus: Optimus quisque præceptor frequentia gaudet, ac maiore se theatro dignum punit. Et Synesius: Βέλοτε γάρ ἀπό διδάσκοντος αὐτὸν βέβοιμαιν εἰ τοῖς μαθητῶν, in discipulis doctor omnino cuperet hominum opinione florere. Spectat id enim facitque plurimum ad augendam eorum hominum *Fabius l. i. c. 2.* *Synes. in Dion.* *Laus Præceptorum à Discipulis.*

*S. Chrysost.**hom. 2. in 1.**ad Corinth.**Accurs. in pro-**am. D.*

dignitatem, qui alios erudiunt. S. Chrysostomus ait esse autoritatis habere discipulos. Et Accursius in explicādo iure clarissimus, Honor, inquit, est Magistri, bonos habere scholares. Certè ob frequentiam numerūmque discipulorum, fama in Græcia fuisse inclytum honoratūmque Theophrastum, monumenta historiarum produnt. Quem cùm Zeno eo nomine vide-  
ret in omnium esse admiratione, nec par eius  
esset gloriæ, iciuni animi debilitatus inuidia  
dixisse fertur, Ο ἔκεινος μὴ χρός μεῖζων, οὐδὲ δὲ  
συμφωνότερος. Chorus eius maior est, meus melius con-  
cinit. Atque ut causam fuisse intelligamus, cur  
ea causa Theophrasti nomen & ichola cele-  
braretur, eam discipulos habuisse τοῦτο σημαῖον,  
ad duo millia, scribit Laëstadius l. 5. Nec minor  
forte laudem est consecutus simillimo ex

*Cic. 3. de Orat.**Idem in Brut.**Iso. or. σει-  
ανδρος.*

choro Isocrates, quem M. Tullius ait floruisse nobilitate discipulorum, & alio loco, eius domum cunctæ Græciæ quasi ludum patuisse. Itaque audet idem ipse quadam oratione glo-  
riari, nemini vñquam plures quam sibi disci-  
pulos fuisse. Cùmque tria sint pulcherrima in  
Isocrate à doctis hominibus animaduersa, hoc  
primum ait esse Pausanias, quod cùm octo &  
nonaginta annos vixisset, ὡποτε καπελοῦθι μαθη-  
τας ἐγένετο, nunquam discipulos habere desideravit. Et ta-  
men cùm numerum discipulorum eius Plu-  
tarctus recenset, ait tantum fuisse εἰς ἑκατὸν,  
centum aut paulò plures. Quin & eum tam alienum ab ostentatione fuisse refert, ut de tri-  
bus ad ipsum audiendum aliquando venien-  
tibus, duos retinuerit, tertio in posterum diem

*Pausan. in**Attic.**Plutarch. in**Io. Orat.*

reiecto, cùm diceret: νῦν ἀπό τὸ θέατρον ἐπί<sup>τη</sup> αἰώνειω, sibi theatrum iam venisse ad summum, hoc est, se duobus esse contentum, plures non admittere: malè Xylander vertit, sibi nunc theatrum esse in audiitorio, quasi esset αἰώνειω.

Et meo iudicio Tzetzes in eodem numero in-  
vestigando labitur: ait enim Ilocratem ita Chiliad. II.  
fuisse meticulosum, ut neque duos discipulos  
simul doceret, solūumque vni ex illis dicere,  
σύμφερον πούτω λόγω, τοιοῦτον τον διελεγον. Hunc eru-  
diam hodierna die, te crastina.

Sed ut omittam de Ilocrate quærere, dictu Quātum am-  
propè est incredibile, quanto ardore Sophistæ, bierint co-  
audientium illam copiam multitudinemque piām disci-  
ambierint: qua ex re duo quædam magna pulorum So-  
emolumenta capiebant, laudem & pecunias, phistæ.  
quibus solis in tradenda humanitate vulgo  
omnes velificabantur. Illum æstum cupiditatis  
scriptores elegantes suis monumētis peripicuè  
declarauerunt. Dio Prusæus ait πολοὺς σοφίσας Dio Chrys. or.  
δόξην καὶ μαθητὰς ἐπαρεμόνοις ὡς πῆδοις, multos So- 12.  
phistas gloria & discipulis elatos, quasi pauones quo-  
dam volitare. Et orat. 4. de Regn. Gaudent Idem or. 4. de  
μαθητὰς, δὲ πολεῖται σοι αὐτοὺς ὄχλων. Epictetus sa- reg.  
pienter, sic, inquit, deprauatus, & inhians lau- Arrian. l. 3.  
datoribus, γιατροῖς τοὺς ἀνορταῖς σε, numerānsque  
auditores tuos, τις alijs prodeſſe? Tum inducit  
gloriantem Sophistam ob eam ipsam rem cum  
auditore quodam suo: Hodie plures me audie-  
runt multo. Sane quidem, ait iuuenis; videmur enim  
fuisse quingenii. Nihil dicas. facile numerare potes  
mille: tot nunquam habuit Dion Sophista ille magnus  
atque omnium eloquentissimus, &c. Quare The- Themist. or. 1.

mistius eleganter, paucos habere auditores,  
vocat ἀνύκνα σοφιστῶν, calamitatem sophistarum.  
Propè expressit doctissimi Cypriani scitum  
illud elogium de ambitioso; frequeniori comi-  
tatu officiosi agminis honestatus, pœnam putat esse  
cùm solus est.

S. Cyprian.  
ep. 2.

Sophistarum  
inuidentia.

Plin. ep. ad  
Mauric. l. 2.

S. Greg. Naz.  
ep. 61.

Synes. in Dion.

Duobus mo-  
dis concilia-  
bant discipu-  
los.

Ex ea tanta Sophistarum appetitione, cùm  
multi eadem in vrbe docerent, simultates pro-  
pè necessariò suscipienda videbantur, cùm li-  
beros sūos genitores in eloquentiæ scholam  
mitterent, vt innior Plinius in epistolis suis  
meminit. Et sanctissimus Gregorius Nazian-  
zenus significat, in Eustochij facundiæ præ-  
ceptoris se grauissimam offenditionem incur-  
risse, quod Nicobulum affinem suum, Athe-  
nas studiorum causa proficiscentem, ad Stagi-  
rium Antisophisten potius, quam ad illum  
misisset. Hinc etiam fiebat, vt quod siros quis-  
que discipulos retinere quam diutissimè pos-  
set, de alijs contumeliosè loqueretur, de fa-  
ma & opinione detrahatur, nihil ipsos huma-  
nitatis, nihil admodum literarum scire dice-  
ret, neque ullius scientiæ cognitione esse no-  
biles. Id Synesius diuino quodam & mirabili  
sermone depinxit; simul, inquit, atque sibi au-  
ditores deuinxit, nihil iam ab alio dictum probabit:  
alioqui periculum est, ne & contemnatur, & auolan-  
tes à schola adolescentes retinere non possit. Et pau-  
lò post, huiusmodi Rhetori ait esse fatale, φρό-  
νσος τῇ, inuidiæ peste afflari.

Duos autem generatim modos habebant  
quibus sibi discipulorum frequentiam adiun-  
gerent, & amorem conciliarent, Eruditionem

videlicet atque Fraudem. Eruditio potuit esse 1. Modus,  
 huiusmodi, quæ latè sparsa & clarissimo ru-  
 more disseminata, vndique adolescentes eu-  
 caret; quod euenisse multis historiarum anna-  
 les monent. De Scopeliano Sophista Leminius  
 ita Philostratus: *Scopeliano in Smyrna eloquentiae studia celebrante, non magnum quidem fuit in eam ex Mysia & Phrygia Græcos conuenisse, cùm ijs gentibus finitima sit smyrna.* Atqui huc Cappadocas,  
*Assyrios, Ægyptios, Phœnices, itemque Achiuorum probatissimos, & vniuersam Athenensem iuuentutem induxit.* Idem Polemoni tribuit, ad quem,  
 inquit, audiendum è continente atque insu-  
 lis delecta iuventus affluebat. Paria de Hero-  
 de Attico, de Heraclide Lycio memorantur.  
 Ad Sophistam Iulianum, qui, vt ait Eunapius,  
*Eunap. in Iulian.*  
*inveq[ue]re se ad Astuvār, in astu regnum quoddam eloquentie obtinuit, vniuersa vndecumque iu- uentus magno studio conuolabat, hominem colens & obseruans propter eximiam dicendi artem & ingenij magnitudinem. Atque hic modus pulcherrimus mihi videtur & maxime opportunus ad parandam auditorum frequen- tiam; quo nullus meo iudicio esse potest ingenuo & studijs humanitatis perpolito homi- ne dignior.*

Alter, vt dixi, pertinebat ad fraudem, quam 2. Modus duplē facio, priuatam & publicam. Fraus priuata in eo sita fuit, quod reperiebantur So- phistæ, qui blanditijs munerib[us]que inescarent adolescentes: quo nomine male audie Themistius, quem aiunt beneficio Imperato-

conciliandi discip.

ris ditem & opulentum, frumentum compluribus dedisse, à quibus eius schola frequenteratur: quam labem omnibus ingenij viribus oratione quadam sua conatur eluere.

*Themist. or. 4. Autor Dial. de iusmodi Rhetoribus Tacitus; Colligunt discipulos non severitate disciplinæ, nec ingenij experimento, sed ambitione salutarium & illecebris adulatio-*

*S. Hieron. ep. 4. Doctissimus Pater atque sanctissimus Hieronymus: Nec mirum, si qui multos inescare solitus erat, factio cuneo circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum. Eosdem ait Athenæus μεγάλα γολατικά θνοῦστα, à quibus non modò laudem consequantur, sed lautas quoque pecunias & mercedes emungant.*

Fraus publica Athenis visebatur & licentia, quæ profectò coēcenda legibus & punienda videretur, ni patrona defenderet consuetudo. Nam cùm essent plurimi in ea vrbe Doctores, quisque certos habebat homines sibi addictos, quos ἀρχαιοὺς τὸν ληπτατὸν vocabant, qui in itineribus adolescētes, studiorum causa in Atticam venientes, priusquam urbem attingerent, excipiebant, & ad Doctorem illos suum & scholam deducebant. Quin illi ipsi canes venatici exploratorēsq; iuuenum, quos

*S. Greg. Naz. or. 20. Nazianzenus Gregorius verissimè nominat φίσουανθρας, & Eunapius εἰς διδασκαλῆς με-*

*Eunap. in Pro- μνότας, longius cupiditate & audacia prouecti, exurrebant in montes & portus maritimos: sic nullus effagere potuit adolescens, quin fraude eorum hominum subornatus, & pæne captiuus, nolens volens in aliquem literatum ludum compingeretur. Sic Libanius adolescēs*

fuit exceptus insidijs ab auditoribus Diophanti : cui si legere ex animi sui sententia Doctorem licuisset, non est dubium, quin vel se ad Proæresium audiendum cum Athenis celeberrimum contulisset, vel ad popularem suum Epiphanium magni nominis & eloquentiæ virum : sed ab istis emissarijs captus, & in scholam Diophanti pellectus fuit.

*Inter auditores Sophistarum discrīmen. Quidam simpliciter Discipuli, alij etiam Sectatores, qui dicti ἀκόλυθοι, ὅμιλοι, ἐταῖροι, ἐξεῖδοι, τίνα, &c. Prodeuntem Sophistam comitabantur & dicenti plaudebant. Birnis ambitio & commentum. Laertius alij illustrati. Lege coercita iuuenum affectatio, &c.*

## C A P. XI.

**I**AM inter Sophistarum discipulos quoddam fuit discrīmen, de quo pretium operæ est ut hīc etiam moneamus. Quidam enim discipuli tantum, alij sectatores nominabantur: quæ distinctio in veterum monumentis haud obscurè lucet. Porphyrius de Plotino: *Porphyr. in vīt. Plotin.* Auditores quidem multos habuit, imitatores autem *Sueton. de il-* Tuscum, & alios. Suetonius de M. Valerio Pro*lustr. Gram.*

bo; *Hic non tam discipulos, quam sectatores habuit.*  
*Discipuli dicebantur μαθηται, γνωμοι, φοιτηται,*

*Agellius l. 15.  
c. 10.*

*&c. Taurus philosophus apud Agellium, no-*  
*minabat φιλόσοφος. Sectatores autem, propriè*  
*à Græcis vocantur ἀκόλευτοι. Themistius de suis*  
*discipulis loquens, οὐδεὶς αὐτῷ ἐπειδὴ μοι ὡτερ*  
*ἀκόλευτος, οὐδὲ συμβάσσει τὸ τεῖχος ἔγημενος, οὐα-*  
*ποὺς σοφιστῶς ἔδος πολὺς ψπολεύειν τῆς τέχνης, nec ullus*  
*me tanquam affecta comitatur, nec pallio adhærens*  
*simil vagatur, qualem ex arte sua fructum sophistæ*  
*sæpius reportant. Damascius apud Photium οὐσι-*  
*σώτας, Philostratus συνακληθῶνται νέοις appellati:*

*In vit. Apollon. & alio loco sectatores Apollonij ὄμιλοι, quos*  

*l. 8. c. 8.*

*etiam in Græcia nominabant Απολλωνίς ἥκια. Ab alijs vocantur ἐπάρτοι. Ædesius, vt in eius*  
*vita proditum est, post concertationes litera-*  
*tas prodire ad deambulandum solitus fertur,*  
*quo tempore semper τὸν ἐπάρτον παρῆσαν οἱ πρωτ-*  
*τεροι, honoratiores, quique de sodalibus eum comita-*  
*bantur. Ea verò appellatio in Academia & phi-*  
*losophorum omnium scholis trita fuit; qua*  
*de re ita Suidas, Plato & cæteri philosophi,*  
*νοῦ γνοῖοις ἐρεγοτοι τὸν λόγων ἐπάρτον ἐνδιοι, germa-*  
*nos eruditiois amatores sodales vocabant. Ijdem,*  

*Plutarch. de*  

*virt. moral.*

*vt notauit Plutarchus, dicti sunt ἐρεγοται. Adole-*  
*scentes, inquit, vbi scitis præceptoribus se*  
*dederunt, principiò eos usus gratia sectantur*  
*atque amuluntur, postmodum autem eos di-*  
*ligunt, αἰτή γνωμον τὸ μεγαλεῖ, ἐρεγοται καλέσθω*  
*τὸ ὄντος, & de familiaribus discipulisque Amatores*  
*& sunt & dicuntur. Hinc etiam nominati sunt*  
*τέννα, filij, vt meminit Eunapius. Forte quod*  
*loco filiorum haberentur, aut etiam adopta-*  
*rentur*

*Eunap. in Iu-*  
*lianis,*

rentur à Sophista. Id enim fieri ab ijs aliquando in Sophistæ Bionis vita prodit Diogenes, de cuius auditoribus loquens, εἰωθε, inquit, *πνῶν φόροις ποιεῖσθαι, consuevit adolescentes sibi adoptare.* E discipulis dicti etiam quidam aliquando μαθήτα, magistri delitiae. Damascius in vita Isidori apud Photium, de Procli discipulis loquens: *Talis etiam Zenodus fuisse dicitur, παῦλος τῷ Πρόκλῳ καλεῖται ποὺος ἀξιωθεὶς, qui solus dignus fuit delitiae Procli vocari.*

Eorum proprium fuit ἀπομνᾶν ὑπερέχειν, ut loquitur Aristides, adesse, audire, versari cupidiūs cum doctore. In forum euntem prosequerantur fausta omnia inclamantes, prædicantes. Quod ex Themistio licet intelligere, cuius *Orat. 4.* Aristid. 10. 3. hæc est oratio, *δορυφορεῖ με εὐελέγοντα εἰς τὸν αὐτοῖς ὑπερφερεῖς τοῖς δὲ οὐ γενιαλία, κεκραγότης δὲ οὐ βοῶντες, &c. scilicet ea me colluientes in forum prodeuntem comitantur, ad singula quæ dicuntur à me verba exclamans atque vociferans, &c. addit id esse proprium Sophistarum.* Præterea ijdem *ἀκόλαθοι* varias vrbes & regiones obeuntem eloquentiæ ducem, speciosa veluti pompa sedulò prosequerantur; quod iam inde fuisse factum ab illius artis initio, Plato meminit, *Plato in Protagoræ discipulis, εἰς ἄγα θέταγμα.* *Ἐράτω πλευρὴ διὰ διέρχεται, κατὰ τὴν φωνὴν, ὁποῖος, quos singulis ex oppidis per quæ circumuagatur secum ducit, incredibili eloquentiæ dulcedine eos mulcens tanquam Orpheus quidam, εἴ τοις ἐποίησεν Scopel.* Philostr. in De Scopeliano Philostratus:

λαμπροὶ ξωνικολυθίσεις ἐς Ιωνίαν, σοφίας ἐρῶντες; illa-  
ueum cohors præclara & sapientiæ cupido, eum in  
Ioniam secuta est. Idem Adriano Sophistæ dat  
πομπὴν τῆς πατρόχος τε Εμβωνίου, luculentum ex omni  
Græcia comitatum.

Hoc instructu apparatusque Sophistæ tollebant videlicet animos, & circunferebant se magnificè & gloriösè, nihilque præ se Regum illustrium fortunas opinabantur. Et mirum est quanta inanitate & puerili propè ambitione, cum eius chori non adesset copia, eius pompæ imaginem quandam speciemque expresserint. Hic mihi venit in mentem Bionis, qui Rhodum cum venisset, & se dare vellet in conspectum ornatissimo & frequentissimo comitatu, hoc callidè excogitauit. Persuasit nautis atque remigibus, ut sumpta scholari veste, se quasi magnarum artium studiosi sequerentur. Hac igitur caterua septus, atque pompa (φαντασίᾳ vocat Laërtius, non sat bene præstigium reddit Interpres) venit in Gymnasion, & ἀειθέρης θύ, sectatorum illa inani ostentatione omnium in se oculos conuertit. Eodem ipso choragio superbiebat Tyaneus Apollonius, quem cinctum χρῷ φιλοσόφῳ, per Italiam volitasse eius vitæ scriptor memorat. Festiuo illum dicto pupugit aliquando De-

*Lucian. in De-monax, περιέχεται, ἐφη, οἱ Απολογίοις καὶ οἱ Αρ-  
τονοι. γεννᾶται αὐτός, ut est apud Lucianum. Dubium  
an ludere in voce Αργεντῖται voluerit, ut ar-  
gutus ille apud Latinos poëta,*

*Non nautas pho<sup>ν</sup>os, sed Argonautas;*

an delectos heroas & Græciæ florem signifi-  
care.

Istam ambitionem gloriosorum hominum  
notasse lege & edicto, & coërcuisse Imperatores  
videntur, sic enim est Cod. Theod. vniuersos Cod. Theod. de  
qui usurpantes sibi nomina magistrorum, in publicis stud. liberal.  
magistrationibus cellulisque collectos undecumque  
discipulos circunferre consueuerunt, &c. Plinius A- Plin. l. 33. c. 12.  
rellium Fuscum Rhetorem ait motum equestri  
ordine fuisse ob insignem calumniam, quod  
eum celebritate affectarentur adolescentium scholæ.  
Irisit eosdem Epictetus, qui negat boni &  
præstantis viri esse proprium, numero audi-  
torum & multitudine gloriari: nam de phi- Arrian. l. 4.  
losophi disputans officio, οὐδὲν καλοῦ τὸν αἰσθητόν.  
οὐδὲ μάθητας πολοὺς ἔχει; οὐδὲν μέρος.

Cæterum discipuli inde etiam gloriolam au-  
cupabatur, si præceptorem habuissent omnium  
opinione excellentem, studio & eruditione  
clarissimum. De Pythagora illud in primis ait  
Isocrates: Tantum enim nobilitate cæteris excelluit, ὥστε Isocrat. in Bu-  
& miꝫ reçtēpois ἀπαντας θηριουμὲνον αὐτὸν μάθητας ή, ut fir.  
adolescentes omnes eius discipuli esse cuperent. Et pau-  
lò post: Nam etiam nunc qui se discipulos eius esse pro-  
fitentur, eos magis tacentes admiramus, quam alios  
eloquentiae gloria præstantissimos. Æschines Aca-  
demicus se venditabat gloriolusque effere-  
bat, quod doctorem habuisset Carneadem,  
in dicendo & sentiendo ferè omnium princi-  
pem & coryphæum; quod illudentes Sophi-  
stæ homini obijciebant: οὐ φίστω, inquit Plu- Plutarch. An-  
tarctius, πρῶτοι λεγόντων ἐπι μεγαλιτανούς μεγαλιτανούς Καρ- seni ger. resp.

ντάδου, μὴ γεωρώς μαθητής, &c. Cum sophistae quidam dicerent, eum fingere se Carneadis fuisse, cum non fuerit, discipulum, &c. Contrà vero Bion quem σοφιστὴν ποιήσοι nominat Laërtius, cum sordibus esset avaritiae atque libidine pollutus, γένεις μαθητής αὐτὸν δημιουργεῖται ζωούτων αὐτῷ χρεωστικόν, nemo illius discipulus inscribitur, quin et sot habuerit sui auditeores, ut est in eius vita.





## THEATRI VETERVM

RHETORVM, ORATORVM,  
Declamatorum, quos in Græ-  
cia Σοφιτας nominabant,

## LIBER QVINTVS.

## HOIKOI XAPAKTHPEΣ.

De vitijs, quibus infamati olim  
fuere Sophistæ.

*Propria nota Sophistarum διάζονεια & tumidi  
animi elatio. Illorum ars φίλων διάζων.  
Ambitiosi institores eloquentiae. A sui lau-  
de vulgo exordia orationum ducebant. An-  
te scipiones & trabeas ponebant Ὡ σοφιστή.  
Exempla quadam Sophisticæ διάζονεια.*

## C A P. I.

**E**cit quorundam Sophistarum im-  
portuna & impunita licentia, ut qua-  
tantum aliquo: um propria fuere vi-  
tia, ea fuisse omnium videantur. De-  
ijs magni scriptores multa sparsim suis monu-

mentis reliquere, neque plena hæc videbitur esse commētatio, nisi & nos illa quoque hīc attingamus; quod breuiter & dilucidè faciundū erit. Princeps autem fuit eorū vitium ḥyāčōrēa, superbientis animi elatio, fastus, arrogantia, & velut in scena & theatro gloria ingenij & facundiæ ostentatio, quam in luce urbium & nationum, atque omnium oculis & ore fabant. Itaque proprio veluti nomine appellantur ḥyāčīres apud Clementem Alexandrinum, D. Gregorium Nazianz. Platonem, Lucianum

*Themist. or. 4.* & alios passim. Themistius orat. 4. Ο τῷ σοφίστῃ  
Ἐ ḥyāčōr ε καροπόμος τεῖχον μὲν Σωκράτης ὑπέδη λόγοι.

Et eleganter meo iudicio Tribunus Alianus

*In vit. Apollon. 1.7. c. 8.* apud Domitianum Imperatorem in causa Tyanei, Verē, inquit, ὦ Imperator, πουφολόγοι οἱ Σοφοί  
χεῖναι, Ε ḥyāčōr οὐ τέχει, sunt pleni sermonum inanum fusilissimique sophistæ, Καὶ eorum ars mera est

*Philostr. de vit. iactania. Philostratus quoque in Hippodromo Soph.* Sophista, nominat πίχτης φίλων τῇ ḥyāčōrēa. Festi-

*Lucian. in Eu- git.* uissimus argutissimisque Lucianus spurius ait philosophos, εἰ μέσω ḥyāčōrēas τῇ φιλοσοφίᾳ con-  
fittere, hoc est, inter se εἰ Philosophantes So-  
phistæ que esse medios. Hinc ḥyāčōr sumitur nonnihilquam amōs pro Sophista: Aristote-

*Aristot. l. 4. Ethic.* les l. 4. de morib. εἰ τῇ διναιμει δέιν ο ḥyāčōr,  
αλλ' εἰ τῇ περιερέσι. Quam sententiam repetens lib. 1. Rhet. loco ḥyāčōrēos ponit σοφίστην, vbi de Syllogismo: ο γά σοφίστης εἰ τῇ διναιμει, αλλ' εἰ τῇ περιερέσι. Vim nominis explicat Suidas; ḥyā-  
čōrēas, inquit, propriè vocant mendaces, cū se de rebus quas ignorant dicturos profiten-  
tur: hinc ḥyāčōrēas, αρρογαντίσκος, arrogans tumidissime

nugator. Sumpsit meo qui dem iudicio à Scholiaſte Aristophanis pag. 129. ἀγαζόντες, inquit, no-  
minant, εἰπούσης ἐπανέμονται τοῖς ὑπὸ οὐρανοῖς. Sed  
meliùs idem ipſe in act. 2. Equit. vbi Aristoph. A-  
phanes Cleonem ἀναγαγὼν vocat ἀγαζόντες: ἀγα-  
zόντες, inquit, οἱ μείζονες ἔντονος ἀλλαγῆς κομπάζοντες  
φροντίζοντες, qui glorioſius de ſe quam par est εἶπεν sentit,  
εἰδοντες iactatione prædicat. Sophistam omnino  
pingit, quemadmodum & doctiflissimus Ioan-  
nes Chrysostomus: ἀγαζώντες εἰπούσι, οἱ δὲ ποιοὶ μι-  
κροὶ κομπάζοντες. Hinc etiam κομπάζοντες eadem S. Chrysost. in  
notione dicuntur. Eusebius appellat Philostra- Psal. 144.  
tum κομπάζοντες δυνάμεις & φύσιν καὶ γένετα. Euphra- Euseb. in Hier-  
tes etiam philosophus Apollonium κομπαστὸν ἐφη Philostr. in vita  
εἰδοντες τὴν εἰδησθεντήν & οὐδεινὴν σοφίαν, iactatorem tumi- Apollon. l. 7.  
dæ inanitatis plenum. Quæcauſa fuit cur S. Ba- c. 7.  
ſilius ferm. de Humilitate. κομποὶ σοφίαν καὶ no-  
minet, & κομπάδη λόγον illis tribuat S. Chry-  
ſostomus, ut alio loco diximus.

Sed ut omittamus de nominibus quærere,  
multi excellenti homines eruditione rem ex-  
preſſerunt. Quintilianus tumidum ac ſui iactan- Fab. l. II. c. I.  
tem & ambitionem inſtitorem eloquentiæ Sophiſtam  
indigitat: & Agellius, inaneſ flantem glorias: & Agell. l. I. c. 2.  
latius unum huiusmodi ἀγαζόντες describens, qui  
præ ſe uno, inquit, cæteros omnes lingue Atticæ  
principes, gentēmque omnem togatam, totūmque no-  
men Latinum, rudes eſſe & agrestes prædicabat. Plu- Plutarch. de ſai-  
tarichus ait Sophistas ὅμοιοδρόις ἐπ' ἐπονοῦσι καὶ με- land.  
γαληγοῦσται, ſua nimium extollentes, & cum fastu  
ſupercilioque iactantes. Iam inde ab ipſius artis  
initio Plato id animaduertit, qui loquens de Plato in Pro-  
magnis illis fatoribus parentib[us]que Sophisti- tag.

ca; ἐπαιρεῖσθαι τῷ, inquit, πάτερ ἀ παλοῦσι, laudant illi quidem sua omnia, quae pro mercedibus adolescentiæ cauponantur.

In horum deinde vestigia qui postea varijs æratibus consecuti sunt introeuntes, sic afflati sunt eo morbo & contagione, ut pauci in eo essent numero, quin importuna sui opinione & laude insolecerent. Itaque Philostratus hoc in Hippodromo Sophista mirandum & prodigijs instar esse putat, quod cum artem profiteretur ille φίλων τε ἀλαζόνα, sic enim loquitur, hoc est, cæco sui amore flagrantem & ministram arrogantiæ, neque suæ laudi indulsi vñquam, ac superuacuas laudes amputauit. Quin eius quædam ferebatur elaborata & ornatissima declamatio, qua Rhetores cum paionibus comparabat, qui propria laude nimis attolluntur. Thrasonibus & militibus gloriōsis, qui in Comœdia inducuntur, simili-

*Themist. or. 4. mos aiebat esse Themistius. Plutarchus lib. de Plutarch. τῷ audiend. ijsdem attribuit ἀελαζόνα, sanè meritissimó: constat enim ijs in orationibus, quas*

ad pompam & ἔνδυξιν habebant, non aliunde vulgò exorsos, quam à sua fama longè latéque fusa, & omnium hominum prædicatione. Id è vita Polemonis facilè colligitur, qui cum primam Athenis orationem habuit, non ab urbis laudibus fecit initium, neque de fama sua ample locutus est, οὐ γάρ τις τῆς Τιμᾶς idēas ὠφελέσθη τοῖς σοφισταῖς οὐ ταῖς ἔποιξις ταμεῖσι, inquit Philostratus, huiusmodi oratio sophistis in speciosis declamationibus admodum opituletur. Sic denique se & suam artem efferebant, ut Sophistam esse plus

propè ducerent quām Romæ triumphare. Par-  
tet hoc in Libanio, cui cūm Imperator amplis-  
simam dignitatem, nimirum aulæ suæ palatij  
præfecturam dedisset, repudiauit, cūm diceret,  
*τὸν σοφίστην τῷ μεταξύ, sophistam illo esse honore maiorem.* Quod mihi reuocat in memoriam dictum  
illud gloriantis apud Ennodium Rheticæ, *Ennodius.*  
*Ante Scipiones & trabeas est pomposa recitatio.*

Atque vt obiter quædam hīc exempla So-  
phisticæ διάλογοις ponamus, de Polemone sic  
eius virtæ scriptor: *Ita cum ciuibus agebat, ut inter*  
*omnes præstantissimus; cum principibus, ut haudqua-*  
*quam inferior; cum Dijs, ut æqualis colloqui videretur.* Philostr. in Po-  
lem. & vit. A. Interrogatus à Telefino Consule Romæ Apol-  
lonius, quænam eius foret sapientia, θεομός,  
inquit, hoc est, à diuino afflatu proueniens. Sic Cal-  
listratus in *λογοποιῶν*, hoc est Rhetorum linguas  
incidere aiebat εὐ θεῶν θεομός, diuinum afflatum. Callistr. in  
Euphras. Remnius Palæmon arrogantia fuit tanta, vt  
M. Varronem vnum omnium Latinorum do- Sueton. de  
ctissimum, porcum appellaret, secum & natas, & illust. Gram.  
morituras literas iactaret. Eunomius quem  
Sophistam fuisse siunt, eò superbiæ tumidique  
fastidij processerat, vt *διὰ τῆς ἐπωλεῦντος παχαμα-*  
*ρα, ut loquitur S. Gregorius Nyssen. se Magno S. Greg. Nyssen.*  
Basilio formidabilem esse gloriaretur. Sed *concr. Eunom.*  
*exemplorum satis.* p. 423.

*Arrogantes Sophistarum pollicitationes & i<sup>ταργέληστα. Eorum commune elogium,</sup>* n<sup>όμιτα εἰδίται. Nolebant videri à quoquam didicisse. Communis sapientum voce illorum vanitas reprehensa.</sup>

## C A P. II.

**M**AGNIFICA dicta fuere Sophistarum in prædicanda scientiæ suæ magnitudine, & arrogantes omnino pollicitationes, quibus d<sup>ιάχερεις</sup> prodebat. Isocrates proprium illorum esse ait μεγάλας ἵππος ποιεῖσθαι, qui cùm Rhetores haud obscurè mordeat, & eorum leue nomen euentilet, initio tamen orationis Panegyricæ, laudem suam prædicat οφειλόμενος, & se dicturum ea pollicetur, quæ nemo aliis vñquam excogitauerit: denique fatetur se μεγάλας ἵππος ποιεῖσθαι, quod in Sophistis alio loco illusit. De ijsdem Seneca filius: *Quid disceditis ab ingentibus promissis, & grandia locuti, effeturos vos ut non magis aurifulgor, quam gladij perstringat oculos meos, &c.*

Quæ pollicentur Sophisti.

Atque ut grandia illa distinctius ponamus ob oculos, tametsi forent ut plurimum omnium vitiorum maculis notatissimi, strenue tamen pollicebantur, *Virtutem, sapientiam, beatitudinem, quæ in humanis bonis & maxima videri debent atque optima. De singulis prostant clarissimorum hominum testimonia: & de*

*Isoct. in Panegyr.*

*Senec. ep. 48.*

*Virtute* quidem ait Plato, gloriari eos solitos, <sup>1. Virtutem.</sup> *Plato in Protag.*  
 non priuatam modò, sed ciuilem quoque vir-  
 tudem se docere, & *τὸν γένος ποιεῖν δύσπερα γάδοις*  
*μονίτος*, ut loquitur in *Protagora*. Et in *Sophist*. *Idem in So-*  
*vocat genus Sophistarum* *τὸν επαγγελμάτων* *οὐς δόρε-* *phist.*  
*τῆς ἐρκεταὶ οὐναὶ ποιεῖδον*, quod tradendæ virtutis  
 gratia cum hominibus se versari profiteatur. Et in  
*Menone*, *Θοίται μόνοις επαγγελμάται διδασκοῖσις* *τῷ Menon.*  
*δρεπῆς*. Quos ibidem multis rationibus & testi-  
 moniis poetarum, & illustrium viorum exem-  
 plis refutat, & hominum insolentium vanita-  
 tem redarguit. Isocrates item Polycratem *So-*  
*phistam* ut ineptum illudens, Tu quidem, in-  
 quis, te putas, etiam tibi prorsus alienos, *δη σὺ*  
*πλησίους ποιεῖσθαι*, si te magistro viantur, opti-  
 mos esse redditurum.

Eodem quoque Sapientiam pollicitos in regiis <sup>2. Sapientiam.</sup>  
 ad Nicoclem monitis significat: *οἱ μὲν δέ τῷ διηγή-*  
*μένον λόγῳ, &c.* alij contentiosis disputationibus,  
 alij præceptis eloquentiæ, alij per alia qua-  
 dam suis auditoribus sapientiam pollicentur.  
*Zacharias Scholasticus de Ammonio*; *βρεφο-*  
*μόνος* *τῷ σοφὸς* *τε τοῖς διηγοῖς σοφὸς εὑμένως ποιεῖ επαγγελ-*  
*λαμάρος, &c.* *Insolentius* sibi nomen sapientis arrogans  
 diserte pullicetur, se alios effecturum sapientes, qui ad  
 illum accedant, atque aures modo præbeant. Illam  
 autem sapientiam tantam esse aiebant, & eò in  
 audendo prouehebantur, vt etiam *οὐεὶ τῷ* *Iscr. cōtr. Soph.*  
*μελόντων εἰδέναι*, scientiam quoque futurorum sibi ar-  
 rogarent, vt est in orat. *κτι σοφίας*. quod non esse  
 malevolentis animi calumniam, Tyaneus pro-  
 bat Sophista, qui audiente Babyloniae Rege, *In vit. Apoll.*  
 de se ita prædicauit: *Οὐ γνώσκω τὰ μεγάλα μόνον*, *l. i. c. 20.*

ανὰ ἡ μεγιστώσο, quæ agenda sunt non solum agnoscō, verūm etiam præcognosco, ut est in eius vita.

**3. Felicitatem.** Denique Felicitatem pollicebantur; addit Isocrates μονίσην αὐταντού, τό, tantum non immortalitatem. Vetus illud est ἐπαγγελμα Sophistarum, de quo non modò illorum in dicendi laude quondam æmuli, verūm & sanctissimi viri meminere. S. Gregorius Nazianz. scribens ad Sophistam Adamantium, *Apud vos magno in honore ac prelio sunt Cynegiri & Callimachi ac Marathonis & Salaminis trophyæ, ob quæ autem δύδαι μονες τό ῥομήτε, & ποιεῖται τοις νέοις, & felices vosipos existimatis, & felicitatem adolescentibus adferre.* Athenag. pro Christ. Athenagoras in legat. pro Christian. Qui syllagismos resoluunt, & ambiguè dicta dissoluunt, & origines dictionum exponunt, quique homonyma & synonyma, categoremata & axiomata docent, δύδαι μονες Σποτελεῖν διὰ τούτων καὶ τούτων λόγων τὸ ιρροῦται τοις συνόνταις, his & similibus effecturos se beatos auditores suos pollicentur.

**Plauta eidē.** Nihil iam restare videbatur, quam ut omnia scire se dicarent; quod strenuè fuit quoque ab illis iactatum. Circunforanei Sophistæ, inquit

**Isoct. in Panath.** Isocrates, πάντα εἰδέρα. Dion Chrysostomus; **Dion or. 33.** Videmini mihi frequenter diuinos audiuisse homines, οἱ πάντα εἰδέρα φασι, & ωσὶ πάντων θεοῖ, qui se

omnia nosse putant, deque omnibus dicere posse. Maximus Tytius illudens, τὸ οὐσιαν ἔργον τὸ πολυμαθὲς τὸν καὶ πολυλόγον τὸ πονῶν μεσὸν μαθημάτων. Sophistæ nostri, multiscij hi dico & multiloqui, quorum pectus saturum est ebullitque doctrinis. De Adriano Imperatore qui certabat cum Sophistis & co-

**Max. Tyr.**  
**dissert. 16.**

rum consuetudinem induerat, ita Zonaras: Zonar. in Immensa ambitione honoris omnia affectabat, ἡ νῦν Αδριαν. πρὸς δὲ τοῖς, σέque nihil ignorare profitebatur. Eandem σοφοτειας tribuit hæreticis verissimis Sophistis Gregorius Nazian. οἱ πάντα εἰδέναι τὰ γε Greg. Naz. or. σιδόνεις τοιχεῖς λίαν ρεπικῷ & φυγαῖς, &c. qui 33. p. 530. scire vos omnia εἶτα docere profitemini per quam fortius ac generosè. Celsus proinde iure vexat & multis arguit Origenes, quod σοφιστῶς illud iactauis- Orig. Philocal. set, Πάντα γένοισθαι, Omnia quippe noui. Hinc verò c. 18. duo quædam consequebantur, ut & omnium hominum sapientissimos se crederet, quod di- sertè Plato afferuit: Volunt, inquit, persuade- Plat. in Sophist. re ὅτι εἴσι πάντα πάντων αὐτοὶ σοφῶτες, se vnos in re omni esse omnium sapientissimos: & ut præterea videri nollent à quoquam didicisse. Qualem Euthydemum Sophistam in Memorabilibus delineat Xenophon, quem ait φυλάπτεσθαι μὴ δοξῆ Xenoph. l. 4. παντάρεν της τοῦ, omni ratione cauere, ne videatur abs quoquam aliquid discere.

Atque hæc qui apud se diligentius reputauerit, omnino intelliget fuisse causam cur Sophistæ nominarentur σοφοτειας, superbi, arrogantes, studio ambitionis laudisque vanissimi. Hoc nomine vexantur omnium sapientum reprehensione & conuicio. Tertullianus & S. Hieronymus gloriæ animalia, & popularis auræ vilia mancipia nominant. Doctissimus Augustinus inanis gloriæ mancipia; & lib. 1. contr. Academic. illorum disciplinam vocat professionem ventosam. Eosdem ait D. Ambrosius phaleratis sermonibus artem suæ iactare prudentie. Lepidè Aristophanes in Comœdia fingit tumidas inanésque Nubes Tertull. l. de an. S. Hieron. ep. ad Pammach. 5. Aug. ep. 56. D. Ambrof. l. 7. in Luc. Aristophani in Nab.

ad Prodicum accedere: ubi *vetus Scholiastes*,  
*Irridet*, inquit, *Prodicum*, qui de *se tantam opinionem*  
*conceperat*, ὡς τὸ πάντας ὡν τὴν σοφίαν, *quasi omnes an-*  
*teiret sapientia*. Itaque scienter diuinissimus  
*Chrysostomus* in *Matth.* οὐαζόνειαν nihil aliud  
*esse* ait, quām εἰδέναι τούτους τὸ δρώπον τοῦτον,  
*nihil præ se omnes homines existimare*. *The-*  
*misti* in eadem vanitate reprehendenda mul-  
*tus* est, nauſeámque parere omnibus ait *sui ia-*  
*ctionem*. Cui suffragatur id principis oratoris  
*effatum*; *Nam cùm omnis arrogantia odiosa est*, tum  
*illa ingenij atque eloquentiæ multiò molestissima*. Hinc  
*illud præceptum* 2. de orat. *Vitanda est ingenij*  
*ostentationisque suspicio*. Et longè antè sapien-  
*ter* id monuerat *Theognis* vers. 359. μηδὲ λίλω  
*θηφανεῖ*, *Ne nimis ostenta*. Et *Phocylides* vers. 48.  
*μὴ γένυς στοιχίην*, *ne efferaris sapientia*. Sed docu-  
*menta hæc splendida lusci οὐαζόνες* haud vide-  
*bant*, qui eo ipso à *Philosophia* magistra podo-  
*ris* atque modestiæ arcendi fuissent. *Sapiens*  
*mihi videtur Gymnosophistarum institutum*,  
*qui cùm legere adolescentes maxima industria*  
*Philostr. de vit. Apollon.* tolerent, qui ad descendam sapientiam vide-  
*rentur esse idonei*, si quem deprehendissent  
*οὐαζόνα*, repellebant ὡς μὴ καταπονεῖν, ut memini-  
*scribere Philostratum*.

*Themist. or. I.*

C. 4.

*Cic. i. in Verr.**Theognis.**Phocylid.**Philostr. de vit.**Apollon.*

*Avaritia Sophistarum in docendo. Quis Musam primus effecerit mercenariam & Mercurium εμπόλαμον. Sophi φιλοξένασι. Cupiditas Sophistarum varie à doctis expressa. Αλιεῖς σοφισταί. Idem Venatores. Socratis κυνιγέσιον quale. Κρεας de flagitio. Magna mercede nihil discere, miserandum. Illustratus Lucianus, &c.*

## C A P. III.

**A** LIA nota communium Sophistarum fuit *Avaritia*, & pecuniarum ingens cupidus, quas ut gnaui eloquentiae institutores, cauponésque scientiarum, docendis adolescentibus vnde affluenter & audie colligebant. Vetus ille natus est, & antiqua sapientum querela, qui sacrilegium propè inexplicabile ducebant, sacra Humanitatis cimelia, Musarūmque mundum, ut in foro, docentium publico præconio diuendere. Neque enim primis temporibus Lingua non beatissimōque sēculo id siebat, quo lingua post olim in tūs quam supellex fuit aurea, hominésque ipsi, quæstu. vt canit Hesiodus, χνύσσοι δύσπες. Apud Veteres, vt Thebanus ait poeta, quæ præst orationi & Pindar, Isthm. elegantiæ Musa, & φιλοκαρδίας λύ, & ἡ Σχάπη, & ἡ ἐπίρ- od. 2. ταῦτα γλυκεῖαι Τερψιχόρεας διδαχας, nondum lucri cupida erat, neque mercenaria, neque vendebantur à Terpsichore dulces mellisonæ cantilenæ. Sed tandem, in-

quit, id sapientis Argui dictum locum habuit, Χρήσιμον χείραν εἶπεν.

O ciues ciues, querenda pecunia primum est.

**Plutarch.** quod Pindari mentem sequutus Plutarchus, id poetæ oraculum verum comprobat, atque ob inscitiam & ignorationem honesti, κοινὸν Ερυλίῳ, communem antea Mercurium factum fuisse ἐμπόλαιος ἦσμαθος, mercenarium & venalem. Nec Vraniam, Calliopen, aut Clio gaudere ijs ἀρχαῖοι σχολαῖοι λόγοι, qui pecuniae gratia doctrinam profiterentur.

**Fabius Proœm.** rentia concidit. Nam ut primum, inquit Fabius,  
lib. 1.

lingua esse cœpit in quæstu, institutumque eloquentiæ bonis male vti, curam morum qui diserti habebantur reliquerunt, ea verò destituta infirmioribus ingenijs veluti prædæ fuit. Primum autem Simonidem fuisse poetam qui Musas cupidine deuenustarit, melicus Anacreon, & Callimachus, & complures eloquentissimi viri produnt. A quibus Ioannes Tzetzes capiens,

**Tzetzes Chil.**  
lib. 8.

Lyrici, inquit, prius scribebant absque argento, Ηρξαντωρῶν τὸ μέσον χαρφεν ο Σιμωνίδης.

Primus autem cœpit mercede scribere Simonides.

**i. Caupo eru-**  
**ditionis.** Hinc factum, vt diceretur vulgo Simonides ταρψυγε πάσαν χαρφώ τοῖν, argenteam omnem scriptiōnem elaborare. Et quidem cum puerorum laudes panxit, magnas inde opes, & immensam propè diuitiarum vim consecutus est.

**Plato in Protag.** inuentores dicunt Sophistas. Id Plato in Pro-  
**Philostr. de vit.** tagoram perspicue retulit: & Philostratus in Soph. eius vita: τὸ δὲ μέσον διαλέγεται τεχνῶν μὲν δῆρε quod glorian-

gloriandū esse facinus Lemnius ille Rhetor putat, nominātque *ωργημα & μεμονων*, rem minimē reprehendendam, ut quæ sit vtilis adolescentibus, & viuidam ingeniorum vim exfuscit. Nam ea, inquit, studia quæ sumptu comparamus, longè amplectimur cupidiūs, quām quæ gratis exequimur. Honestum sibi videtur parapetasma oppandere, ad ihumbrandam auaritiæ cupiditatem. Sic Aristippus cùm ē schola pecuniam acciperet, aiebat se id non facere, quod ea vteretur, sed vt illi à quibus accipiebat, discerent, in quos usus habere pecuniam oporteat. Sed virorum sapientum omnis Senatus hoc institutum ab animo nīmum angusto & minimē liberali profectum censuit, & Sophistas in eo insimulat, quod virtutem se docere prosterentur, quam mercedibus & auaritia polluerent. Itaque apud Xenophontem est demirans Socrates, si quis virtutem in schola professus, ἀφεινε ταξιδινον, pecuniam exigat. Et alio quodam loco non dubitauit contumelioso nomine appellare Sophistas πόροις, scorta etatamitos, qui sapientiam pro pecunia cuiuis prostiterent. Plato qui mercimonij illud genus flagrare studio & cupiditate videbat, plurimum salis in eis illudendis consumpsit, cùm eum quæstum in eloquentia cæterisque disciplinis docendi arguit, & summa orationis varietate exagitat.

Et tamen quod exorientis artis Sophisticae initio ab illis sapientiæ columninibus repudiat. *Πλοκησιατος*  
batur, adeò mox dulce iucundum que visum fuit, ut omnium sectarum magistri ad illius

Illustrissimi  
Phil.

Xenoph. l. t.  
Memorab.

veluti prædæ communionem aureamque messem accurrerent. Speusippus qui Platonis in docendo successit, ita non abhorruit ab eo lucro, ut Dionysius illum diceret *δασμολογοῦντες επ' ἐκόπτων καὶ αὐτῶν λαμβάνειν, tributa exigere, et à volenteribus noleantibusque discipulis accipere*, ut auctor est Laertius. In eodem Speusippo, aliisque plurimis, qui vita sua tabernaculum in Philosophia posuerant, illam ipsam cupiditatem, & *χρυσὸν μανίαν* Tyrius Philostratus in Apollonij vita notauit. Etiam Stoici in mercedem imminentes, auro inhiabant. Agathocles quidem certe nō minus quam Protagoras, de mercede discipulum in ius vocauit, Luciano teste. Apud quem etiam alio loco, Chrysippus qui fulcire porticum Stoicorum dicebatur, accipere non diffitetur. Quare Nigrinus vir sapiens, non sine stomacho & fastidio, hos atque similes coloribus suis pingebat, & vt idem notat Lucianus, *σχασθεῖα εἰδῆς ἐκ πατητεῖα ταῖς τύποις διατελεῖσαι. vertunt, ergastula [malum ego, meritorias officinas] et cauponas illorum scholas nominabat.* Sic Apollonius Tyanus Euphratem Sophum aiebat *καπιλόβενον φίαν*, vt in eius vita meminit Philostratus.

*In vit. Apollon.*  
l.1.c.10.  
*Idem in Nigrin.*

Avaritia So-phist. viuisco-loribus ex-pressa. Enimvero tametsi res propè facta fuerat omnium docentium communis, nescio tamen quomodo in Sophistis ea minùs honesta cupiditas eminebat: vnde illorum discipuli propriè *ἀκροαταῖς* fuere dicti: & Protagoras eo ipso nomine *λόγος ἀμμιθος* appellatus, vt ait Suidas. Hinc M. Tullius 4. Academic. Sophisten cum fuisse nominatum ait, *qui ostentationis aut questus causa philosopharetur.* Hunc eorum

*Laer. l.4.*

*Philostr. l.1.*

c.22.

*Lucian. in  
Icaromenipp.  
Idem in vit.  
auct.*

*Idem in Nigrin.*

*Idem in Nigrin.*

hominum morbum plurimi autores Graci Latinique tetigerunt. Synesius ep. 59. γνῶσας ὕπερ, lingam vñalem ait esse αὐτοῖς πόλεων, merces oratorum & Sophistarum. De iisdem Maximus Tyr. mus Tyrus: ἀριστεράς δρεῖς, τύριον τὸ χεῖμα, nundinationem illi virtutis instituunt, prostat apud eos virtus. Gregorius Theologus illis tribuit nō wēl<sup>o</sup> S. Gregor.  
πλέονος μάχεσθαι, de augendis facultatibus pedibus ep. 117. manib[us]que pugnare. S. Basilius eos comparat s. Basil. ep. 155 cum liguritoribus dulcium placentarum. Scribens enim ad Libanum Sophistam, Quis, inquit, mercenarios discipulos constituit, nisi vos οἱ περιήργετες τοὺς λόγους ὑπερ, ὡσεπ οἱ τῷ μάρτυρει φίλοι τοι  
δημότες; qui lucrum ē sermonibus schoisiisque vestris sectumini, quemadmodum placentas mellitas ij qui melle delectantur? Ipse Libanius veteres Sophistas Liban. Declam. cum famelicis ouiculis componebat, & οἱ μαρτύρες  
καὶ πᾶν χωριον εἴλκει, ὡσεπ οἱ δημότες τοι πινάκια τεργεστα,  
quos docendi merces ad omnia loca trahebat, velut famelicas oves ramus oleagineus. Sumpsit opinor à Philostrato: Ita, inquit, proposita veste & argento Philostr. in illum Sophistam ducebant, καθάπερ οἱ τοι πινάκια τεργεστα, Adrian.  
Speculatorum τῷ δακτῷ αὔρατε, ut qui famelica pecora  
virga oleaginea ducunt.

Quidam pescatoribus simillimos esse dixerunt, qui non quidem Auraram piscem quæseret, quem ab aurato supercilio Græci nominauere χειροφρους, sed nummatos opulentosque inuenes, quos deinde exenterarent, cùm vnam aut alteram declamatiunculam aut paticulos Homeri versus explicuissent: quo iactu se feliciores putabant, quam Polycrates fuerit Samius, cui annulum aureum captus in mari

Suidas.

*piscis reuexit. Hinc apud Suidam ἀγεῖς σοφιστῶν*  
*Piscatores Sophistæ: quod in numerum Adagiorum*  
Themist. or. 1.*venire potest. Themistius è respiciebat*  
*cùm φιλοχειμάτοις illos pingit. Si quos, inquit,*  
*discipulos Σπιξίν οὐταὶ κατὰ τὸ ιχθὺς δέλεαδέρας,*  
*paucis crinibus veluti pisces inescatos ceperint, tame si*  
*piscibus elinguiores abs se dimittant, pecuniam tamen*  
Plat. in Sophist.*cogunt pendere. Platonem suum imitatur, qui*  
*Sophistarum artem dicit esse hamatoriam. Atque hinc Lucianus suum etiam meo iudicio*  
*Piscatorem expressit. Petronius in Satyra ele-*  
*ganter: Eloquentiae magister nisi tanquam piscator*  
*eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros*  
*pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo.*

*Alij venatores indigitarunt, non qui ceruam*  
Dion. Prusa.*κυνόκερων cursu & clamore sequerentur, de Her-*  
*culeis ærumnis vnam; sed tumidis & crepanti-*  
*bus facculis auditores. Plato hoc perspicue,*  
*qui definit artem Sophisticam νέων πλούσιων ἡ*  
*ερδοζων θεοῦ δημόσιων θηρῶν, dimitum adolescentium venati-*  
or. 12.*onem. Dion Prusæus homo sui temporis elo-*  
*quētissimus ait Sophistas διδάσκειν τὸ άχειν, prædæ se*  
*accingere, cùm magnus cœtus auditorum affluit.*

*Idem orat. 65. Et alio loco, Κοιταὶ λεγέμενοι δίκαιοι & Κατεῖταις, οἱ*  
Philost. l. t. de-*μαζηταις Δημοσίοντες, qui nominantur Sophistæ, plebes &*  
ust. Soph.*satrapas & discipulos venantur. Tam magnus illo*  
*artificio Prodicus fuit, quām cœlestis Orion;*

*sic enim de ipso meminit Philostratus: οὐχιδεῖς*  
Athen. l. 5.*οἱ οὐρανοὶ διπτεῖδες τὴν νέων, &c. nobiles patritios &*  
*antiqua prosapia adolescentes, ita veluti odorando*  
*inuestigauit, ut hac venatione multa sit noctis hospitia.*  
*Athenion quoque Sophista qui Messanæ at-*  
*que in Thessalia docuit, non lepusculos, sed*

puisiones venabatur, μεγίνα γολαστρά Σηρβέων,  
vt loquitur Athenæus, vnde magnam pecunia-  
rum vim collegit. Maximus Tyrius attribuit *Max. Tyr.*  
quoque Socrati κυνιστον, venationem *Alcibiadis:* *dissert. 8.*  
de quo item Plutarchus; Alcibiadem adole- *Plutar. in*  
scensem ἐκπαιδεύην, fortè vt ab illo & potentissi- *Alcibiad.*  
mo & omnibus rebus abundantí omnia sup-  
peditarentur. Nam de Socrate eiisque sociis  
ita illo ipso audiente protulit Aristophanes:

Οὐνὶ διδάσκοντος, δρόμεον λεῖ περὶ διδῶ.

*Hi docent, si quis modo pecuniam dederit.*

Verum Dion Prusæus Socratem nihil accepisse *Dion Prus.*  
contendit, licet à pecuniis imparatum: Eun- *or. 54.*  
dem monet Aristides αὐτὸν δρόμεον adolescenti- *Aristid. to. 3.*  
bus tradidisse, quod Plato antè memorauerat.

Denique apud Xenophontem est, eum per *Xenoph. in*  
contumeliam vulgo πίνατα, pauperem fuisse no- *œconom.*  
minatum. Igitur aliò referenda est Alcibiadis  
illa venatio, nimirum ad impuri hominis fla- *Venatio de*  
gitiosam cupiditatem, qua pulchellos vena- *nequitia.*  
batur. Socrates enim publicæ libidinis doctor  
*mydeœsiav* & lenonium artificium docebat,  
quo instructus Alcibiadem irretire cupiebat,  
quem vnum omnium venustissimum & pul-  
chritudine oris mirabili fuisse accepimus. Sic *Heliodor. E-*

apud Heliodorum nominantur *μεγάτρα ἀπό-*  
*στοια.* Sic doctissimus & sanctissimus Chryso- *thiop. l. 2.*  
stomus adultero qui Veneris prædam sectatur,  
tribuit *ἀγέαν*, venationem. Allusit ad Socraticam

illam venationem elegantissime Gregorius *S. Chrys. in*  
Nazian. Άει καλὸς εἶνα τῷ καλῷ θηρευθῆς, ἵνα πε- *P. 49.*  
ναριθοῦσθαι. Pulcher ego, pulchrorum venator sum  
semper, ut iuueniliter aliquid dicam. Eodem refero

*S. Greg. Naz.*  
*ep. 187.*

quod de Bione Sophista prodit Laertius;  
In eorum ueracior.

Sed hoc obiter; redeo ad Sophistas, quibus nihil sagacious dici potest in opulentis nummatisque discipulis inuestigandis, quos docendo pecuniis emungerent. Id commune plurimum fuisse Taurus Philosophus apud Agellum docuit; Nunc, inquit, videre est philosophos ultra currere, ut doceant, ad fores iuuenum diuitum, &c. Sed euenerat saepe ut illusi adolescentes, nihil boni, plura expensa pecunia discerent: quod esse miserandum ait Gregorius Theologus scribens ad Eustochium Sophistam in hunc modum; Ne iuuenum spesi insidias comparete, qui profecto grauissima iniuria afficiuntur, si literarum studia colentes viuum addiscant, et quidem non auctor, non sine mercede. Simile id effatum M. Tullij in Antonium, Duo millia iugeraum Rhetori assignasti, ut pro tanta mercede nihil sapere disceres. Enim uero quae hoc capite a me alata sunt clarissimorum hominum dicta, eò referenda mihi videntur, ut tantum illam immensam & infinitam habendi sitim avaritiāmque reprehendant: nam licet doctoribus scientiarum humanitatisque magistris sui laboris honestissima præmia consequi, nationum omnium iudicia consentiunt. Qua de re alio huius operis loco est à nobis via & ordine, prout res petebat, expositum,

*Agell. l. 6. c. 10.*

*S. Gregor.  
ep. 56.*

*Cic. 2. Philip.*

*Quantam mercedem peterent ab auditoribus Sophiste. Varia illa fuit, μέρειαι, χρήματα, &c. Vnde orta varietas. Schole adiutoria & discordanteria. Merces vulgo semel data: non nunquam pro singulis lectionibus, que legimus & emulandi ostendimus, sine oportetis. Ostentatio Sophistica, & rauca iuris locutio nō auctoritatem. Quorumdam in discipulos tenuiores benignitas. Suidas, Plutarchus alisque emendati, illustrati.*

## C A P. IV.

**R** A N D E M fuisse mercedem à Rhetoribus Sophisque petitam in erudienda iuuentute, magni autores sunt qui significant. In primis D. Augustinus qui antiquitatem omnem norat usumque scholarum; *Hæc, inquit, omnia quando à magistris docentur, pro magno habentur, magno pretio emuntur, magna iactatione venduntur. Breuissimè, sed luculentè plane Sophisticum morem illuminauit.* Ausonius de Exuperio Tholosano Rhetore:

— pueros grandi mercede docendi

*Formasti Rhetor.*

Philostratus de Gorgia Polum Agrigentinum Philostr. in iuuenem ditissimum imbuente, Οφιστὴς Σεργεῖος Pol. πολλῶν ὡς φασι χημάτων, magna vi pecuniae illum in declamando instituit.

D. August. I. 4.  
de doctr.  
Christ. c. 7.

Auson. de  
Professor.

Quanta verò fuerit illa merces quam à discipulis suis peterent, quærebam. Sed profecto dici uno verbo nō potest, cùm non una ab omnibus exigeretur: cuius varietatistres animaduerto suisse causas. Mutabat enim mercedis rationem, tum docentis nomen clarissimo rumore dissipatum, & quæsita eruditione autoritas, tum varietas & magnitudo earum rerum quæ docerentur, tum denique audientium conditio. Itaque in scholis, cùm vulgo omnes ad pendendam pecuniam adigerentur, tamen diuites & patrimonii opulentos plura dedisse fere constat. Sanè id clare de Scopeliano Philostratus; *Declamationes quæstu agitauit: οἱ μαθηταὶ τοῦ διῆστρου, καὶ τῶν ἐργασοῦ ὅικου εἰχεῖ, αλις αιαμέρην προκαταβάτην πάντας συντελεῖται.* alijs verò *διδασκούμενας* scholas exhibebant. Qui utramque genus doceerent, ampliorem sanè mercedem petebant. Id in Sophista Lolliano patet, de quo sic in eius vita: *μαθηταὶ οὐαὶ τοῦ εὐεργέτεω, ταῖς οὐωνοῖς ἀπομείναντες πάντοι, ἀμάτει διδασκούμενας παρέχοντες.* quæ Ant. Bonfinius ita vertit; *mercedes generosas petebat, cùm congressus non declamatorios tantum, sed etiam præceptorios exhiberet.*

Mineralam-  
phissimum  
μινερα.

Atque ut aliquid dicamus in hoc genere exquisitius, amplissimam mercedem reperio vulgo à veteribus Sophistis petitam, fuisse

decem millium drachmarum, sive centum minarum Atticarum: cuius rei non leuiter pressa reperiuntur veltigia in doctorum hominum monumentis. De Protagora Quintilianus: *A Pro- Fab. l.3.c.1.*  
 tagora decem millibus denariorū didicisse artem quam edidit Euathlus dicitur: quod idem ponitur ab Agellio lib. 5. De eodem Laertius: Protagoras *Agell. l.5.c.10.*  
~~τρισκελέας μηδὲν οὐτε τριπάντας μηδὲν εἴκατον.~~ vbi centum *Laert. p. 663.*  
 minæ sunt decem millia denariorum, sive, ut loquuntur Græci, drachmarum. Eandem summam petijt à discipulis suis Gorgias, de quo Diodorus Siculus ita refert; *Tantum in Sophistica Diodor. l.12.*  
 excelluit, ὡς μαδὸν λαμβάνει τοῦτο μαθητῶν μηδὲν εἴκατον. Suidas de eodem Gorgia, Cepit à singulis discipulis μηδὲν, minas centum: vertit male Interpres, *nonaginta.* Consimile planè δίδαχεν notat Plato: Pythagorus, inquit, & Callias Zenonem au- *Plato Alcibi-*  
 dierunt, uterque εἴκατον μηδὲ πλέοντες, centum minas *biad. 1.*  
 Zenoni dedit. Par summa in Plutarcho de Isao memorāte, quem ait Demosthenem instituisse *Plutarch. in*  
~~ὅτι σπαχμᾶς μωεῖας,~~ *Isaq.* quod diceret Fabius de-  
 cem millibus denariorum.

Cum calentia Rhetorum illa studia defer-  
 buissent, quæ gloriōsi primi illi Sophistæ sum- *XIV.*  
 ma eruditionis & eloquentiæ laude incende-  
 rant, meritò illa merces grandior visa. Im-  
 minuta igitur fuit, cœperuntque petere mille  
 drachmas, sive Atticas minas decem. Hoc miner-  
 ual colligebat Isocrates, quem Plutarchus disci- *Idem i-*  
 pulis ait solitum suis dicere, ὡς αὐτὸς μὴ δίκαιος *crat.*  
~~μωεῖας διδόσοι, &c.~~ se docere quidem decem minarum  
 mercede, sed ei qui ipsum audacem & vocalem docen-  
 do redderet, daturum se δεκαυγχνίας, minarum decem

millia; malè Interpres ponit, duodecim millia. Nec minori docuisse pretio, Demosthenis factum & honestissimi studij contentio significat. Qui cùm arderet facundiæ cupiditate, ad Isocratem tunc eo artificio præstâtem accessit, orans humanissimè, ut quoniam  $\chi\nu\alpha\zeta$ , id est mille drachmas [tanti enim ille docebat] dare non posset, ducentas acciperet, & quintam artificij sui partem doceret: tum Isocrates; Nos, inquit, non in frusta tribuimus artem, sed eorum more qui bonos pisces totos vendunt agimus. Commune id fuisse docentium pretium ex quodam loco

Plutarch. in  
Io. orat.

Plutarchi licet colligere in Lycurgi oratoris vita: quem cùm argueret quispiam quòd mercudem Sophistis penderet, respondit, si quis promitteret se filios ipsi meliores redditurn, ei se non  $\chi\nu\alpha\zeta$ , mille drachmas, sed dimidium bòtorum tuorum daturum. Est etiam quidam in libro  $\tau\omega\delta\pi\mu\sigma\alpha\lambda\omega\gamma$ . quod illud ipsum comprobat. Ad Aristippum paterfamilias quidam accessit, & sciscitatus est quantum mercedis pro filij sui institutione posceret:  $\chi\nu\alpha\zeta$ ,  $\epsilon\omega\eta$ ,  $\delta\rho\alpha\chi\nu\alpha\zeta$ . Mille denarios, respondit. Exclamat ille, Hercules, ut valde nimium exigis, cùm possim mille denarijs serum emere. Fortè non ille solus fuit qui tantam vim pecuniaæ nollet Sophis & Sophistis pendere, quæ luculentior aliquanto videatur, quam ut in mediocrem familiam possit cadere.

Quinque mi-  
næ.  
Isocr. xxi. 100-  
q[ui]s.

Et quidem à plerisque id mineral di-  
midio sicut imminutum, qui tantum quinque  
minas, seu drachmas quingentas peterent. Isocra-  
tes in Sophistas inuestus, Pollicentur, inquit,

adolescentibus felicitatem, nūcātē nūc pūdē  
vāp nūcātē dīcūnē, quatuor aut quinque minas pro  
mercede petentes. Sic Euenus Parius è veteribus *Plato in Apo-*  
*Sophistis* vñus īdīdātē nūc pūdē, quinque minus log.  
docebat, vt ait in *Apologia Socrates*. Tandem  
reperti sunt qui minam modò vnam, vel quod  
idem est, drachmas centum poscerent. Philostra-  
tus de præceptore suo Proclo Naucratite So- *Philostr. l.2. de*  
*Soph.*  
phiſta loquens, Institutum, inquit, declama-  
tionis huic viro peculiare, ita se habuit: *εκεῖν*  
*σπαχμαὶ ἄναξ νατελογόνη ἀλλὰ ἀρπαῖς τὸν αἰτιονον,*  
*ei qui centum drachmas semel soluisset, semper au-*  
*dire licebat.*

Aīque ex his colligi duo quædam posse vi-  
dentur: primum est, quasdam fuisse ætates, in  
quibus par omnium propè merces in docendo  
notaretur, putā μέσαι, vel χίμαι, &c. Alterum,  
eam tamen neque lege neque hominum con-  
fessione definitam, sed incertam videri. Nam  
quo tempore primi illi Sophisticæ protemi-  
natores decem millia drachmarum capiebant,  
Euenus Parius drachmis tantum quingentis  
scholas habebat. Philostrati quoque tempesta-  
te cùm Proclus drachmas centum posceret,  
Damianus Ephesius cùm esset domestico pa-  
trrimonio diues, Adrianum & Antistidem illo  
æuo clarissimos in docendo Sophistas *ēm pū-*  
*eiās ἀρπαῖς*, decem millibus deniorum au-  
diuit, cùm diceret esse multo suauius ad eas  
delicias, quām in pulchros & pulchras, vt ple-  
riique faciunt, pecunias erogare.

Quin & talentum Sophistarum fuisse mi- *Talentum.*  
nerual comperio. Sanè Timotheus Athenien-

*Plutar. in 10.  
Orat.  
Aristoph. in  
Nub.*

sic talentum Isocrati doctori suo dedit, ut au-  
tor est Plutarchus. Aristophanes cum res eas  
memorauisset, quas docerent Sophistæ, sub-  
iungit;

*Καὶ μὲν ταλάντου πῦτ' ἔμαθεν Υπέρβολος.*

Sic Aristippo qui, ut paulò ante videbamus,  
*χλίας* petebat, vulgo talentum dedere: sic enim  
*Athenaeus 1.12.* Alexis Comicus apud Athenæum afferit,

*Τούτῳ τέλαντον δοὺς μαγνῆς γίνεται.*

Longè minor fuit docentium Rhetorum  
merces apud Latinos: *sestertia* ut plurimum duo  
ponit Iuuenalis, hoc est paulo plus quam au-  
reos nostros quadraginta; sic enim ille Vates:

*Iuuenal. Sat. 7.*

*Hos inter sumtus sestertia Quintiliano,  
Ut multum, duo sufficient: res nulla minoris  
Constatib[us] patri quam filius.*

Neque tamen certam fuisse mercedem idem  
poëta significat, qui cum Rhetore paciscen-  
tes inducit.

*Quantumvis stipulare & protinus accipe, quid do,  
Ut toties illum pater audiat. hæc alij sex  
Aut plures uno conclamat ore Sophistæ.*

Hactenus de pretio diximus quod semel pen-  
deretur: nam interdum pro singulis scholis  
& declamationibus pecuniam corrogabant  
Sophistæ, quas ideò vocabant *εργατὰς ακροάσεων*,  
quod auditores singuli darent symbolam, ut  
adesse possent. Hinc dicti *επιδιέξεις εργασίων*  
*ποιεῖσθαι*, qua de re tertio libro dictum est à no-  
bis uberioris. Nobilis in hoc genere fuit Prodi-  
ci declamatio, quam vocabant *επιδιέξιν πεντηκοντάρχων*,  
quod ad eam audiendam admitte-  
rentur, qui drachmas omnino quinquaginta

*Εργαταὶ α-  
κροάσεων.*

*Επιδιέξεις ερ-  
γασίων.*

*Aristot. l. 3.  
Rhet.*

perfoluerent, quæ summam haud exiguum pecuniæ conficiunt. Sic verò suas omnes scho- Ambitioſa las atque disputationes estimasse videtur glo- auaritia. riosi tumidique Sophistæ, ut cuique pretium veluti suum constituerent. Si quid dicerent, quod esset tralatitium & commune, neque fidem & opinionem superaret, id deprimebat; tum iactabant illud peruulgatum, ἐπὶ τὸν τῷ αἰσχρῷ οὐαλόν, Pro hac lectione nihil magnopere à quoquam peto, ut notauit eruditus Scholiaſtes Aristophanis. Sed hoc ambitioso- Scholiaſt. Ar- rum fuit, qui sordes auaritiæ specie quadam <sup>Aristoph.</sup> in magnificenſiæ obtegebant: vulgus enim So- Nub. phistarum etiam lucra minima captabat, ut disertè ait Philo Iudæorum omnium elegan- Philo de Gi- tissimus: Nonne, inquit, in propatulo sunt probragantib. pag. iforum, qui ſe vocant sapientes, dum ſapientiam vili pretio tanquam ſub hasta in foro venditant, nunc præſenti lucro exquo, nunc blanditijs ſuauiloquis, nunc pollicitationibus quoquis ſomno vanioribus?

Nonnulli tamen auditorum ſuorum ratio- nem habebant, ut à tenuioris fortunæ adoles- centibus parum aut nihil poſcerent. Isocrates à nullo cine mercedem repetiſt, ait Plutarchus: me- Plutarch. in diocrem intellige & obſcura familia natum; nam talentum à Timotheo accepiffe, paulò antè videbamus. Sophista Lollianus in anno- Philoſtr. de viſ. næ caritate τὸν μεծὸν τῆς ἀκροάσιος ſuis auditori- Sophia bus remiſit, ut in eius vita prodiſtur. De So- phista quoque Damiano ita Philoſtratus me- minit; οἷς γέ τὸν αἴσθοιτο ἔπομενται ἐξ ἀδροῖς & ἐγράψη- ἀκοταῖς, ἀφίσ τούτοις τὸν μεծὸν τῆς ἀκροάσιος. Quos pauperes εἰς ab uitimis gentibus profectos eſſe cogno-

rat, ijs auscultationis mercedem dimisit, ne pecunij*s* destituti laterent. Sed non omnium ista fuit benignitas, verum eorum tantum, quos humana*tas* animi moderationem docuisset.

*A*ly quidam modi quibus pecuniam conficiebant Sophist*e*, & auariti*e* sordes expoununtur. Acromitis data pecunia. Calendari*e* strena & saturnalia sportula. Eumenio rōpi. Fæneratores Sophist*e*. Pactio de mercede cum syngrapha. Eorum in probandis nummis a*rgo*nua. Docendo opulent*i* facti. Rhetorice villa Heraclidis.

## C A P. V.

**P**RÆTER illam consuetam scho-  
larum mercedem, aliæ quædam  
pecuni*e* Sophistis numerabantur,  
in quibus, non minus quam  
in mercede, repetendis, au-  
ariti*e* s*æ*pe suæ magnitudinem  
sordesque prodebat: qua de re breuiter quo-  
que in hoc loco est dicendum. In primis qui  
*Acromitis da-* Athenis inter legitimos Scholasticos accense-  
bant, & pallium Sophisticum accipiebant,  
quod aditis publicis balneis & quasi mystica  
expiatione fieri consueisse grauissimi scripto-  
res testantur, magnam pecuni*e* vim in eos  
conferre solebant, qui inter Sophistas princi-

patum obtinerent. Id paucis Olympiodorus *Olympiodor.*  
expressit; Exinde cum pallio è balneo egreditur ho- *apud Photium.*  
norifica stipatus pompa, *διανυας θηριος φωριας εις*  
*της διατελεων αεγσαντης της λεγεθροις Δικαιουης,* de-  
cretis luculentis sumptibus in scholarum antistites, qui  
dicuntur *Acromiae.*

Calendis etiam munera ad Sophistas mitte- *Calendariæ*  
bantur à discipulis: quod video à Libanio no- *strenæ.*  
ratum in Calendarum descriptione. Funditur, *Saturnalitia*  
inquit, alijs aurum undequaque, quando hi quidem *sportula.*  
Patronos imitantur, alijs verò simul & semel largiun-  
tur: è quorum etiam numero sunt qui sapientiæ stu-  
dio dant operam, siquidem statuunt tunc temporis  
mercedem huiusmodi in festi gratiam. D. Hierony- *S. Hieron. in c.*  
mus in epist. ad Ephes. eruditè; Pecuniam in *6. ep. ad Ephes.*  
Calendariam strenam & Saturnalitiam sportulam, &  
mineruale munus Grammaticus & Orator accipit.

Adolescentes præterea in digressu à schola  
Sophistarum, & pecunias dabant, & agebant  
gratias. Quò videtur alludere Plato cùm ita *Plato in Cra-*  
loquitur: *Ab his qui sciunt hæc perquire, oblatis tyl.*  
*pecunijs & gratijs insuper actis.* Hi verò sophistæ  
sunt, quibus frater tuus Callias multis erogatis pecu-  
nijs sapiens euafisse videtur. Et quidem cùm ali-  
quandiu scholam celebrauissent, & redeun-  
dum in patriam videretur, habitas fuisse ab  
adolescentibus orationes, quibus Doctori age-  
rentur gratiæ, locupletissimi sunt qui testen-  
tur. D. Gregorius Nazianzenus in omni eru- *S. Greg. Naz.*  
ditione limatus vocat *Εἰπιθειος νόμοις*, cùm ait *or. 20.*  
illo die quo magnus Basilius iam doctrinis fa-*Εἰπιθειοι νό-*  
taturatus Athenas reliquit, fuisse factos *Εἰπιθειοι* *29<sup>o</sup>.*  
*αιρετικοις, αιτινοις, οιησοις, &c.* Sanctus

ipse Basilius lib. de Spirit. Sanct. ad hunc modum allusit, cum ait Athenogenem virum pio & fortissimo animo praeditum, cum ad mortem Dei causa raperetur, reliquise discipulis suis hymnum, ὥστε πάλιον θείαν, ut aliquod aliud valedictionis genus diuiniorēmque orationem. Sic Gregorium mirabilem rerum effectorem, qui postea Neocæsareæ fuit Antistes, cum Origenis scholam relinquiceret, eximiam habuisse orationem ferunt, ubi inter cetera doctus & humanissimus adolescens gratias Numini egit maximas, quod eius beneficio atque munere, tantum tamque in omnem partem diuinum magistrum habere licuisset.

Fuerunt & alij modi amplificandæ pecunia, quos nostri illi Rhētores atque Sophi auctorabantur. Cleodemus ita quosdam recenset apud Lucianum: *Nihil aliud spectatis quam ut ipsi plurimum pecunia possideatis, atque ob eam causam, αὐφι ποιῶσις αἱ ἔχει, & δαρεῖσθαι, &c. Semper apud diuites hæretis, faeneratis atque usuris incumbitis, & mercede docetis.* Lycon Peripateticus modum quendam alium colligendarum opum excogitauerat. Nam in schola magistratum quendam instituit, quem nominabat μονοῦντος, qui opiparas cœnas institueret & sacrificia. Ad sumptus autem faciendos, & symbola ab omnibus auditoribus colligebatur, & is fiebat ἀπόγονος, qui locuples & amplius esset patrimonio diues aut nobilis. Et si forte præterea quispiam è numero adulorum visenda scholæ gratia accederet, ille quoque in eam rem symbolam suam dabant, ut est apud Athenæum.

*Lucian. in  
Conniu.*

*Athen. l. 12.*

Iana

Iam verò in mercede pecuniisque repetendis, multa siebant ab illis Doctoribus fœda, & ab animo liberali, humano, ingenuo penitus aliena, quæ verecundus quilibet atque sapiens repudiet. Scripto in primis atque syngrapha de argento recipiendo & docendi mercede sibi cauebant. Hinc illa Plutarchi, Quoniam modo aut sapiens vel pecuniae erit contemptor, Stoic. repugnat. οὐκέπολις εἰς αργυρίῳ τὸν αρετὸν ἀδιδου, &c. qui confecta syngrapha pro argento virtutem tradat, & ut non tradiderit, tamen mercedulam exigat, vel cui damnum inferri nequeat, qui cautione viatur ne mercedula defraudetur, &c. Huiusmodi multa eneniebant in obeunda pactione de pretio, quæ declarent, animos Sophistarum lucris inhiantes, cupiditatibus inflammatos, & in avarum nimium imminentes fuisse. Itaque Apol. Philostr. l. 2. de Ioniis Sophista Naucratites laudatur, & βαρύς vit. Soph. μάρτυς συμβιώσι, quod nunquam de mercede pacienda grauis molestusque fuerit, ut est in eius vita.

Sed illud planè fœdissimum in accipienda mercede, quod immanni terrore verborum solerent μεταρρέοντες της σαμεγρές ἐνθν καὶ ἐντερ, μὴ παρεῖσαι της ἐρετεῖς, &c. stateres in hanc & illam Themist. or. 2. partem saepius vertere atque diligenter explorare sine fine adulterini atque iniusti ponderis, ut memini scribere Themistium. Qui etiam paulo post addit, discipulos nonnunquam fuisse ab illis inhumane tractatos, ὅπερι περισσὸν τῆς τρομουσας, propterea quod numen sordidum aliquid inerat. Theophrast. in phrastus id inter signa τῆς αἰγαμιας ponit: αργυρές Charact. δὲ ωρές της λαζαρίας αποφραγμάτων, τις τόπος λαζαρίας Εὐρώπης.

$\chi \epsilon \pi \rho \sigma \alpha \mu \alpha \delta i \gamma \alpha \tau \delta \omega$ , argentum quod ab aliquo acceperit, quasi tenue aut nimis asperum solet reūcere, aut ut alio id sibi mutetur postulare. Hoc fortasse

Philostr. l. 2. de aut similia intelligebat Philostratus, cūm multos reperiri ait sapientes (philosophos & Sophistas intelligit) τοντα καὶ αὐθιδύνεται τρόπῳ γενιάτων οὐδεξαται, qui multa pecuniæ gratia ab ingenuo liberōque homine aliena fecerunt. Imò etiam, ut monuit Themistius, crudelitatem ex promebat suam in eos adolescētes, qui propter inopiam aut parentum solitudinem, non possebant totam mercedem persoluere. Quanto honestius agebat olim moderatiusque Protagoras, qui de sua consuetudine in Platonis Dialogo ita prædicat: *Exactionis autem meæ hæc est conditio: postquam aliquis à me didicit, si vult ille quidem, retribuit quantum exigo argentum. Sin minus, ingressus in templum iureiurando conceptio astimat quanta mercede digna sibi mea documenta videantur, tantumque exponit.*

Immanes  
opæ & lucra  
Sophistarum.

Ex hac tanta cupidorum hominum diligentia, non mirum est, si plurimi ad magnas opes & rerum omnium affluentiam peruenient; quam ad rem principes illi antiquissimique Sophistæ viam munierant, quos incredibiliter fortunis auctos & locupletatos volunt.

Athen. l. 3.

Athenæi locus maximè huic facit. Non frustra sane, inquit, discipulos habet innumeros admirādus Blepsias, aut diuitias sibi paravit tantas ex hac præclara sapientia, ut opibus Gorgiam ac Protagoram superet: Hippias χείματα πλεῖστα ἀξέχει, ait Philostratus. Isocrates αργύρειον ὅτοι σάτις σοφιστῶν ὀμόρφους, argentum quantum nemo

Plutarch. in  
10. Oraf.

alius *Sophistarum confecit*, autore Plutarcho. In omnibus propè æstatibus huiusmodi reperiuntur docédi artificio bonis ad inuidiam circumfluentes. Acusilaus cùm Athenis & Romæ eloquentiam docuisset, ingentibus copijs locupletatus, Atheniensibus moriens reliquit centum millia drachmarū ex usuris. Sophista Heraclides prædium emit suburbanum Smyrnæ, sex millium aureorum pretio ἐν τῷ ἀκροπόλεω, ut eius virtæ autor loquitur, quos è scholis declamationibusque suis collegerat: & ad æternam memoriam artificij, eam ipsam villam nominauit *Rhetorice*, *Rhetoricen*. Itaque Lucianus comica libertate Atticóque μωρῆι pungens Philosophos atque Sophistas, quos videbat auro superbos, latifundijs & supellestile glriosos, nomina excoigitat, quibus eorum auaritiam notet. Non multum, inquit, aberrabis, si εἰς τὸν θησαυρὸν λύγιστος εἴσῃ κτηματά, ab immanni cupiditate εἰς possidendi desiderio eos vocaueris, κτημάτας, οὐ κτητικούς, οὐ κτητικέας, οὐ δικτυάς, οὐ πολυκτήτους, vel Posidonios, aut Posidippos, aut Posicleos, aut Posifundos, aut Posidoros. Quæ si quis apud se reputet, propter modum verum opinabitur, quod est dictum à Chrysippo, esse trés modos rei augendæ & amplificandæ, trésque fontes vnde maximè diuitiæ hauriti possent, è regno, ex amicis, ex arte *Sophistica*: quod Plutarchus vir sapiens & consideratus improbat.

*De crudelitate Sophistarum in extorquenda  
à discipulis pecunia, quos eo nomine varie  
excruciantur. Castigandorum adolescen-  
tium modi. Απομυτωνίζει. πατίζει. Solea casti-  
gati pusiones. Scutica, Bupōin, taurea. Ea  
ex anguilla, vel canino aut bubulo corio.  
Leuis ferula cur dolorem infligit magnum.  
Qualis ferulae verberatio. Pueri olim casti-  
gati ampelopraso, porri scapo & caule, myr-  
zo, maluae folijs, palma, &c. Varj scripto-  
res quā emendati, quā illustrati.*

## C A P. VI.

**M**A C N A fuit Sophistarum quo-  
rundam acerbitas immanitasque  
naturæ, in pecunia à discipulis  
repetenda: quos mercedem ex  
animi sui sententia non soluen-  
tes inusitatis modis cruciabant, & tantum non  
fidiculis atque equuleo torquebant. Rem ha-  
bemus in veterum monumentis expressam  
hanc dubia clarorum hominum significatio-  
ne, in cæque liquidiùs explicanda paululum  
nobis immorandum erit, tum quod ed nos in-  
choata ferat disputatio, tum quod mihi est  
animus, ex occasione modos hinc attingere,  
quibus modis studiosa olim iuuentus plecti in-

scholis consuenerit. Quod fieri meo iudicio non potest, quin plurimi variorum autorum loci illustrentur.

Dico igitur adolescentes qui soluendo non Illustratur essent, aut qui pactam nollent pecuniam reddere, à mercenarijs Philosophis & Rhetoribus, quos, ut aliás dixi, communī vno nomine dicunt Sophistas, raptatos miserandum in modum fuisse, verberatos, exquisitis supplicijs affectos: quæ res inflammatam eorum hominum cupiditatem & habendi sitim, aurique sacram famem in omnium luce ponebat. Duo mihi in eo probando assidui erunt testes, Lucian. in cianus atque Themistius: quorum prior ita Hermetius. loquitur, agens de Philosopho qui Dionem auditorem suum contumeliosissimè durissime que habuerat, επὶ τὸν μισθὸν μὴ ἀπεδίδοντες καὶ οὐκ αἴροντες, &c. Cum fortasse non reddidisset illi mercedem in tempore, ad Prætorem paulò ante rapuit miserum, pallio eius collo iniecto vociferans & excandescens admodum, et nisi è familiaribus quidam è manibus furiosi adolescentem eripuissent, periculum erat, ne nares misero mordicus auellisset senex, adeò impotenter debacchabatur incensus iracundia. Addit eundem semper durum & implacabilem esse cōsueuisse, si quis non in tempore pactam mercedem enumeraret. Apud eundem alio quodam loco Cleodemus cum antisophiste contendens, Ne. in Consid. que drachmis quaternis, inquit, fænero, γένεται χωρὶς μαζητὰς λόγῳ μὴ καρπὸν διαδῶν μὲν μαζητὸν, nec præstricta gula discipulos meos præfoco, nisi in tempore mercedem persoluerint.

*Themist. or. 1.* Themistius autem πραγμάτων longè memora-  
*p. 17.* rat: nam oratione quidem prima ait Sophistas  
 μειούσια ξυπνητικά: & respicere eis παθήσαις οὐ  
*Idem pag. 37.* iuxta, ad paxillos & lora. Et longè post in ead.  
*& 38.* orat, παδεῖα δυσκόλη περιπολίσιν, ταῦτα πενίας οὐ  
 ὄφασις ξεπορθμένη τὸ μέσον, infelices pueros palis  
 alligare, qui præ inopia & orbitate mercedem soluere  
 nequeunt: & in eam rem adhibere πυνθανεῖ, lora.  
 Et seq. pag. μειούσια αἰτιῶν καταχρέουσιν οὐ ταῦς  
 βασιοῖς, οὐ ποὺν την περιπολίν, crudeliter  
 adolescentes torquere in tormentis, propterea quod  
 nummo folidum aliquid inesse. Themistius idem  
 orat. 4. respondens illi calumniae, qua diceba-  
 tur sibi auditores largitione adiungere, Omni-  
 no, inquit, in egentes discipulos erogare ali-  
 quid multo mihi magnificèius videtur, οὐ πο-  
 λοῦσι τὸ αὐτοῖς δικαιεῖν οὐδὲ αἰσχρούς πο-  
 λευμάς μὴ οὐτε τὸ οὖτας, quam torquere, distendere, præ-  
 focare, ut, quam nequeant mercedem præstare cogan-  
 tur. Hæc omnia sunt, ut cuique perspicuum est,  
 grauissima, πυμποῖσιν, καταχρέουσιν, περιπολίσιν,  
 πολοῦσι, αἰσχροῖς: item παθήσαι, iuxta, πυνθανεῖ, &c.  
 Quæ impotentis animi crudelitatem, & insa-  
 num pecuniaæ augendæ studium & contentio-  
 nem declarant. Et operæ pretium est, ea ut  
 obiter hic expendamus, ne quod nostræ quæ-  
 stionis proprium est, obscurius attigisse potius,  
 quam explicuisse videamur.

*Απονέμενοι*  
*ζητ.*

*Ad Hebr. II.*

Quid igitur est ξυπνητικά; an tympanis  
 & fidiculis tanquam in equuleo extendere?  
 sic enim apud D. Paulum sumitur in epist. ad  
 Hebr. ἀγῶνα ἐπιμεταβολα, doctus Interpres  
 reddit, distenii sunt. Non aliena hæc forte vi-

deatur explicatio; nam si fidiculae quæran-  
tur, nominat iucundas & punitivas, lora, funes, fidicu-  
las: & adiungit alio loco κατεχοδεύειν τὸν βα-  
σταῖς, distendere & vexare in tormentis, quæ pla-  
nè in eum sensum conueniunt. An potius ξπο-  
νητική erit fuste aut bacillis verberare, quod  
sauientium & iratorum fuit proprium? nam  
τύμπανα sunt aliquando βαντμεῖαι. Damascius  
de Sophistis quibusdam loquens qui male *Damasc.* apud  
mulctati fuerant, *Iulianus*, inquit, silentio exce- Phot.  
pit atque patienter, τὰς ποναὶς ἔπι τὴν τάπου εἰς τὴν  
τυμπανῶν πλῆγας, & τῷ πολαῖς ἐπαγέτε βαντμεῖαις,  
tulit multas in tergo plagas tympanis illatas, nam mul-  
tu fusibus cæsus est. Hoc etiam diceret quispiam  
ad verisimilitudinem accedere, quod The-  
mistius conquisitus de industria nominibus,  
eorum hominum crudelitatem ponere ante  
oculos velle videatur. An denique mitius quid-  
piam lubet accipere, ut ξπονητική τὰ μετεξί-  
να, sit adolescentes virga, scutica, ferula ca-  
stigare, mulctare? sic enim sumi eam vocem  
apud sanctum Gregorium Nyssenum virum *s. Greg. Nyss.*  
doctissimum video, qui de pueris dicit ξπο-  
νητικές οὐ τὰ σπύται, scutica verberari. Hæc eius  
verba sunt lib. aduers. eos qui castigat.  
agre ferunt: ἀ δὲ ξπονητικόν τὰ σπύται, εἰ δρα-  
σιεπαι τὴν πληγὴν, εἰδὲ τὰς δέλτοις τὰς διδασκοδέλτο-  
ντειρρήζας ξποφοτά. Puer si verberibus afficiatur,  
plagis contumax non efficitur, neque perfractis tabellis  
a magistro abit, &c.

Et quidem scuticam fuisse in usu apud So- Liban. integrat.  
phistas è Libanio licet intelligere Iulianum

Imperatorem alloquente: Si Sophista, inquit, tu es, & tuorum discipulorum aliquis ignavè & nequiter ageret, num permitteres? nequaquam, àm' ἐνόμενον τὸ οὐκέντιον. vertunt non optimè, At induceretur corium: malim, scuticæ. Luciano dicitur οὐκέντιον: Plutarchus οὐκέντιον μάστιξ, quod in libera corpora adhiberetur. S. Chrysost. in Vulgo iuicæ vocant. D. Chrysostomus in Psal. 8. ὁ τῷ τρόπῳ τοῦ ιουαὶ τὸ πεντάλιον, τὸν μείον αἰθρώματος. iuicæ est lorum, scutica, flagellum. Hinc Ouidius scuticæ habenas dixit, de Hercule puerorum more castigato.

Ouid. in He-  
roid.

Crederis infelix scuticæ tremefactus habenis  
Ante pedes dominæ pertinuisse minas.

Plutarch. an-  
seus ger. resp.

Quam scuticam hîc Ouidius, appellare virgas  
Plutarchus videtur, lib. εἰ μερισθεῖσα παίτενται.  
Istam enim Herculis contumeliam attingens  
sic habet: Nonnulli Herculem ioci causa in-  
eptè pingunt apud Omphalen in veste croco-  
ta sedentem, θυμόντε Δυδοῖς θεοπανίαις πατίζεται.  
vertunt, sèque verberandum ancillis præben-  
tem. Significantiùs opinor fuisset, sèque virginis  
verberandum. Est enim πατίζειν virga vel fustis,  
vnde sit πατίζειν. Hesychius: πατίζειν, πατέσσαι. Et ne quis  
fortè dici à Plutarcho putet, Herculi fuisse  
inflictos colaphos, quod πατίζειν id aliquan-  
do significet: Iustinus Martyr corporis par-  
tem verberatam ponit ob oculos de eodem  
ipso loquens Hercule: οὐτὸν Δυδοῖς γελῶντες καὶ  
γλεψάντες τυπούμενος ἦσσον, à Lyde ridente se in nates  
cædi latabasur.

Iustin. Mart.  
adhort. 2. ad  
Grec.

Quanquam & *patiēn* hoc Plutarchi loco alia  
forte ratione interpretari licet, vt sit *crepida*  
sive *solea castigare*. Nam doctissimus Euangelio-  
rum Interpres Maldonatus, cùm attingit eum *Maldonat.*  
locum Matth. 26. 61. ἐπάντας αὐτῷ, quæ vulgo *Manh.*  
ita redduntur, alij autem palmas in faciem eius de-  
derunt; spectata vi vocis reddi posse ait, *Crepidis*  
eum ceciderunt: quod *patiēc* non modò virgam,  
sed crepidam etiam significet. Peritè: est enim  
disertè apud Hesychium, *patiēc*, *ισωδηματα*. Et  
quidem est in manibus Lucianus, qui de eodem *Lucianus in*  
Hercule, in Deorum Dialogis, vbi Aesculapius *Deor. Dialog.*  
Herculem vituperat, ita clarè, παιόνιον τὸ τῆς  
*Ομφάλης συρδεῖλω*, sandalio ab Omphale cæsum, more  
videlicet puerorum, qui sandalio sive solea  
castigabantur. Idem Lucian. in Philopseud.  
τὴν συρδεῖλω γέχεντα ἐξ ταῦ πομαὶ ωτῶν τὰ παιδία μετεάγ-  
αζονταί εἰναι, siquidem digni sunt, quibus ut puer illus aurea  
solea pulsentur nates, &c. Persius:

— solea puer obiurgaberer rubra.

*Pers. Sat. 5.*

Sed hæc per soleam castigatio minitorum  
modò puerorum fuit propria; grandiores scu-  
tica excipiebantur, vt dicere paulò antè cœpe-  
ram. D. Hieronymus scitè, *Nec tibi ut dicas ferulas* *S. Hieron. ad-*  
*adhiceo*, neque *Athenogeronta meum scutica* *vers. Ruffin.*  
*plagis literas docere contendō*. Theodoreetus de  
prudent. *Apum genus nec doctorum* *&* *discipu-*  
*lorum ordinibus distinctum est*, nec per lora *&* *ferulas*  
*artem didicit*. Vbi duo nominant instrumenta,  
quibus doctores vulgo omnes ad pueros casti-  
gandos vrebantur, scuticam & ferulas. Libanius  
etiam iungit, vocatque *ιματία* sive *ομύνις* &  
*βακτηίας*. Sic enim Chria 2. *Si puer improbus est* *Liban. Chria 2.*

atque officium negligit suum, πάρεστι ιματί, ξένη τε την  
νεων πολλας· φοβερών των στων βακτνειας, αδεσκυτικα,  
impinge tergo crebra vulnera, extimescat ille ferulā &  
virgas tuas. Idem alio loco ait pædagogum semper  
περιοδον, armatum insequi pueros, & βακτνειας  
η σπύτος ει τη δέξιᾳ ταφέρειν, virgam aut scuticam  
dextra præferre.

*De scuticæ  
pœna.*

Et ne forte quis opinetur ea fuisse leuiora, si quando esset opus, alicuius perditæ adolescen-  
tis inusitatam audaciam temeritatēmque ple-  
ctere; Lucianus de se fatetur, scutica cæsum  
τις μόλωπες, hoc est vibices in corpore reti-  
nuisse. Pœnæ quoque liquidiūs intelligetur  
acerbitas, si quid ferulæ scuticæque fuerint

*Scholiast. Iuue-  
nal. in Sat. 6.*

cogitemus. Vetus Scholiastes Iuuenalis scuti-  
cam ait esse lorum latum, corium non confeatum:

Aristophanes generatim vocat βυρσίλιον. Sed non  
è quoconque fiebat corio, verūm è durissimo,  
& ad doloris sensum inutendum opportuno.

Eam in rem canina pellis adhibebatur. Aristophanes in Equit. κυνοκοπήσθαι την τιβινη, tibi dolabo  
terga flagris, hoc est, inquit Interpres Græcus,  
κυνεῖον οε δημοτικόν παῖον. reddit rationem, εἰ τὸ  
τραχύτατον, nam caninum lorum est asperrimum. Fie-  
bat & è corio bubulo: lego apud eundem Comi-

*Idem in Acar-  
nan. act. 3.*

cum in Acarnan. ιματίας ἐν λεπτοῖς, sup. βοῶν,  
quorum δημοτικά ιγνεῖ τοι ait Scholiastes. Hinc  
scutica dicitur Iuuenali taurea. Nonnunquam  
ex anguillæ fiebant corio: in Isidori Gloss. An-  
guilla est qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo  
scutica dicitur. Ea quidem manus verberantur,  
vt constat è Plutarcho, vbi agit de Lupercis  
qui ferebant scuticas: Nobiles, inquit, fæminæ

*Iuuenal. Sat. 6.*

*Aristoph. in  
Equit. act. 2.*

ταῦταις ὁ τεῖχος τὸν ξύρε τὴν πληγῆς, manus Plutarch. in  
scutica ferientibus, ut in ludo literario præbent. Sed Cesar.  
non manus modò, verùm etiam tergum pue-  
rorum eadem aliquando lacerabatur, vt addu-  
cta superiùs loca significant. Demus igitur vel  
anguillam, vel lorum illud latum & τραχύτατον  
in manus Sophistis, qui insana opum cupiditi-  
tate pecunias à discipulis repeatant igneo quo-  
dam ardore succensi: an non satis magna videa-  
tur esse acerbitas, quam Themistius grauissi-  
mis illis verbis expresserit, μείζωνα διπλωματικήν;

Deferula idem etiam dici potest, rem per se Deferula.

leuissimam, tamen acerbum doloris sensum generare potuisse. Vedit hoc Aristoteles qui in Problematis quærit, cur iectus ferulæ vehemen-  
tiorem doloris sensum efficiat, quām rerum duriorum. Respondet autem id fieri, quod in

Arist. sect. 9.  
probl. c. 8.

iectu ferulæ στραστα γινεται η πληγή, semper geminæ percussiones contingant. Itaque ad ipsos quoque homines verberandos assiduebatur, vt ostendit Philostr. in vit. Apoll. l. 8. c. 2. Idem l. 1. de vit. Soph. Apollonius Tyaneus apud Philostrat. l. 8. & in vit. Sophist. Gorgiæ dictum satis significat, qui reprimens Chærephontis hominis impuden-  
tissimi temeritatem, proposita quæstione in so-  
lestantis, οὐδὲ ἔπιν γῆ τοὺς ραφήκας οὐδὲ τοὺς τείχους φύει,  
Scio, inquit, terram in tales homines edere ferulas. In scholis autem frequens eorum usus: & pœnam intulisse grauem & acerbam, clara illustrium hominum testimonia produnt. Tristes ferulæ Martial. dicuntur poetæ, quod aletum adolescentibus dolorēmque cierent. Iis utentem Orbilium Grammaticum vocat D. Hieronymus sauen- S. Hieron. Apol. tem. Memini, inquit, me ad Orbilium sauen- in Ruffin.

Horat.

tem de auiæ sinu tractum esse captiuum. Et alterum cognominem Orbilium Horatius eandem ob causam *plagosum* nominauit. Porro cùm ferulas dico, virgas quoque volo intelligi, quarum oadē pœna fuit aut certè simillima: communiter etiam Græci *raptus*, *pælos*, *barmecis*, *nuptas* in huiusmodi animaduersionibus declarandis adhibent. Et quidem ferulae & virgæ sæpe in doctorum monumentis iunguntur. D. Augustinus contra Faustum Manich. *Miranda hæc* & omnino diuina eloquentia, & neminem Grammaticum aut Rhetorem audierunt, nec inter lacrymas ferularum atque virgarum ista dicserunt. Ipsæ lacrymæ supplicij grauitatem indicant, ut non male sensisse poeta videatur, qui Achillem etiam grandiorē factū doctoris tamen sui virgam exhortuisse canit:

Innenal. Sat. 7.

— metuens virgæ iam grandis Achilles.

Fulgent. prefat. Sanè tumidas ferulis manus fieri consueuisse, testis optimus rem expertus ait Fulgentius; l. i. Mythol. *Scholaribus rudimentis tumidas ferulis gestaueram palmas*. Itaque iam pœnæ securus & gaudens opinor id poeta, & ab illo sumentes alij iactarunt: *Ei nos ferula manum subduximus.*

Apuleius l. 9.  
Metamorph.

Aliæ etiam corporis partes ijsdem pulsabantur. Apuleius in Asin. *Altissimè sublatio puero, ferulæ nates eius obuerberans, Tu autem, inquit, &c.*

Aristoph. in  
Ran.

Leuior tamen antiquissimis temporibus puerorum fuit castigatio, cùm pro virgis atque ferula, ad eos feriendos adhiberetur, aut allium, aut porrum & ampeloprasus. Cuius moris meminit Aristophanes, *Onnia, inquit, suppicia exprome,* — *τιλιον θερίων*

Mν ποτε τῶν, μαδὲ γινέτω τέω.

hoc est, solummodo porro ne hunc feri aut recenti  
gethio. Quem in locum Græcus Scholiast. οἱ  
ἡλίσποι τε τύποι εἰδέποτε φέροντες & συρόσθιες, pueri  
olim ingenui porrnis alliisque verberabantur. Et paulò  
post, τις ἡλίσποις πάντας τῷ ὀκχαλίνῳ τῷ φερόντοις,  
ηὐτείω. Etiam verisimile est myrto aut

malua cælos fuisse; cuius rei coniecturam capio  
ex Luciano, qui scribens aduersus Indoetum,

*Lucian. φεγγός*

*Muse*, inquit, *te non ferrent, ἀλλὰ μαρρίνη ἦν, οὐ καὶ απαίδευτη.*

*μαλάχις φύλαις ματιρύουσα ἀπίλαχας, sed potius myrto*

*cæsum vel folijs maluæ ē sua sede eūcerent. Nonnun-*

*quam verò palma tantum pulsabantur. S. Pe-*

*S. Petri Chrysost.*

*trus Chrysologus, Palmæ parvularū sunt verbera, ser. 38.*

*non virorum. Per palmas omnino manus intel-*

*ligit, non palmeas virgas, quæ longè acerbissi-*

*mum doloris sensum inferebant, & lontibus*

*castigandis adhibebantur. S. Athanasius cùm S. Athan. ep. ad*

*de furore Arrianorum disputat, Virgines, inquit, solitar.*

*quas ante a flammis admouerant, ἔτω κόφαντες πληγαῖς*

*τὰς διπλοὺς φονικοὺς ράβδους, &c., &c. ita palmarum flagellis*

*verberauerant, ut quinto die aliæ perirent, aliæ sub*

*Chirurgorum manibus ob stimulos palmarum corpori-*

*bis impactos, grauiores morte dolores paterentur.*

*Amplius de adolescentium castigatione dictum. Ærumnæ olim puerorum in studijs. Παιδία cur disciplina dicta. Potestas Praeceptorum in discipulos. Προστατεύειν pueros apud Themistium, & κατηχοπδεύειν εἰ τῷ βασιλίᾳ. Ad palum deligari & verberari. Voluntaria Sophorum supplicia. Paxillus cur in os injectus. Φιμος. Epigrus. Fune, ferro, ligno, spongia, panniculis os damnatis obturatum.*

## C A P. VII.

væ de Scutica, virgis, ferula, sunt à nobis paulò antè explicata, si quis ad Themistianum dictum referat, cùm ait Sophistas ἐμπναντίζειν τὰ μυστήρια, à vero, meo quidem iudicio, haud longè discedet. Quæ verò Themistius idem adiungit, multo sunt grauissima, προστατεύειν τὰ μυστήρια, κατηχοπδεύειν εἰ βασιλίῳ, σπεῖροι, κατατίνειν, ἀγένει. Hæc omnia oratorio mihi more per amplificationem dicta videbantur, quod Sophistas in extorquendis pecunijs acres & excitatos, pares propè faciat cum crudelibus immanissimisque tyrannis, qui virtute præstantes omni supplicio excruciatos necabant. Ita illi studiosos literatum adolescentes palis alligare soliti sint, lacerare in tormentis, in rota, in catasta, in equuleo fidiculis disten-

dere, quod pecuniam pendere nequeant aut nolint.

Scio tamen non apud Sophistas modo, verum etiam apud omnes literatum doctores, pueros olim ingenuos magna interdum fuisse acerbitate castigatos. Xenophon in primis lacrymatu flumine, quas multas ipsi adolescentes fundat, quasi allabi in teneros animos scientias putat oportere. Est enim hoc illius aetraama in Cyropæd. κανιασ διδασκοντο παισι αγαπε μαθηματα πνευματα, sicut preceptores animis puerorum disciplinas honestas student imprimere. Paria scribit magni Basilij frater de puerlo quens: τη διγνωση πικρον S. Greg. Nyss. de θησαλης το δικρυον, εχεται την μαθηματων, suo dolori castig. amaras instillans lacrymas disciplinis adhaerescit. Praeceptores, ait magnus Chrysostomus, τε παιδια S. Chrys. homil. φοβον & πονον γε διδακρυρδα τερες τις ματερες οδηγημονι, pueros terrent & verberant, & lacrymantes ad matres remittunt. Petrus Chrysologus sanè S. Petrus Chrys. eleganter: Ut apices literarum cognosceres, addictus solog. ser. 101. magistro, scholis affixus, totus patiens laboris & paenæ. Theodoretus in Genesim, Pueri tum terricula- Theodoret. mentis, tum etiam loris & virgis indigent. S. Grego- q. 18. ri Nyssenus: iuuenes σφροστηρας παιδαγωγοι τους μαστιγια, acerbioribus castigari flagellis consueuisse prodit. Hinc puerorum dura rudimenta apud Ausonium in Idyllo de vit. human. & tanto Auson. de vit. hum. antè Plato asseruerat, adolescentulis κακον απετειας, malorum iliadem esse tolerandam, & inter Plato in alia ponit παλεον Gymnasiorum virgas. Itaque Axioch. eruditissimus Augustinus scite animaduertit, S. August. in propriæ id est apud Græcos eruditioinem, propriæ Ps. 118. esse per molestias eruditioem: & proinde Tra-

Etatores Ecclesiasticos παιδείαν sape vertere disciplinam, hoc est molestam & laboriosissimam instructionem.

Potestas Præceptorum in sum præceptores ac pædagogi, si quando res postularet, ius olim & auctoritatem habuerunt durius statuendi in malè moratos adolescentes, eosque veluti in equuleo & acerba quæstione excruiciandi. Id colligere haud obscurè videor posse è Libanio, qui permitui vulgò à paréibus ait Pædagogis liberūm suorum, eos πάγιους, ἀγχεῖους, σπερβλουσ, pulsare, obtorto collo premere, propè dicam præfocare, tormento vexare: quæ eadem illa sunt quæ paulo antè è Themistio ponebamus, suntque omnino grauissima. Addit Libanius, habere in eosdem non patriam modò potestatem, sed illam etiam quæ dominorum est in seruos. Sunt hæc eius verba,

Liban. in  
Chrys.

Hinc tormenta puerorum apud D. Augustinum: Parentes, inquit, nostri ridebant tormenta, quibus pueri à magistris affligebamur. Vocat etiam ibid. ærumnosas vias discendi. S. Chrysostomus scribens in ep. i. ad Timoth. ait pueros in scholis non modò verberari consueisse δέ τινες φαδυμένοι, verùm etiam κόπτειοι τινος οὐ πάντων, concidi & dilaniari verberibus, & λαπθηνοι τινος τε δέοις, & propè metu emori. Vnde apud Cassiodorum li. 8. Doctorum terror. Ad eam durissimam vitæ conditionem, & scholarum severitatem, videtur alludere Strepsiades apud Aristophanem, cùm se in

S. August. l. I.  
confess. c. 9.

S. Chrysost.  
serm. 6.

se in disciplinam Sophorum traderet: Nunc Aristoph. in ergo, inquit, utantur me vni libitum est, ego meum hoc corpus παρέχω τούτοις, πεννά, δονὸν δέσμον, &c. præbeo ad percutiendum, esuriendum, & excoriandum pelle. Vbi etiam non sine causa esuriem nominat: solebant enim fame quoque pueri castigari, ut perspicuè docet Nyssenus Antistes in hunc modum: si adolescens iuueniliter ab officio deslectatus, κελεύεται μηδὲν απεγονός, & τῷ λιμῷ τὸν βαθύμαν καταδιζεται. οὐδεὶς δὲ τῷ διδασκογείῳ καὶ ιδόν, &c. à cibis abstinere iubetur, et famis pena propter socordiam damnatur. Permanet vero in schola etiam solus, alijs ad prandium discedentibus pueris, præceptum timide et religiose obseruans.

Atque ex his clarissimorum virorum testimentiis, quæ adduximus, facilè mihi persuadeo, non Rhetoricè magis, quam verè dictum à Themistio, solitos Sophos & Sophistas παγδαῖα περιεγωγήσσειν & πατερόπολεν, hoc est pueros palis alligare, lorisque inhumane constrictos verberare: vnde & eosdem respicere identidem ait ἀρχος ταῦτοις & iustis, ad paxillos & lora. Id autem castigandi genus expromi in seruulos olim consueuisse, è veterum monumentis constat. Cleon apud Aristophanem minitur Agoracrito,

*Et τῷ ξύλῳ διώτῳ σε γῆ νόν θερόν.*

Vbi ξύλον videtur significare τὸν πατέλανον. & doctus quidem ita sumit Interpres qui sic reddit, *Palo alligabo te per cælum & cælites.* Sic iratae matresfamilias excepturæ flagris ancillulam, quæ quidpiam deliquerisset, eam ad lecticam alligabant. S. Chrysostomus in epist. ad Ephes. *Aristoph. in Equis.*

χρημάσαι τὰς κόρες ἐπὶ πολὺρι θηταῖς τούτῳ καλέσαις  
διεσύρσι πολλάκις ταῦτα τοῖς σκύπουσιν. Addit easdem  
θηταῖς τοῦτον μασίζεν, ὡς μυρδὲ αὐτῆμερον τοῖς μώλωπας  
σβέννυσθαι, tam acerbē sanguisse flagellis, ut vibices eo  
die exuri non possent atque deleri. Sic igitur facie-  
bant Sophistæ, ut scholarum & lectionum  
suarum mercedem extorquerent; pueros pri-  
mùm deligabant ad palum, mox vehementissi-  
mè validissimèque pulsabant.

Voluntariae  
Sophorum  
poenæ.

*Lucian. in  
Nigrin.*

Suidas.

*Senec. l. 5. de  
benef. c. 8.*

Et in Philosophiæ quidem umbraculis ~~περιπάτους~~ aliquam eruere videor, seu deliga-  
tionem & flagella, è Luciano, apud quem sa-  
piens quidam damnat eos Philosophos, qui  
eiusmodi virtutis exercitationem imponere  
solebant adolescentibus, ut se duritie quadam  
laboriosa frustra conficerent. Quare, inquit,  
τέτοιοι δέντροι πονοί πελθόντες, διῆγοι μαστιχῶντες, οἱ δέ  
χαριτεσποι γέ σιδήρω τὰς ἀποφασίας αὐτῶν πελαξύνοντες,  
multi ligare se iubebant, alij corpus flagellis diuerber-  
abant, elegantiores etiam ferro superficiem corporis  
radebant. Superianus Sophista cùm serò ad dis-  
cendum accessisset, adeò fuit laboriosus & di-  
ligens, ut monumenta hominum eloquentium  
peruolutans, & operam dans liberalibus disci-  
plinis, à seipso illa per vim exigeret, nec obiur-  
gationibus nec flagris parcens. Itaque sàpe in  
balneis à se se flagris cæsus videbatur. Quò re-  
feram haud iniuitus illa Senecæ verba l. 5. de  
benefic. Cæcidit homo se, iniuriarum cum quo agat  
non habet: alligauit & clausit, de vi non tenetur. Sed  
de voluntariis illa suppliciis & patientis animi  
specimine capiuntur. Solebant enim philo-  
phiæ studiosi, quò domitas corporis appetitiq-

nes & obedientes haberent, & victores inanum voluptatum in beato cursu virtutis & studij rectissimi hærerent, dura quædam & grauia vltro suscipere veluti supplicia, aut imposta à Doctoribus obire. Julianus Pomerius Toletanus sedis Diaconus de institutione B. Hildefonsi loquens, ait eum ferro constrictum fuisse in adolescentia quod melius eruditetur. Hæc eius verba sunt Præfat, in lib. Hildefonsi de laud. B. V. Directus à sancto ac venerabili Papa Eu-  
genio Toletanæ sedis metropolitano Episcopo ad Isido-  
rum doctorem Hispanensem metropolitanum Episco-  
pum, cum sibi iam sciolus videretur, adeo ab eo tenius  
& elimatus est, & ut ferunt tempore aliquo ferro  
constrictus, ut si quid scientie deerat pleniū instru-  
etus, &c.

Sed redeo ad Themistium, qui Sophistas ait frequenter  $\omega\epsilon\gamma\varsigma\pi\alpha\lambda\alpha\varsigma$  &  $\iota\omega\alpha\tau\alpha\varsigma$  respicere. Video enim  $\pi\pi\alpha\lambda\alpha\varsigma$  usum fuisse alium quen-  
dam in merita pœna repetenda. Solebant enim Paxillus in os  
paxillum in os immittere, ad clamores corum Paxillus in os  
qui cædebantur & vocem cohibendam. Eum immixtus.  
morem expressit Aristophanes, qui faciem ve-  
teris ævi singulari venustate pingit. Ita verò  
apud illum in Thesmophor.

EY. οὐ νέκεγεται; ἐμβοῆσσι παῖδεσσοι  
τοῦ μηνὸς τοιωταί.

Aristophan. in  
Thesmoph. &  
Equit.

Quid clamasti? iniçiam tibi paxillum nisi taceas. Et  
in Equitib. dicit etiam immixtum παῖδεσσοι εἰς  
 $\pi\pi\alpha\lambda\alpha\varsigma$  εἴτε  $\delta\lambda\alpha\varsigma\alpha\lambda\alpha\varsigma$ . Atque hæc quidem  
ratio non abhorret à moribus Sophistarum, de  
quibus Themistius, qui cum illa importuna  
cupiditate sauerint, verba & vocem doloris-

que insignia volebant opprimere. Fuitque veluti quædam imitatio publicorum iudiciorum, quibus in os damnatorum funis aut quidpiam aliud immittebatur: *απερπόν* vocat S. Chrysostom. de incompreh. Dei nat. Fuit, inquit, inter eos quidam dignitate princeps, qui damnatus *απερπόν* ἦν τὸ σώματος λαβὼν ἔχυστο τὸ δὲ δικαῖον ὄδον, fune in os accepto, duceretur, &c. Alij κηρύκειον & φίμων appellant: unde κηρύκειον est συνκλεῖσα. Adhibeti autem consueuisse ad locutionem impediendam, Lucianus quoque significat: εἰσιν πάγιοι ποιῶν, φίμων αὐτοῖς καθίστασι, silentium impono iniecto ori camo. Græcam vocem Latini quidam retinuerunt & similem dixerunt: in epistola Theodoreti recitata in Act. 5. Synod. 5. quam exscripsit Baronius illustrissimus ita habetur: *Vidit Deus et non despexit, immisit vero simum in os eius, et frenum in labia eius, &c.* Locum Isaiæ exprimere voluit cap. 37. εἰπεὶ δέ τινες φίμων εἰς τὸ πῦρον, &c. Sed ego quidem ad vitandam amphibologiam, maluisse hinc *camum*, *funem*, *capistrum* aut aliquid simile dicere, quād simum in os immittere. In Græcorum Menologijs etiam vocant κηρύκειον, χάμον, ιμαγίτα. item aliquando ξύλον, ut, & ξύλον εἰπεῖτε εἰς τὸ σώμα αὐτοῦ. ubi noster P. Andreas Schottus vir doctissimus ξύλον pro ξύλον tentabat: peritè, nam Xenophon κηρύκειον describens, ait esse πλέγμα πέντε γονιών ψυρόπορον. Ego tamen nihil magnopere causæ video, cur id mutetur. Est enim ibi τὸ ξύλον idem quod πανδέργας, quem in os immitti consueuisse τὸ επιχρήστηρα παραγγέλει ex Aristophane paulò antè docuimus. Quin & idem ipse Aristophanes in Nu-

S. Chrysost.  
hom. 3.

Baron. ad an.

552

Aristoph. in  
Nubib.

bib. aperte ξύλον vocat, sic enim loquitur:

Εἶτα φιμώσητε Τύπου τῷ ξύλῳ πόνον αὐχένα.

Cleonem taciturnum ait, si Athenienses os eius φιμώσωσι τῷ ξύλῳ. Etiamnum in Gallia paxillum ferreum conseleratis hominibus qui ad mortem rapiuntur, solent in os immittere, si quando periculum est, ne dicto quopiam pestilentem auram impietatis afflent spectatori: vulgus baillonem appellat; opinor ex eo quod oscitantem veluti hominem efficiat. D. Chry-  
sostomus ad pop. Ant. γλωσσίδιu nominavit: homil. 2.  
Seneca epigrum, qui l. 2. de benef. Nisi, inquit, in Senec. l. 2. c. 12.  
os Senatoris iniecisset Imperator pigros suos: vbi do-  
ctissimi legunt, epigros. Sunt enim apud Isido-  
rum epigri clavi lignei quibus lignum ligno adha-  
ret. Quibus sanè noster ille quem illustramus  
ταῦτας exprimitur. Et de eo forte intelligen-  
dus etiam est Corn. Tacitus in Annal. vbi de  
falso Agrippa, *Vinctum*, inquit, *clauso ore in pala-  
tium traxere*. Nisi forte de obstrictis faucibus  
debeat intelligi: nam idem scriptor l. 4. sic de  
Sabino memorat: *Trahebatur damnatus, quantum  
obducta veste & astrictis faucibus nisi poterat clamitans*. Caius Imperator spongas & pannos in os  
reorum immitti iubebat ad eorum vocem co-  
hibendam: quod solenne consuetumque non  
fuisse declarat Seneca, qui rem arguit ut  
nouum genus crudelitatis in libris de Ira. Sed  
hæc forte iam extra rem; igitur desino.

S. Chrysost.

homil. 2.

Senec. l. 2. c. 12.

Isidor. in Glos.

Tacit. l. 2.

Annal.

Idem l. 4. 1

Senec. l. 3. de  
Ira c. 19.

*De Sophorum & Sophistarum impura libidine. Flagitosi preceptores quantum iuuentuti noceant. Spurcus Socrates. Cinetus Prodicus aliquis. Amiculae Sophistarum & scorta. Plato dictus Σάτωρ, qui obscenos impiè collocauit in cœlo. Phraote Indie Regis dictum. Veteres Sophi & Sophistæ adulteri. Lex in Gracia laudabilis. Δομήνικος.*

## C A P. VIII.

DI XIMVS de auaritia Sophistarum, nunc de impura eorum libidine monendum est: nam simul duo illa vitia illis obiecta esse video à summis vitis. Dionysius literas scribens ad Speusippum in Academia doctorem mollem & mulierosum, inter alia illi exprobrat φιλαργυρίαν καὶ τὰ αδεστέα τῆς Αρετῆς Σάτωρ, auaritiam & amorem Arcadicæ Laßhenie, ut est apud Athenæum. Talis ille fuit in Bithynia qui se antiſitem philosophiæ profitebatur, verum ita vitiōsus (Laſtantij verbis utrū) ut continentiae Magister, non minus auaritia quam libidinibus arderet. Tatianus vir doctrina & religionē clarissimus de Crescente loquens; Crescens, inquit, Megalopoli nidulatus, πανδεξιός μὲν πάτερ, ψεψιλεύεις, φιλαργυρία δὲ πάντων περισσής λύ, maximè omnium, puerorum incesto amoris deditus & pecunia studio addictissimus erat. Sed

Athen. l. 12.

Laſtant. l. 5.

diuin. inst. c. 2.

Tatian orat.

contr. Grac.

non par horum duorum vitiorum in ijs hominibus fuit cōditio. Nam reperti quidem multi sunt, qui opes aut à se abijcerent, aut non nimium appeterent: cùm vix ullus in veteribus illis sapientiæ & eloquentiæ doctoribus sit inuentus, qui non se flagitioso amore polluerit.

Hoc effatum est eloquentissimi Chrysostomi S. Chrys. hom.  
4 in ep. ad Tit.  
D. Pauli doctrinam explicantis; & τῷ ζωτῷ φιλοσόφῳ πολοὶ χρημάτων μὲν καπεφρόννοι, γνωμῆνος δὲ οὐκέπι. Ac plurimi quidem è philosophis pecunias contempserunt, mulieres non ita.

Exemplum habemus clarissimum in Cratete, à quo magnam pecuniæ vim demersam aiunt generosa quadam animi contentionē: qui, ut scribit Theodoretus, cùm aureas quasdam sententias de fuga voluptatis protulisset, libidinibus deinde furens Hipparchiam Maronitida publica in luce duxit uxorem, communésque nuptias in varia Porticū celebrauit. Itaque cùm peruagata esset illa pestis per omnes Academias Græciæ, scholāsque vrbiū plurimarum, sapienter mōnet Fabius, in diligendo p̄ceptore, & teneræ Fabius l. 2. c. 2.  
de Grec. affec.  
cur.  
iuentuti p̄ficiendo, magnam esse cautionem & diligentiam adhibendam: aitque fieri non posse, ut iuentus in studiis & morib⁹ aliquam utilitatem percipiat, si doctor impudicitiæ labe notetur.

Et sanè dici non potest quantam morum honestatisque perniciem impunita illa professorum licentia impudensque libido inuexerit: atque utinam in hoc etiam sœculo non inueniuntur humaniorum literarum magistri, qui poetarum explicatione & spurcitic fabellatum,

*Lucian. in  
Conus.*

*Idem in Eunuch.*

*Liban. declam.*

29.

*S. Greg. Naz.*

*er. 3.*

*Scholiast.  
Aristoph.*

*Laetant. 1.3.  
diu. instit.  
e. 15.*

& nequissimæ linguae pruritu, in aures cupidæ iuuentutis obscœna studia inculcarent. Et cœmocles philosophus de Diphilo apud Lucianum memorat, flagitij & nequitiae potius ludum, quam scientiam habuisse, & discipulos turpitudinem docuisse; quam rem meritò ille detestatur. Hinc Socrates publica infamiae contumelia dicebatur ὅτι φαίνεται τὸ μετεχόντιον & ea causa iure apud Libanum dicitur μαρτυρεῖσθαι τὴν περὶ τὴν φύσιν σφράγιδαν & λυμένην τὴν θεωρίαν, spurcus & impurus sophista & adolescentium pestis. Omnes propè eius hominis disputationes aureo Platonis ore compositæ eò tendunt: & ut sanctissimus Gregorius Nazianzenus animaduertit, cum φιλοκαλιαὶ pulchri amorem extollit, honestiore vocabulo παιδεγειστι inumbrat & excogitata fraude suadet. Et mirum est quam non recte nec dissimulanter lasciuiae illam artem obscœnique amoris ostenderit. Nam totos dies in palaestris posuisse illum accepimus, ubi formosi greges puerorum fuerunt, cum quibus iocabatur, quos blanditiis lenocinioque titillabat, & aspectu putres oculos animumque pascebat: εἰπεὶ γὰρ ἐφοίτε, ait doctus Scholiastes Aristophanis, αἱς γυναικεῖς τοῦ πολεμοῦ ὄπει, οὐαται in Gymnasia ut nudos & luctantes pueros ibi conuiceretur. Aristippus cum libidinis suæ nœvum & turpitudinem colore aliquo vellet obtegere, aiebat se Laide habere, non haberi à Laide: quem Laetantius vir in dicendo sumimus irritet. In quo sanè, inquit, sapientior meretrix fuit, quæ philosophum habuit pro lenone, ut ad se omnis iuuentus doctoris exemplo & autoritate corrupta, sine ullo pudore concurreret. Atque ex his

constat, quām prudens Quintiliani fuerit monitum, & nihil esse verius, quām labem adolescentiæ importari ab inueterandi doctoris cupiditate. Hinc grauissimus Tertullianus *Tertullian. l.* sapientiam Christianam opponens antiquæ & *de an. c. I.* profanæ lib. de Anim. *Hac sapientia, inquit, de schola cœli, &c. nec adolescentiam vitians, sed omni bono pudoris informans.*

Iam si lubet in Theatrum Sophistarum ingredi, nihil vulgo illis impurius, nihil flagitosus comperiemus. Prodicus Sophista, ut Interpres Aristophanis meminit, *τὸν μεταροήσος, ἐπὶ γνωστίᾳ δὲ στρεβλῆς.* Prodicus igitur fuit cinatus. Isocrates *ἐψητὸς τῷ αἱρόσια καταφθάνει,* ait Plutarchus. De Phauorino Sophista sic Philostratus: *Δερπὸς τῷ τῇ Σωκράτῃ.* Sophista Libanius propter obscenitatem & flagitosæ libidinis vitium, cuius ducem auditoribus se praebebat, ignominiosè Constantinopoli fuit eiectus, ut scholæ vomica, ut pudicitiae hostis, ut nequitiae architectus, cum ea in urbe aliquandiu eloquentiæ scholam habuisset.

*Plutarch. in  
10. Orat.  
Philastr. de vit.  
Soph.*

*Eunap. de vit.  
Phil.*

Deficeret me dies, omnes enumerantem; Amiculae sortesque fuit tam nota in Græcia atque omni orbe terrarum, ut Sophistarū propè omnium amiculas boni scriptores suis monumentis consignarint. Nicarete meretrix Stephani Rhetoris amica fuit, Lysia vero Sophista Metanira. Stratoclis Rhetoris scortum fuit Paroramis cognomento Lime: Lais Aristippi, Phryne Diogenis, Aristotelis Herpyllis, Speusippi Laethenia. Quin & quidam varijs in locis habuere varias, ut quocunque se contulissent,

ibi expressa libidinis suæ vestigia relinquenter. Sic Hyperides eloquentiæ nomine clarus Myrinen sumptuosissimum habuit scortum Athenis, in Piræo Aristagoram, in Eleusine Philam. Idem quoque Phrynem quam deperibat publico in iudicio oratione defendit. Alij vero bene multi in amiculis suis oratione celebrandis, ut Venerij oratores, omnes veneres & dicensi lumina & pigmenta insumpserunt. Alcidamas Laites Gorgiæ discipulus Naidis metrericis laudationem composuit. Cephalus Rhetor Lagidem scortum delicate oratione & omnibus ingenij opibus elaborata, ut Venetum ipsam cohonestauit. Ipse Gorgias librum de scortis scripsit, ut est apud Athenæum. Mellesermus Atheniensis Sophista metretriciarum epistolarum libros 14. reliquit, ait Suidas. Philostratus Lemnius Sophista literas suas quas delitijs suis mittebat cupidineo stylo exaratas, in hominum luce esse voluit, non sine opinor infamia, quam apud æquos & honesti retinentes lectors sibi conciliat.

Suidas.  
Philosophi  
quoque li-  
bidinosi.

Athen. l. 10.

Nec multo castiores fuere illi quos Philosophos dixerunt, sed verius Sophistæ nominarentur, ea notione, qua illa vox in sapientiæ laruas & dedecora coniisci solet. Platonem sunt qui eximiè laudent, ut virtutum omnium dum & parentem, cùmque σοφος, θεωριος, diuinum hominem indigitent: sed is tamen adeò intemperanter in omnem libidinem voluptatis erat effusus, ut qui illius ætate viuebant summi viri, non πλάτωνα, sed Σάρων haud obscuro genere contumelia vocarent. De illo

mirabile quiddam est apud Tertullianum lib. *Tertull. l. i. de de Anim. Plato*, inquit, *post mortem animas philosophorum in celo ponit, non tamen omnium, sed eorum qui philosophiam scilicet exornauerint amore puerorum: adeo etiam inter philosophos magnum habet priuilegium impuritas*, &c. *Philosophi quidam, ait Sextus Empiricus Pyrrhon. hypoth. l. 3. Sext. Philosoph. cum aliena uxore miseri indifferentes esse aiunt. Sed l. 3. c. 24. de veterum Sophorum impudica impudicitia, videndus idem Tertullianus in Apologetico, D. Hieronymus in cap. 2. Isaiæ, S. Chrysostomus lib. de S. Babyla contr. Gentil. D. Basilius in cap. 10. Isaiæ, Laetantius l. 3. diuin. instit. c. 15. ex Cornelio Nepote, & alij passim.*

Ea fama usque ad Gangem & in ultimum Orientem manarat. Sanè Phraotes Indiæ Rex, ut commune vitium obijciebat Græcis, quod Philosophi apud ipsos sese omnes dederent *τασπὶ γέ αὐθοδίστως*, ut est in Apollonij Tyanei vita l. 2. Et verè quidem ille; nam ne longè *Philostr. l. 2. c. 12.* abeamus, iphius Tyanei magister Euxenus *τασπὸς ἦν τοις αὐθοδίστοις*, natus abdomini & spurcum Veneris mancipium fuisse dicitur, apud eundem Philostratum lib. 1. Quid Romani *Idem l. 1. c. 5.* aliæque nationes senserint prodit Seneca, qui Philosophis *vulgo amicas solere obijci*, scribens ad Lucilium ait. Quare Themistius de Sophistis *Themist. or. 1.* loquens summæ gloriæ tribuendum opinatur, si quis *τασπὶ τιμεῖτως ἐδήν*, meretriculam nullam depereat. Et à Lemnio Rethore Dionysius Sophista celebratur, quod *τασπὶ μη τινὶ σωληνὴ αἴτιον οὐασεν*, nullum crimen unquam ob amores subiisset: quasi illius sceleris contagio ad plerosque

*Philostr. de vit. Soph.*

omnes pertinēret. Sciebat enim adulterij reos  
fuisse multos aut ignominia noratos aut me-  
rito suppicio affectos. Phauorinus de adul-  
terio causam dixit à viro nobili accusatus, ut est  
in eius vita. Flagitosus orator Moschus Hila-  
rj Antiocheni vxorem corruptit, ait Suidas.  
*Minucius Fe-*  
*lix.*  
*Senec. ep. 29.*  
*Tertull. in A-*  
*polog. c. 46.* Minucius Felix in Octauio: *philosophorum su-*  
*pericia contemnimus, quos corruptores & adultero-*  
*nouimus, &c.* Seneca de Philosophis: *Ostenda*  
*michi alium in adulterio, alium in popina, aliam in*  
*aula.* Tertullianus item grauissimè; *Audio &*  
*quendam speusippum de Platonis schola in adulterio*  
*periisse.* Lex olim fuit in Græcia, quam lauda-  
bilem & etiamnum retinendam esse putarem.  
Inquirebatur in Oratores rem pub. gerentes  
& decreta scribentes, num pudicè vixissent,  
atque hi ~~donum adiunctorum~~ vocabantur. Sic foret è  
communi re, meo quidem iudicio, si nemini  
aditus ad docendum pateret, qui corruptor  
esset aut corruptus, Veneris amasius, Cupidi-  
nis administer, leno suæ voluptatis, quique  
non dictis atque vita pudicitiam & laudata  
verecundiæ honestatem pollicetur.

*Alienorum scriptorum fures Sophistæ. Autolyci. Æsopij gracci. Declamatores Romani sacerrimam eloquentiam violantes. Veteres Sophi diuinorum dogmatum fures. Lauerniones quoque Poëtæ. Exemplis illustrata omnia.*

## C A P. IX.

**V**ETVSTISSIMA est eruditissimorum hominum querela, quosdam esse tam inuercundos & audaces, ut inuenta & luctubrations aliorum sublegant, & carum sese autores indignissimè glorientur. Plinius maior ait se contulisse autores dili- Plin. prefat. genter, & deprehedisse, à iuratissimis & proximi- op. mis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos: additique illud grauissimè; obnoxij profecto animi & infelicitis ingenij est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere. De huiusmodi hominibus Priscianus Grammaticorum propè Priscian. in ep. omnium literatissimus ita scribit: Festinantiūs quam volui hos edere me libros compulerunt qui alienis laboribus insidiantur, furiūmque & quasi per latrocinia scripta ab alijs surripientes, vnius nominis ad titulum pertinentis infanda mutatione totius operis gloriā in se transferre conaptur. Id si fiat in viuentium operibus, longè est impudentius, quam si quis in veterum monumenta inuoleret,

& legitimis dominis eripiat. Sed utrouis tamen fiat modo, iniquum est & illiberale, & in quo iure cum Polliano exclimes,

*Antholog. l. 2.* Μηδὲ λαποδύταις διγονείων ἐπέστι.

*Versum alienorum fures odi.* Id quale sit facinus,

*Synes. ep. 142.* memoranda gnome docuit Synesius, quam labens hic apponam. ήγενματ ḥ αστερεροφ ἀποθανόν τῶν λόγων κλέπτεν, ή θοιμανα, ο καλεῖται πυκνωρυζην. Magis autem impium esse arbitror, mortuorum lucubrations quam vestes furari, quod sepulchra perforare dicitur.

Et tamen eiusmodi impiorum turba fuit maxima in natione Sophistarum, de quibus liceat poëtæ oraculum illud canere:

*Martial.*

— nihil est furacius illis:

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

*Themist. or. 1.* Et quidem cum Autolyco à Themistio componebatur, qui de Sophista ita scribit: λογάσια κεκομψιμόντα θεωρούσι, & τελετρότες τε & μεταμορφώσας, ὡς επ οὐπόλυνος τὰ φέναια, τὰ αὐτὰ παρεχός συμπλεύσει, &c. Voculas scitas & elegantes furtim subtrahens & circumagens atque interpolans, velut Autolycus furtæ sua, eadem ubique circumfert, exultans apud eos insolenterque sese venditans, qui verum istius orationis dominū ignorant. Autolycum

*Plat. l. 1. de rep.* ait Plato ex Homericâ poësi κεράσης κλεπτοσών, furandi quodam artificio nobilitatum fuisse. Eundem scribit Eustathius à parente Mercurio κεφαλισάντο edoctum, varijs coloribus quæ surripuisset induere, ne furtæ vlla ratione deprehenderentur: quod idem propemodum *Hygin. fab. 20.* habet Hyginus. Vult ergo Themistius, laueriones Sophistas memorabiles variorum au-

torum locos didicisse, quos deinde ascititijs pigmentis & colorum incredibili varietate pictos, & fucata eloquentia bracteatos venditarent; esse proinde Autolycos geminos & germanos. Huiusmodi pingit Eunomium impium impudentemque Sophistam Gregorius *s. Greg. Nyss.*  
*Nyssenus, videlicet οὐεισνέοτε ταὶ διηγέρεις or. 12.*  
 φωνὰς ἐκ οὐρανού πάντα, sonantiores quasdam voces ex alienis scriptis colligentem: & eundem cum mendiculo comparat, qui propter vestis inopiam, ex laceris & detritis quibusdam paniculis, tunicam sibi consuit & consarcinat: ita, inquit, hic aliam aliunde dictionem decerpens, sibi quandam orationis centonem contextuit, non sine miserando labore voculas eas conglutinans & compingens. Et ne quis hæc *Idem or. 8.* iniuncto potius animo, quam verè dicta putet, alio loco ipsum ait Philonis Hebræi disputationem επ' αὐτῆς τῆς λόγου, ad verbum, in orationem suam transtulisse, & cuilibet esse *καταφωνὴν καὶ κλοπὴν*, Eunomij furium manifestum. Photius de Ioanne Philopono cognomine Scholastico, ἀμαχόντεν σκηνέσθαι τὰς διηγέρεις, aliorum inuenta compilans sibi vendicauit. Et paulò post, ait illum habuisse *τελεολιμαῖα*, alienos ingenij factus, quos non peperisset. Itaque de Sophistis solebat dicere Seuerus Cassius, similes sibi videri furibus poculorum ansas mutantibus: quod multi inuenirentur qui detracto verbo aut mutato aut adiecto, putabant se alienas sententias lucrificisse. Seneca parens de sui *Senec. pref. l. I.* temporis declamatoribus loquens, *Sententias, Cont.* inquit, à *dīserūtissimis viris facias facile in sancta*

*hominum desidia pro suis dicunt, et sacerdiam eloquentiam quia praestare non possunt, violare non desinunt.*

**Lauerniones** Antiquissimus hic morbus fuit hominum ab omni aeuo. que φιλολογία, qui cùm viderent quosdam esse in admiratione, propter exquisitarum sentiarum genus, aut orationis splendorem & dignitatem, & æquate eorum hominum gloriam non possent, aut inuentis proprijs æmulari, alieno flumine suos hortulos irrigabant, & flosculos furtim emendicatos solo inserebant suo. Gorgias mirabiles in Græcia plausus exceperat, & eius ob os, qui tum erant sapientes & diserti, omnes ora obuerrebant sua: sed præferrim dictionis politissimæ lumina, & insueta picturata orationis dulcedo & varietas omnes capiebat. Tetigit id hominis eloquentissimi decus Isocratem, quem ferunt Panegyricam suam orationem μετρωφά εἰς τὸ Τοπίον τοῦ Λυτού, ē Gorgiae Leontini & Lysiae scriptis ingeniose

**Plutar. in Io.** transtulisse, vt Plutarchus & Philostratus meminerunt. In gente quoque Autolyci eundem ponit Photius: Isocratem, inquit, forte etiam quis αὐλάσσει κλοπής, furti redarguat, quod multa in Panegyricis, ex epitaphijs sermonibus Archini, Thucydidis & Lysiae sit mutuatus. Sophista Aristides idem sibi licere putavit in Isocratem, qui pulcherrima quæque ex eius Panathenaica vel mutuatus est, si faretur; vel si negat, improbè & malitiosè furatus. Notauit hoc Ioannes Tzetzes; Scripsit, inquit, Isocrates in Panathenæa maximam orationem, ἐπειδὴ τὴν γεωμετρίαν ἀποτίθεται. Plato quoque Lauernæ,

**Orat.**

**Philostr. de vit.**

**Soph.**

**Photius in Bi-**

**bliot.**

**Tzetz. Chi-  
liad. ii.**

Lauernæ propitiæ litauit, de quo sic est apud Athenæum; Plato ex Aristippi colloquijs & An-  
risthenis scholis, plurima ex Byrsonis Dialogis furatus  
est. Idem Philolai librum cùm fuisset nactus in Sicilia, ex eo καέπι τὸ πᾶν ὅστις οὐδεὶς θύγος ή ἐπει-  
α μεια, sublegit omnia quæ de animo reliquit. &  
alia propè infinita, vt est apud Tzetzem. Quin ille Academiæ princeps sacrilegij veluti reus  
arguitur, quod in sacros diuinorum vatum  
commentarios inuolauerit: Numenius enim  
Pythagoreus in eum palam inuechitur, quod Illustris de  
plagio surripuerit è Mosaicis libris quæ de Phil.  
Deo & mundi generatione prodidit, eaque de Suidas.  
causa dicebat, *Quid est aliud Plato quam Moses Atticissans?*

Hoc illi commune fuit cum Philosophis profani sacra-  
sapientiæ nomine gloriosis: qui cùm multa è rum litera-  
Christianorum aut Prophetarum volumini- rum futes.  
bus cepissent, de diuinitate, de virtutibus at-  
que vitijs, de arcanis rerum causis, & vt breui  
dicam, εἰωκλοπηδεῖα, maluerunt argui furti,  
quam in fontes vnde hausissent digitum inten-  
dere. Quo nomine à sanctissimis Ecclesiæ Pa-  
tribus, & alijs doctissimis hominibus iuste re-  
prehenduntur. Proclum sententias & inuenta  
B. Dionysij Areopagitæ furatum ait Suidas:  
Phocylides, inquit idem, scripsit Paræneses atque  
Gnomas, κεφόδια vulgo inscribunt, εἰν δὲ εἰρηνή Σι-  
κουλαιῶν κεκλάψμένα, sunt autem è sibyllarum car-  
minibus furto subducta. Hinc gravissimus Ter- Tertull. in A-  
tullianus furatores veritatis, Sophos appellat: polog. c. 47.  
tum addit, *Quis poëtarum, quis sophistarum, qui  
nen omnino de prophetarum fonte potauerit?* inde

Clem. Alex.  
l. i. Strom.

*igitur philosophi sitim ingenij sui rigauerunt, &c. Eadem mente Clemens Alexandrinus eosdem vocat κλεπτας & ληστας, quod veritatem ab Hebræis explicatam, furtim exceptam adulterant, multa indocte velut sapientes σοφιαληθροι: & proinde recte ab Aristotele της σοφιστικης nominata fuisse κλεπτικην σοφιας.*

Euseb. contr.  
Hierocl.

Aristid. 10. 3.  
er. 1.

Photini Cod.  
119.

Athen. l. 15.

Muret. in Sene.  
l. 3. de benef.

*Neque haec furandi consuetudo vna modo in ætate inuenta est, sed per omnes propè grassata. Eusebius Cæsariensis Hierocli iure obiicit, impio & insano scriptori, σοφρα αιγαδως ος επερων ειχ αυτης μονονεκ τοιμασιν, αλλα & ρημασι, & συλλαβας Σπουστουληθρα, scripta ex aliorum non sententijs modo, verum dictionibus quoque ipsis, ac pene syllabis impudenter subducta. Aristides suis quoque temporibus ait fuisse quosdam οντης λογοις τα ιδια ειρηνικα και φερετηλημιθρα κλεπτοτας η διδικτοτας οις αυτης, qui orationibus habendis aliorum dicta furati pro suis recitarent. Lucius Patrensis suas Metamorphoses è Luciano συλλαση audacissimo furto subducens, tantum non Lucianum ipsum descripsisse videtur, ait Photius quoddam loco. Sed nescio an in hoc genere impudentiae ulli cedat Hephaestio: hic ut memini me apud Athenæum legere, Menodoti opusculum, Andreati libros, Theophrasti & Antiphontis quædam commentaria sibi ascripsit, nec erubuit tanquam proprij ingenij monumenta venditare. Vexatur eo etiam nomine*

*Macrobius, de quo elegantissimi Mureti verba non pigebit hic ascribere; Totam hanc disputationem de seruis, num dominis beneficia tribuere possint, partim ex hoc senecæ loco, partim ex epist. 47.*

partim ex Valerio consarcinatam Macrobius lib. 1.  
saturnal. pro sua venditauit. sed & ex Agellio, &  
è Plutarchi Symposiacis tam multa, nullo pudore, in  
l. 7. saturn. suorum transtulit, ut appareat eum  
factuisse eandem artem, quam plerique hoc saeculo  
faciunt, qui ita humani à se nihil alienum putant, ut  
alienis æquè vrantur ac suis. De Sophistis Decla-  
matoribusque Romanis ita Seneca maior in *Senec. Suasor. 2.*  
Suasorijs; Tam diligentes tum auditores erant, ne  
dicam maligni, ut unius verba surripi non possent.  
*At nunc cuilibet orationes inuertere tuò licet pro*  
*suis.*

Nec minor licentia in versibus aliorum fur-  
to excipiendis, in eiusdem populi Romani lu-  
ce & conspectu. Quidam enim modestiæ re-  
pagula perrumpentes, in Palatinam Biblio-  
thecam irruerant, & inde pro animi sui sen-  
tentia quædam capiebant, quibus deinde ut  
autores gloriabantur. Itaque monet Horatius  
Celsum,

*Horat. ep. 3. l. r.*

*Priuatas ut querat opes, & tangere vitet*  
*Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo:*  
neridēda cornicula fiat asti Æsopius gracculus.  
Longè patuit illa furacium poetarum cōtagio,  
à qua non immunis princeps Maro. Perillius  
Faustinus Virgilij furta collegit libello ea de  
re scripto, ut Donatus in eius vita prodidit:  
cūisque à quibusdam res illi obijceretur, Asco-  
nius Pædianus respondere solitum ait, *Cnr non*  
*illi quoque eadem furta tentarent? Varrus id quidem*  
*audaciū meo iudicio tentauit, qui Thyesten*  
*Tragediam Virgilianam edidit pro sua. Mar-*  
*tialis iure indignatur sibi viuo ac videnti ver-*

*Donat. in vie  
Virgil.*

sus surripi ingenij sui foetus à Fidentino, quem  
furem ut publica in columnā proscriptit. Par  
querela & indignatio Ioan. Tzetzæ, quod  
enarrationem suam in Lycophronem ιστορεῖ-  
ζενης, furto quidam auertit, qui eam discipulis  
suis venditabat ως οινής πίνακα τοπογραφίας. Huins  
occasione de Autolyco furum principe dispu-  
tat, & de gracculo, qui se auium pennis exor-  
nauisset, & præterea de fucis, qui expertes la-  
boris mel apum exhaustiunt.

Ex hac porrò consuetudine Sophistarum  
olim eueniebat, ut ipsi etiam Christiani con-  
cionatores, si quid in oratione sua posuissent  
elaboratum ab alijs, vulgo male audirent.  
S. Chrysost. l. 5. Quam rem sic explicat S. Chrysostomus lib.  
de sacerd. §. de sacerd. Si quem forè ex concionatori-  
bus contigerit partem aliquam eorum, qua  
ab alijs elaborata fuerint, suis ipsius concioni-  
bus intertexere, πλέον τὰ τεμάτα κλεπτοτα-  
ρούσαται ὀρείδη, pluribus opprobijs obnoxium se red-  
dit, quam qui alienas opes suffurantur. Imò verò sæpe  
fit, ut concionator ne aliunde quidem mutuatus quic-  
quam, sed ea de re tantum suspectus, instar furū ali-  
cuius in ipso furto deprehensi habeatur.

Tzetz. Chi-  
liad. 8.

*Vanissimi Sophiste & mendaciorum consarcinatores. Ρητόρων πέχην αφεὶ τὸ φύσιον. Qualia fuerint aut in quibus Sophistarum mendacia. Veritas Spurious, & propugnaculum Philosophiae. Sapientes quanti eam fecerint. S. Basilius emendatus, illustrati alij.*

## C A P. X.

**V**ANISSIMI quoque fuere Sophistæ, portentiloqui, & mentiendi callido artificio nobiles, qui mendacium exquisito orationis fuso & pictura colorarent; & verisimile est, ea cœla fuisse nominatos *πόντας, præstigiatores.* De illorum vanitate graves autores ipsa antiquitatis lumina prodiderunt. S. Gregorius Nyssenus elegantissimè vo- *S. Greg. Nyss.*  
cat illos *προεξιλύποις τῆς μαρτυρίας τὸ φύσιον, mendaci verisimilitudine cataphractos,* quod vestirent *contr. Eunom.*  
mendacium speciosa & fucata probabilitate. Idipsum doctissimus Pater Hieronymus intel- *D. Hieron..*  
ligebat. *Oratio, inquit, rhetorica artis fucata mendacio.* D. Ambros. l. 1. de Abrah. c. 2. ambi- *in epist. ad Galat.*  
tiosum eloquentia mendacium. Et Lactantius l. 3. *Lactant. l. 3.*  
diuin. Instit. ait homines mendacio crede- *c. 1.*  
re, captos orationis ornatu lenociniōque ver- *Idem l. 1. de borum.* Et lib. 1. de falta relig. c. 1. argutam fal. relig.  
malitiā vocat: *In Oratoria, inquit, diu ver- Tatiannus.*  
sati non ad virtutem, sed planè ad argutam ma-  
litiam iuvenes erudiebamus. Hinc Tatianus Assy-  
rius oratione contra Græcos de Christiana

Iustin. Mart.

facundia loquens: γέ μεις καθ' λέγοντες, & φυδόν  
μητρα, & nos quidem in dicendo mendacia non sequi-  
muri. Quod idem à Iustino Martyre doctissimo  
viro dicitur, cohortatione item ad Græcos:  
ubi ait diuinissimos Vates qui interpretes &  
internuncijs fuerunt diuinæ mentis, non di-  
cendi artem professos, neque verbis ad per-  
mouendum atque persuadendum compositis  
fuisse vlos; hoc enim, inquit, ιδον τὸν πλούτον  
Θεον κλεπτεν εὐελόντως, eorum est proprium, qui ve-  
ritatem suffurari studio habent. Sophistas intelli-  
git, quibus etiam paulo post attribuit τὸν την  
οἰκου φατεστώδην φόρο, ampullas tumorisque sonitum  
ad fucatum splendorem comparatum. Eosdem ait  
S. Basilius l.2. S. Basilius declamationum materias propone-  
contr. Eunom. re solitos adolescentibus, eiç μάχεται τὰς εὐ-  
μοναὶ παῖδας, ut verisimilitudinem in mendacijs  
tueri condiscerent.

Isocr. in laud.  
Helen.Idem in Pa-  
nath.

Vidit hunc Rhetorum næuum Isocrates,  
qui cum Gorgia & alijs eloquentissimis ho-  
minibus versatus est, & ipsius philosophiae  
professione gloriiosis: neque dubitat τὸ φυδο-  
νογῆν illis tribuete, videlicet mentiendi studium,  
quod etiam audacia propè non ferenda in  
dies amplificarent. Verum quoniam suauissi-  
mus idem Isocrates rem nonnunquam mira-  
bilius exornabat, & rhetoricè attollebat ora-  
tione, sic ut eodem ipso crimine insimulari  
posse videatur, quod in Sophistis arguit, le-  
pidam sui defendendi rationem excogitauit  
in Panathenaica: quandam enim φυδονογίας  
agnoscit, sed αὐτὸν κακίας, quæ dictiōnēm sin-  
gulari venustate pulchritudinēque distinguaç,  
& eos qui audiunt humanissima voluptate

oblectet. Adeò verum est, Rhetoris nomen sustinere illum minimè potuisse, quin sequi genus se quoddam artificiūmque mentiendi confiteretur.

Itaque summi viri in Sophisticum hunc Rhetorum morem intuentes, Rhetorum facultatem tantum non mentiendi artem definierunt. Graviter & diuinè S. Basilius adolescentes erudiens ita monebat: *πηπόνω ὃ τις οὐκ τὸ φύσεως 24.*  
*πίχτω & μυνούμα, &c. Artem verò oratorum ad decipiendum institutam nequaquam imitabimur: nam nec in iudicijs neque in alijs actionibus accommodum nobis est mendacium, viam vitæ rectam ac veram ingredientibus, &c.* Omnes denique omnium saeculorum scriptores, qui literis cogitationes suas mandauerunt, si quando in hoc genus disputationis delapsi sunt, ut Grammaticorum, sic & Rhetorum proprium esse mentiri pronunciauerunt. Eruditissimus Augustinus *S. Auguſt. in ſcītē illud & ex communi opinione; Nec ſic Psal. 70.*  
*offendamus Grammaticos, quomodo paulò ante negotiatores: quia & Grammaticus potest in arte ſua honeste vivere, non peierare, non mentiri. Hinc in Sophistas id vulgo iactatum conuicium, quod in Comœdia positum videmus ab Aristophane, φύσεως οὐδὲν τρομίτες, mendaciorum consarcinator. Nub.*  
*Quare Gregorius Presbyter qui magni Theologī vitam nobis reliquit, in laude ponit clariſſimorum & eruditissimorum hominum Gregor. presb. Naz.*  
*Gregorij Nazianzeni & Basilij, quod cum effent magnam eloquentiæ vim cōfēcuti, & omnibus orationis ornamentiſ abundarent, πὸ φύσεως θέλλαντα, Sophisticam mentiendi libidinem vitarint. Et*

priuatim de ipso Theologo aliâs, ipsum ait fuge  
te acerrimè consuenisse σοφιστον πόφον ἡ γένο-  
ς φύδη, tumidos sophistarum spiritus & iactacio-  
nen mendacia Rhetorum; quæ duæ labes in

moribus Sophistarum principem locum meo  
S. Greg. or. 20. iudicio tenuerunt. Et ni fallor, per ἦθη ρητόρων,  
eas maximè intelligit Gregorius Nazianz. ea  
oratione qua magnum Basilium μακετίῳ exi-  
mè cohonestauit, cùm ita loquitur: *Quis in*  
*Rhetorica, illa, inquam, vim ignis spirante cum eo com-*  
*parandus, ei καὶ τὸ ἔθος αὐτῷ μη τῷ ρήτορει τῷ, tametsi*  
*illius mores à Rhetorum moribus dissiderent. Subij-*  
*ciam pulcherrimum locum S. Basilij, & eo*  
*Iubentiūs, quod ab interprete sit corruptus.*  
Homil. in Proverb. p. 460. trium artium ὄλη  
sive materiam ait esse τὸ φῦδος, nimirum Poëti-  
cæ, Rheticæ & Sophisticæ. Reddit rationem:  
Ἐπειδὴ τοινὶ ταῖς συνταγαῖς διδάσκου, δοῦλος τῆς μάθεων. οὐ πε-  
ριτερικὴ, οὐδὲ τῆς εὐτῆλης τέχνης. οὐτε σοφιστικὴ, δοῦλος τῆς τελελογισμῶν. vertunt, *Nam neque poëtica sine*  
*fabulis consistere potest, neque rhetorica sine arte di-*  
*cendi. hoc malè, nam hīc τέχνη non dicendi ar-*  
*tem significat, sed fraudem, fallaciam, & quam*  
*Latini Græcorum imitatione vocant, technam.*  
Eam rhetoricam Sophistarum ait paulò post  
μετειδιάγνωστην, vertut mille figurare inuolu-  
ctor: significantius Galli diceret, auoir une infinité  
de desguisemens, quod in mendacioquam illam  
attem planè conuenit. Apud eundem epist. 63.  
πρεξικὸν eadem notionem sumitur, quod etiam Interpretem fugit: sic enim de Gregorio loqui-  
tur Neocæsariensi: *Abominatus est, φυδηνος κορόνος καὶ πρεξικός.* vertunt, *falsum sermonem & artificiosum,*  
*malum subdolum & malitiosum.*

Sed h̄c fortè quæret aliquis in quo p̄faserit ea Sophistarum mendacia conlumebantur. Varia est doctorum hominum eius rei explicatio. Lactantius genus quædam mendacij *Lactant. I. 3. dicit. proponit; Bonum est autem recta & honesta ueritas. c. 16.* præcipere, sed nisi & facias, mendacium est: & incongruens atque ineptum est non in pectore, sed in labijs habere bonitatem. Hoc genus in Sophistas eos aptè connueniebat, qui cùm de virtutibus & vitijs conquisito genere orationis disputarent, s̄pē in sordibus atque cœno volutabantur. Isocrates eò refert, quod cùm artes polliceren- *Isocr. in Eumen. Helen.*  
tur & eruditionem adolescentibus, inutilia  
quædam & λογικαί traderent. Præterea sibi ad dicendum sumebant incredibilia argumen-  
ta, quæ longissimè abessent à veritate, quale il-  
lud Gorgiæ, qui ausus est proponere nihil esse in  
rerum natura, quod sit: quale & Zenonis, qui pro-  
bare conatur eadem posse & non posse fieri: &  
similia, in quibus vim ingenij magnitudinem  
que experiebantur. Sancti Patres hoc menda-  
cij genus in Sophistis atque Rhetoribus no-  
tant, quod vim dicendi, atque vberem illam  
copiam & suavitatem, qua multi præstiterunt,  
ad turpium rerum commendationem, & in-  
dignissima quædam suadenda accommoda-  
rent. Itaque monet S. Basilius, ne in legendis *S. Basil. de le-*  
Rhetorum libris πάντες λογικαί ueror, quod dul- *gend. profan.*  
ce iucundumque fuerit tantum persequamur:  
sed imitandas esse apiculas floribus insidentes,  
ut sobrij & sapientes quātum nobis congruum  
fuerit, & ut ipse loquitur, οὐ γένεται ἐν δημοσίᾳ ca-  
piamus.

Themist. or. 1.

Themistij  
subtilior  
disputatio de  
mendacio  
Soph.

Plat. l. 7. de rep.

Idem lib. 6.

Themistius paulò copiosius de mendaciō Sophistarum, & subtilius philosophorum pro-pē more disputat. Nam cū germani Philosophi notam ex Platone posuisset τὸν διάθετον, partitur in duo genera mendacium. Et unum quidem in pactis conuentis & mercimonijs, atque in hominum inter se communione admitti ait, aliud autem in scientijs. Prius illud summopere à Philosopho abhorre vult, cuius turpitudinem etiam ostendit exemplo Lysandri & testimoniis poetarum. Alterum genus quod est positum in doctrinis artium, bipertitum efficit: aut enim de industria rem minuit, & vocatur εἰρωεῖα, aut nimium extollit, & διαζορεῖα dicitur: inter quæ mediam ponit Aristoteles τὸν διάθετον. Hoc ultimo genere insignes fuere Sophistæ, de quorum διαζορεῖα dictum à nobis est pluribus superiūs. Vult igitur & contendit, Sophistas minimè esse philosophos, quod Veritatem oderint, aut non admodum sequantur; quam, inquit, ρομηθέου prudentia statuit esse ὡς Σπίλον, ut murum & propugnaculum philosophiae. Platonem intelligit, qui cūm dixisset l. 7. de rep. Dialeticam esse ὡς τὸν Σπίλον τῆς μαθήματος, Themistius id ad Veritatem retulit.

Sed de Veritate quidem multa Plato cūm alijs in locis, tum lib. 6. de rep. vbi etiam tanquam ex oraculo profert, αἴσιωσιν τῷ τὸν αὐτὸν φύσιν φιλόσοφον πάντη φιλοτελεῖν, fieri non posse ut eadem natura philosophica sit & mendax. Idem omnium sapientum fuit iudicium atque sensus. Pythagoras inter ea dona quæ diuinitus homini-

bus euenirent, palmarium esse putauit πόδην-  
Sevēn. Eadem opinio apud Ægyptios sacerdo- Ælian. in Var.  
tes, non disputationibus modò eruditis, sed hist.  
magnis quoque ceremonijs inclusa ferebatur:  
nam in solenni Mercurij pompa, cùm mel &c Plutar. in Isid.  
fucus edissent, solebant exclamare, Γλυκὺ πόδην Θάρα.  
Hoc studium cognomen etiam peperit Anaxa-  
goræ, ut rōss & αλλῆς diceretur.

---

*De importuna Sophistarum loquacitate.* Βαθα-  
εῖσεν. In balneis quoque se & sua tinnie-  
bant. Thrasymachus Sophista cur dictus  
balnearior. Iis attributa cymbala Dodonæa,  
crotala, δωδεκάκρονος σύμα. Sanctorum Pa-  
trum ea de re testimonia. Emendatus Egin-  
harius. Aristophanis Scholia festes aliisque  
illustrati.

## C A P. XI.

**N**TER notas Sophistarum  
haud postrema fuit loquacitas  
abundansque sermo, quo plu-  
rimis sanè molestiam creabant.  
Musæ, ut est apud Hesiodum,  
αὐδῆρα πλούφερεστα πλέον, θεοίστοι,  
audierat, hominem faciunt multa verba funditatem,  
diuinum, vocalem. Quæ interpretans Clemens Clem. Alex.  
Alexandrinus, tria quædam notari à Poeta in l. i. Strom.  
homine erudito animaduertit; nam πλούφερ-  
εστα, inquit, vocat abundantem & copiosum

in dicendo, verbis opulentum; *αὐδήστα* verò sonorum & vehementem: *θεωρία*, denique, philosophum & veritatis cognitione præstantem. Et quidem primum illud si cum ratione adhibetur, in laude est, quod in verbis beata quadam felicitas affluensque facilitas vim prompti & fœcundi ingenij demonstrat. Sic Eginhartus de Carolo Magno: *Atque adeò* quidem facundus erat, ut dicaculus videretur: ita legitur in optimo MS. cùm in excusis omnibus sit didascalus.

*Max. Tyr.*  
*dissert. 16.*

At Sophistæ una πολυλογίᾳ contenti, reliqua palmaria negligebant, ut qui ubique αὐτοχθόνη vellet, & eare gloriarentur. Hinc Maximus Tyrius ποτοφίστας θύμος vocat πολυλόγον, multi-  
*Idem dissert. 15.* loquum. Et alio loco eorundem *Cōsīas* ait esse πολυπονηταὶ λαλον, verbosam nimium & loquacem.

*Lucian. in Bis  
accus.*

*Themist. or. 1.*

*Batæciā.*

Lucianus cùm philosophos δοξοσφόις describit, non omittit dicere ποιει λαλον, loquaces. Qui Sophistas coloribus suis pingit Themistius, tæpe hoc eorum vlcus attingit: nam prima oratione ait illos *batæciā*, hoc est βαθηλογον seu ολυαρτην, nūgari, blaterare, inanum verborum fluxum & copiam effundere; in quo Sophistæ tanquam in regno suo triumphabant. Aliás dicit eosdem ad naufragium usque prædicare soleritiam & acumen ingenij sui, memoriam, copiam & doctrinæ varietatem, se continuo & laudē suam tinnire, inculcare in aures, omnes obtundere loquacitate, nulla temporis atque loci habita ratione garrire, καὶ αὐτοτομότες μέργαλης, qui ne in balneas quidem vocati, abstinere à quotidianis illis suis cantilenis pos-

*Eginhart. in  
vit. Carol. M.*

sint: quod indicium est ἀπειρογένες. Nam Theophrastus in Characteribus inter signa τῆς ἀγορίας οὐκ. χαρακτήριον ponit ἐν δογματικῷ, in balneo cantare.

Quem morem poetæ Latini Satyrico dente notarunt, ut Horatius cùm recitantium pru-

riginem diluit:

— in medio qui

*Horat. sat. 4.  
lib. 1.*

Scripta foro recitent sunt multi, quique lauantes.

In quem locum eruditissimus Torrentius profert Senecæ locum similes ineptias notantis. Martialis pingit nobis geminum Ligurinum malum & importunum poetam, qui etiam in thermis lauantes garriendo vexaret:

Et stantilegisi, & legis sedenti.

*Martial.*

In thermas fugio, sonas ad aurem:

Piscinam peto, non licet natare.

Non dubitarim eiusmodi Sophistas balneatores Balneator. appellare, ita enim olim vocabantur πλωτοὶ καὶ πληγεῖσι, homines curiosi & futilis.

Fortè quod in balneis vulgo magna & perennis loquacitas. D. Chrysostomus in epist. 1. ad

*S. Chrys. hom.  
9. p. 1564.*

Timoth. Videas loqui mulieres in Ecclesia, οὐταντας αὐτες, οὐταντας βοησαντας, quantum neque in foro,

neque in balneis. Itaque Plato Thrasymachum Sophistā balneatorem dixit. Hæc, inquit, locutus

*Plat. I. 1. de  
repub.*

Thrasymachus in animo habebat discedere,

οὐτεπειδαντος ηρεμησαντος κατ' οὐτων αἰσθόντος πο-

λεων τὸ λόγον, τους balneatores quispiam effusis in aures copiosis ac multis verbis. Pergit Themistius corūdem

hominū loquacitatem exponere: Neque istos, inquit, absque illa importunitate salutare licet,

εἰς διδύμοις οὐτεχειρὶς τὸ Δωδεκάπολον χαλκεῖον, sed statim Dodonæum

Dodonæum cymbalum sonat. Dici hoc solet in im-

cymbalum.

pendiò loquaces & ἀκειπομέθοις, qui Archytæ crepitaculo & Romanorum Citeria sint molestiores, qui plurima loquantur, pauca dicant, ut lusit eleganter Eupolis:

Ἄγειρ ἀετοί, καὶ ἀδιωκτώτατοι λέγεται.

Crotala.

Aristoph. in  
Nub.

Idem in Ranis.

Philostr. in vit.

Apoll.

S. Greg. Nyss.  
or. 3.

Synes. in Dion.  
S. Chrysost. l.  
contr. Gentil.

D. Hieron. in  
ap. ad Paulin.  
Iustin. Mart.  
Apol. 2.

S. Basili. ep. 83.

Hinc illa crotala à doctissimis hominibus irrisa: nam inter maledicta quæ in Sophos conijciebantur, Aristophanes ponit κρόταλον, hoc est θύσιον ἢ θύγλωσσον, ως τὰ κρόταλα λέοντος, inquit Scholiastes. Eodem sensu in alia fabula nominat χελιδόνων μουσεῖα, hirundinum musea, cum Sophistas πολυλόγοις describeret. Philostratus in re simili dixit κρόταλα δίκλια κτυπήσῃ γλώσση, crotali in morem lingua perscripere. S. Gregorius Nyssenus in Eunomium scribens ei tribuit διάκριτα κρόταλα σοφισμάτων, quod verbosus Sophista foret impudensque dialeeticus.

Alij quoque sancti Patres hoc idem vitium Sophistarum perspicuis suis oraculis notarunt. Synesius illis tribuit ἀευωνί πτα φυναεῖαι, profundam loquacitatis voraginem. Apud S. Chrysostomum λόγων ἀμαχοὶ σοφιστοί, verbis inexpugnabiles. D. Hieronymus Sophistam verbosum dixit, cum agit de scriptura sacra; Hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, &c. Iustinus martyr de Christo loquens, Breues, inquit, eius & compendiosi fuisse sermones. Et veluti rationem reddens adiungit: εἰς γὰρ σοφιστὴν ὑπῆρχεν, neque enim sophista fuit. Squauissimè & elegantissimè D. Basilus in epistola ad Leontium Sophistam: Lingua tua, tametsi nemo adsit, secum ipsa disputabit, σωτήρος ἐπίδειξις σοφιστὴν γενέσαι καὶ αἴσιην, εἰς μᾶλλον γένεται τὸ εἰς τρόπον τοῦτος ὡς οὖν σωτήρην, nisi quam autem

silebit, cum Sophistica sit atque Attica, non magis quam lusciniae quas vernum tempus ad cantum excitauerit. Hinc Sophista Polemon ægritudine confetus, cum se viuum in monumentum includi mandasset, ad eos qui aderant, Inducite, inducite, inquit, μὴ δὲ οὐαντάρια ἄλιος, ne me sol videat tacentem, ut est apud Philostratum: Quasi puderet etiam morientem in hominum luce conticescere. Ursus in vita Magni Basilij de Ursus. Libanio Sophista loquens, illum ait protendisse verboſitates rhetoricas. Qui genere ipſo loquendi imitatus mihi Platonem videatur, qui sic habet Plato in Protag. in Protagora; Rethores breue quiddam inter- P. 201. rogati σούχων κατέτινον τὸ λόγον, protendunt longissimam orationem. Euphrates Philosophus co- Philostr. in vit. ram Domitiano accusans Apollonium Tyanum, statim ab initio clamabat: Metire aquam Imperator: si enim prolixitatem orationis illi concesseris, αταίγει ημᾶς, nos omnes strangulabit. Et Cratinus eleganter apud Suidam: Σωδεκά- Suidas. ρπουνον σώμα, duodecim fistulis ebullit os, illissum in faucibus effè dixerim: nisi quis os ei obturauerit, κατα- κλύσει τοῖς λόγοις, verborum affluentia nos obruet. Itaque in ea immensa & interminata copiosorum hominum loquacitate, commoda fuisset Atheniensium consuetudo, qui Oratorum forensium dictiōnēm ita moderabantur, ut si quis ultra spatiū lege & consuetudine definitum nugari pergeret, eum p̄æco bacillo coerceret. Sic enim scribit in Vesp. Aristophan. Scholasticos: Cūm, inquit, aqua omnis clepsydræ ad foramen usque fluxisset, tum ἐπεγον πνιπεξ: virga veluti Censoria feriebant Oratorem, ne

cæteris, qui verba etiam facturi videbantur, spatiū dicendi præteriperet. Ita quidam eruditæ viri capiunt. Mihi tamen semper locus ille suspectus fuit de mendō, & lubentiūs ἐπωνόμων πρύτανες, quām ἐπωνόμων legerem. Neque enim modò Oratores, qui legitimū suū tempus in dicendo posuissent, solenni more finiebant orationem, aiebántque, *Dixi, εἰρήκα, vel ut est apud Julianum Imperat.* εἴρηται οὐ τοῦ λόγου· verū etiam Præco è formula clare pronuntiabat, *Dixerunt: & hoc modo rectè Scholiastes de ijs diceret, ἐπωνόμων πρύτανες.* Sed hoc obiter sit notatum.

*Sophistæ maledicentissimi, in conuitiando exercitati. Eorum τεχνὴροι λοιδοεῖαι, quarum artem factitabant. Φαγελοίδοροι. Αγρωχοι. Ars Sophistica ὑπεξεισει. Λοιδοεῖαι eorumdem acropolis. Impudentes habiti. Mores Rhetorum qui dicantur. Ipsorum maledicentia reprehensa. Proprium quoque Hæreticorum id vitium.*

## C A P. XII.

Theorist. or. I.



HEMISTIVS iure, meo iudicio, Sophistas nominat κοκκυζόροις, maledicos, & conuitiandi quadam libidine gestientes. Id vitium iam inde à Philosophiæ principibus notatum fuit clarissimisque scriptoribus, qui eos integumentis suis nudatos in omnium

omnium luce posuerunt. Plato quidem lib. 6. *Plat. I. 6.*  
 de repub. eos ait λοιδόρους καὶ φιλαπόθηκοντες  
 ἔχοντες, & ἀεὶ τὸν ἀδράτον τετράγονον παιδῶν, &c.  
 qui conuictijs passim laceſſunt & quāsi inimicij dele-  
 ctentur, semper de hominibus colloquuntur, rem agen-  
 tes Philosophiae minimè congruam. Queritur Iso-  
 crates se à Sophistis calumnijs appeti, cūm ta-  
 men ipſi orationes eius legerent, ab eo exem-  
 pta peterent, eius præceptis in docendo vte-  
 rentur. Viget etiamnum eorum Sophistarum  
 posthumā loboles, quā illos à quibus didicit,  
 atque ornata fuit eruditione, maledictis atque  
 omni genere contumeliae indignissimo quo-  
 dam modo lacerat. Dicuntur ab eodem Iso-  
 crate al. ὅμινοι, & βασιλεὺς τὰ δῆμον μειδύ-  
 κόντες, qui studium omne suum in eo consumant;  
 ut dicta aliorum cauillentur atque exagitent.  
 Nasutus Lucianus & in moribus describendis  
 venustus hoc eorum virtutem ut penicillo ſaſe  
 & graphicè delineauit. In Eunucho scribit  
 οὐας ἀναζεῖς βλασφημοῦντας ταῦτα τοῖς αἰγίλοις, eos ple-  
 na conuictorum plaustrain *Lucianus*  
*& Eunuch.* ſe minuō solitos effundere.  
 Et ea de re pluribus agens ἡ Δεῖπνος. eos ait no-  
 ua quādam genera conuictorum excogitasse,  
 ut prompta eſſent & in ore volutarentur;  
 λοιδορίας καράς ἐκμητήσατε, ὡς τοῦ Αροί εἶτε, & αὐτά  
 σούα ταῦτα μονας ξέβολας εἴσοντες. In eam rem ha-  
 buere Lexica, & plena veluti promptaria ſin-  
 gulari diligentia confecta, unde vocabula pro-  
 merent ad conuiciandum & maledicendum  
 oppotuita. Phrynicus certe Arabius Sophi-  
 stici apparatus libros scripsit, in quibus cūm *Photinus in lib.*  
*blois.*  
 vocabula certas in classes tribuisset, quādam

ait εἰς τῷ σκωπίκας ὑπάρχοντι λόγῳ, illudentium  
conuictiū subseruire.

Quin & scholas ea de renonnuquam habuisse videntur, ut non exemplo modò suo literarum studiosos, verùm etiam & præceptiōnibus ad calumniam contumeliāmque imbuerent. Medius quidam quem Plutarchus in maledicendo & summis viris calumnia onerandis

*Plutar. de adul-*

*lat.* συφιστὴν καρυφᾶσσον nominat, iubebat suos audacter calumniam iacere & ijsdem mordere alios, docens ὅπην θεραπευσον τὸ δέρμα στενημένος, ή γλὰν φρεστῆς στεγνοῦς, tamen si mortis ulcus consanaretur,

*S. Greg. Nyss.*  
*or. 4. aduers.*

*Eunom.*

tamen calumniæ cicatricem mansuram. Gregorius Nyssenus magni Basilij frater in libris contra Eunomium, meminit Sophistæ Prunici qui eiusdem Eunomij doctor & magister fuisset, à quo, inquit, didicerat ἀνωμάτητος πνεὺς & δύρμοτος ὕψεων τὴν λοιδοριμάντην οὐτέδει, inconcinnas quasdam ineptiasque & incongruas contumeliarum & conuictiorum octadas. Itaque vele & eleganter Nyssenus idem Gregorius τέχνην συφιστῶν ait esse ὑπερέπει. Et

*Lucian. in*

*fugit.*

*Pamphilus*

*martyr.*

*Tzetzes Chil. 8.*

Græcis φαρολοθόροις ait. Ioannes Tzetzes ἀγρόχοις diceret: nam eam vocem cùm multa significare ait, tum ὑπερέπει, calumniatorem, quasi, inquit ἀγροίον, videlicet ἄγρου ὅπῃ τείσαν ὁχούμενον. Eloquentissimus Gregorius Nazianzenus qui eorum hominum venam tentarat penitusque cognoscebat, linguam Sophisticam describit γλώσσαν τερές τὸ κακῶς λέγει ἐπομοτέρει, ad maledicendum paratissimam.

*Greg. Naz.*  
*ap. 36.*

Fecit opinor eorum hominum consuetudo  
vt ῥήτωρ idem olim fuerit quod διλογος, calum-  
niator. Thomas magister ex veteribus Gram-  
maticis, εστόπε ο ῥήτωρ δη της διλογης λαμβανεται.  
Res enim in impudentem quandam licentiam  
venerat, vt etiam in conuentu vniuersae Græ-  
ciae, in Isthmiis, eam artem factitarent. Dion Dion Prus. or. 8.  
Prusaeus sic eius rei meminit: Tūc quoque cir-  
ca Neptuni templū κωνσταντινουπόλεων θριστον καινοδημοσίων,  
βοῶντων & λοιδορησόμενον διῆλοις, &c. multa turba aderat  
infelictum sophistarum clamantium, & multo conui-  
cia ingerentium, pariterque discipulorum alius aduersus  
alium pugnantium. Hinc etiam impudentes nomi-  
nati Rhetores: S. Gregorius Nazianz. in epist. S. Greg. Naz.  
ad Eudoxium Rhetorem quem ad perfectam ep. 57.  
philosophiam inuitat, Iam, inquit, quod cru-  
bescere scis, & κτ̄ ῥήτορες, non Rhetorum in eo morem  
refers. Et paulo post, Verum cum Rhetor voceris,  
quidvis tamē potius, quam quod ad mores attinet, inter  
Rhetores censeris: hoc est, procul ab obtre-  
ctatione, maledicentia, impudentia, quibus  
vitijs Rhetores vulgo & Sophistæ laborant.  
Eosdem etiam impudentes vocat Dion Chryso- Dion. er. 56.  
stomus: Nemo, inquit, eorum erat διαλέκτων &  
διαδήλωσερ οι αὐαδέσατο πορειών, arrogans aut  
impudens, ut indoctissimi sophistæ.

Atque in fundendis quidem conuitijs, & ma-  
ledicendo, adhibitam fuisse ab illis summam  
animi impotentiam, id etiam declarat, quod  
cum ex ijs plurimi in scholis eloquentiam pro-  
fiterentur, artificiuin in eo tamen non tene-  
rent, vt inhumanam illam acerbitatem aliquo  
veluti parapetasmate cōtegerent. Est enim, vt

Hermog. l. 2. de  
form.

docet Hermogenes, quædam methodus, quæ facit ut conuiitians non sit molestus, si nimisrum casu potius & è re nata, quām consultò ad conuiitandum paratus, venisse videatur. At Sophistæ summa confidentia, sine vlla dissimulatione præ se id ferebant, & studio etiam illo gloria-bantur. Hoc fuit opinor ingenium Orbilij, de quo ita Suetonius de illustr. Gram. Fuit naturæ acerbæ, non modò in antisophistas quos omni sermone lacerauit, &c.

Sed vniuersum genus ponit ob oculos Plutarchus, & eorum consuetudinem insimulat, cùm de Colote & sectatoribus eius loquitur, & catalogum veluti quendam eorum conuiitorum pertexit, quæ in clarissimos, & communi fere omnium iudicio excellentes viros iactabant. Congesta, inquit, in vnum quæ inter homines habentur fædissima vocabula, βωμολοχίας, λικωθίσμοις, διάλογοις, ἐπερήσις, &c. scurrilitates, ampullas, arrogantiæ, scortationes, homicidia, graues gemitus, mulitorum perditionem, cerebri graueldines, in Aristotelem, Socratem, Pythagoram, Protagoram, Theophrastum, Heraclidem, Hipparchum, denique neminem non virorum illustrium effuderunt vniuersa. Addit grauissime Plutarchus illos hoc solo nomine lögissimè arcendos à sapientia videri, σιὰ βλασφημίας τέταξ, propter ista maledicta. Pâr fuit aliorum quoque sapientum iudicium, à quibus Sophistica hæc labes damnatur. Seneca parens de Osco Rhetore, Ab eloquentia muliū aberat, natus ad contumelias omnium ingenij inuendas. Fabius Quintil. meritò eos oratores reprehendit, qui conuiijs, inquit, implent vacua causarum, nec curant ficta

Plutar. non pos.  
Sueton. de il-  
lustr. Gram.  
Plaut. non pos.  
Sueton. vi.

Senec. prefat.  
l. 5. controu.

Fabius l. 12. c. 9.

an vera sint quæ dicunt, modò sit materia ingenij mereatūque clamorem cùm dicitur. Et paulò pòst, id vocat turpem voluptatem et inhumanam. Eiusmodi homines qui conuitijs delestantur, Scopelianus eleganter γενιστη ὄντες παύονται τὸν λυθλάντα, temulentas verulas et rabiojas, ut meminit Philostratus. Et apud eundem Adrianus Sophista, maledicta eorum Rhetorum nominabat κόρεων δίκημα, cimicum morsus. S. Gregorius Nazianz. ad Sophistam Eustochium scribens, qui conuitijs αὐτοπίχοι suum quendam onerauerat, eum morem sapientibus verbis insecatatur: μέχει τίνος οὐτεπιπά; καὶ ποδεποδία τῆς σοφιστικῆς επιπέδας; quo usque enim ista nunciamne huic sophisticæ obtrectationi et maledicentiae finem statuimus?

Philostr. de  
vit. Soph.

Animaduersum est à doctissimis viris, hæreticorum id vitium esse proprium, quos semper pro maledicentissimis Sophistis habuerunt. Eusebius Cæsariensis Paulum Samosatenum non Episcopum nominandum esse contendit, sed Καρινικὸν γένοντα, velut Sophistam & præstigiatorem, vt qui diuini verbi interpretes impia lingua præsciderit, & de seipso magnifica verba iactarit. In Sophistam Eunomium disputans eloquentia planè diuina Gregorius Nyssenus, Exercitata, inquit, ad maledicendum voce δυοτόνῳ καθ' οὐδὲν λοιδοείᾳς ἐκπίνει, fieridum contra nos conuicium expuit. Alías tribuit illi αὐαίρει τῆς λοιδοείας, conuictiorum cloacam. Et or. 12. τε τῆς ὑερεως φίμωτα, quæ Sophista ille fundebat, vocat ἀχαεὺς αἰμοτας, η κατεργόντη αὐτὸν η βεβολεπτομήλια φωτιώ, illepidam insciitiam, et retinet simo ac

S. Greg Naz.

Euseb. l. 7. hist.  
cap. 24.

S. Greg Nyss.  
l. 12. contr.  
Eunom.

*stercore maceratam vocem. Omnes denique à reli-*  
*gione deuij semper eandem Camarinam mo-*  
*uerunt, & cupidè sese in omne maledicendi*  
*genus ingurgitarunt.*

---

*Contentiosi in disputando Sophistæ. Eorum*  
*questiuncule, λογισμοί, clamores, sibili-*  
*τα. Ταῦτα πολεμύζεται. Cum ranis comparati. Au-*  
*dientium febres, discipulorum pernicies.*  
*Damnata eorum consuetudo. Σωκράτης. Ca-*  
*niculae. Latrare.*

## C A P. XIII.



V & secundo libro dicta sunt  
 de Sophistis Eristicis, ad mate-  
 riā hanc illustrandā valent:  
 sed nostro more Senatum hīc  
 sapientum aduocemus ex anti-  
 quitate, qui de Rhetorū λογισμοῖς censeant.  
 Quæstiones sāpe inter se ventilabāt Sophistæ,  
 quarum nullum esset operæ pretium, & ut cum  
 Agellio dicam, *nugalia*, sic tamen ut mirabili  
 contentionē se, & audientes molestia propè  
 enectos vexarent. Themistios, Plutarchus alijq;  
 harū quæstionū meminerūt, ut de Æschilo, de  
 patria Simonidis, de Priami matre: utram Ve-  
 neris manū Diomedes vulnerauerit: utrum pede  
 claudicauerit Philippus: cur A primum obti-  
 neat locum inter literas: Huiusmodi ζητηματα  
 referuntur multa, in quibus & qui rogabat, &  
 qui respondebat, meras nugas agebant σκιάματα

χωντες, licuitque Demonactis illud dictum in eos iacere, *Hic mulcet hircum, ille supponit cibrum.* Irridet & contemnit huiusmodi saepe ineptias (ita enim vocat) Seneca: *Quid te torques, inquit,* Senec. ep. 49. *& maceras in ea quæstione, quam subtilius est con-* ep. 117. *tempissime quam soluere?* Et ep. 117. *disputatiunculis* inanibus subtilitatem vanissimam agitare dixit. Idem Idem l. de bre- uit. vit. c. 13. C 14. *in lib. de breuit. vit. morbum nominat: Græcorum* iste morbus fuit, querere quem numerū remigii Ulysses habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssæa, &c. De his similibusque Fabianus eloquentia pariter & philosophia nobilis dubitate se aiebat, an satius esset multis studijs admoueri, quam his implicari.

Sed huiusmodi disputationes si pacatae fuissent, non magnopere forte reprehendenda viderentur, in Græculis & otiosis hominibus, qui ad fallendum tempus inane studium excogitauissent. Nunc autem quantus animorum impetus, quanti clamores fuere Sophistarum, saepe de syllaba una toto quod aiunt pectore certantium? Rem describit Plato in Gorgia Plat. in Gorgia. uberioris; si contendant, inquit, de aliquo, neque concedant alter alteri ut vel verè vel perspicue loquantur, excandescunt, & per inuidiam dictum putant, φιλονομωτες αλλ' οι ζητωπες τοις εργαζεσθαις ει τη λόγῳ, studio potius contentionis elati, quam quod erat propositum inquirentes. Tum addit: Nonnunquam vero tandem adeò turpiter discedunt, cum iurgijs mutuisque maledictis, ut etiam pigeat pœnitentiaque auscultantes, quod eiusmodi homines audiendos putauerint. Itaque Plutarchus in Symposiac. lib. 7. vocat αμυνας Plutarch. in απρᾶται & αγώνας Cœistros, iniucundum inancenūque Symp. l. 7. 1. 8.

Idem l. i. q. 1.

certamen & contentionem sophisticam. Et l. i. q. 1.  
illud poeticum ait vulgo iactari τοις τε τελοναις  
& σοφισταις, in contentiosos & sophistico morbo  
laborantes:

Νῦν οὐ ἔρχεται δῆμος, ἵνα ξυνάγαμορ θρησκεία.

Itē cīti ad mensam durūmque laceſſitē martēm.

Sed ex illo quæſtionum ſliſtu, non nugacium  
Sophistarum cædes, ſed audientium febres orie-

Theophr. in  
Charact.

bantur, ut eſt apud Theophrastum ἀρ. ἀδολεχ,  
Quippe non decretorijs armis, aut luente

Aristoph. in  
Nub. & Scho-  
last.

ferio id duellum agebatur, ſed lingua: hinc  
apud Aristophanem inter notas Sophistarum

Max. Tyrius  
Diff. 15.

eft τὴ γλώſῃ πολεμίζει. Vbi Scholiastes, τὴ γλώſῃ,  
inquit, πολεμοῖ τοὺς εὐαρνοὺς οἱ ἥπτες. Rem nimis

reſtrīgit ad ἥπτες, cūm omne genus Sophi-  
starum poeta intelligat. Maximus verò Tyrius

Sophistarum acies in campum veluti producit  
ferocientes, &c; ut ipſe appellat, φιλοσόφων σοφ-  
ιστῶν δοπτηρίδα δημίοις & αὐτοπαραγότα, exercitus

aduerſis frontibus pæanem marium frementes. Addit,  
λόγων μὲν πάντα μεſα & φθειρομάτας σοφιστῶν  
συμπλοτῶν, verborum plena ſunt omnia, ſibili vndeque

exaudiuntur sophistarum in ſe mutuò incurrentium.  
Solebant enim σειδεῖν ἢ σκάπτειν εἰ τὰς τὸν σοφιστῶν

Philoſtr. I. 2. de  
Soph.Dion Chrys.  
or. 8.

σωματίας, ut ait Philoſtratus. Quin & multo  
grauiora fieri ab illis conſueta Dion Prusæus

autor eſt, qui loquens de conuentu Græciæ in  
Iſthmijs, ἢ πάλιν, inquit, ἐθούεσσι οἱ Κριſτι, καὶ δὴ ἦρ  
οἱ πέλματι βάτεαχοι πνοῦδες νχ ὄρῶντες, ac rursus tu-

muliabantur sophistæ quemadmodum rana in cænoſo  
ſtagno hydrium non videntes. Vbi etiam narrat So-  
phistarum diſcipulos illis contentionibus in-  
flammatos, non iam verbis velitare, ſed pu-

gnorum pugnam ciere consueuisse. Iure proinde dicebat Aristides Sophista, eos doctores *Aristid. or. de qui rixa & tumultu disputationum capiuntur, concord. initio. audiatores suos minimè meliores efficere.* Et sapienter S. Chrysostomus in epist. ad Hebræ. *s. Chrysost. hom. Discipuli, inquit, in certaminibus magistros attēdunt. mil. 18.*

Hinc præstantes virtute viri & excellenti rerum cognitione, Sophisticum nōmen oratione sua deprecesserunt, quod viderent eos homines latam aperire ianuam, & pronus aditus iuuentuti ad aud. iam, ad animi confidētiā, ad clamorā imperitiam consecrandam, & in philosophiæ professione rem facerēt à sapiētia plurimū alienam. Synesius quidem Philo- *Synes. ep. III.* sophiam monet procul ab animo genus omne contentionis arcere, & Homero vate sapiētissimo autore, φιλοσοφίας κακοί, esse abiiscienda

*Eis ὄρος, οὐ εἰς κῦμα πολυφλοιούσοια θαλάσσης,*

*In montem, aut pelagi resonantes murmure fluetus.*

Epicterus apud Arrian. non dubitauit asserere *Arrian. l. 4.* notam boni & honesti viri esse, abstinere à So- *c. 5.* phistica rixa, & alios à contentionibus auoca-re. Dat exemplum in Socrate, qui cum Polo, Thrasymacho, cæterisque Sophistis ita semper egit, ut mirificè se ab omni pugna alienum esse ostenderet. Et diuinè, vt solet, Gregorius Na- *Naz. or. 9.* zianz. prudentis hominis atque moderati esse ait, μὴ πάντα νικᾶν, non ὑνδεκάνυ πειραὶ παλ-*Pachymeres.* mām exquirere: quam sententiam vberiū expo-nit Pachymeres in Epist. magni Dionysij Areo- pagitæ. In eos οἰκονομούσοι molestoisque disputa-tores magnus Origenes id vatis diuini oracu-lum accommodauit: *Gladium euaginauerunt pec-* *Origen. in Psal. 36.*

caiores: sic enim in eius loci interpretatione: Si videoas gentiles aduersum se in disputationibus dimicantes, & diuersas contra se iniucem impietas dialecticæ artis versutijs astruentes, potes tunc dicere competenter quia gladium euaginauerunt peccatores. Eos

Plato l.7. de  
rep.

dem Plato ea causa nominauit *outrānia*, rabiosas caniculas, quibus, inquit, iucundum est ērrari y  
correderi, distrahere alios & lacerare. Quæ verba

Plutarch. de  
prof. virt.

etiam Plutarchus lib. de profectu in virt. ad eos refert, qui ὅτι τὰς εἰδας & τὰς λογικὰς γη  
σοφιουσα χωρούσι, ad lites, di- tationes obscuras &  
sophismata se conferunt. Hinc Sophistaæ dicti ele-

Senec. l.de best.  
vit.

ganter à Seneca conlaturare philosophiam, quod  
caniculae in morem latrent, mordeant, & rin-

Agell. l.1. c.2.

gantur. Venustè quoque Agellius, Theorematibus, inquit, tantum nugalibus dilatantes. Themistius non absimili ratione dixit illos vix latrare. Sed inest in huius vocabuli notione non modo iniucunda in disputando procacitas, & furiosæ mentis agitatio, verum etiam in maledicendo animi quidam impetus noce-

S. Hieron. de  
script. Eccl. &  
aduers. Vigil.

re cupientis. Quo modo B. Hieronymus Cel-  
sum, Porphyrium & Julianum, rabidos aduersus

aduers. Vigil. Christum canes vocat. Et aduers. Vigil. Hu-  
iusmodi, inquit, oratores contra Apostolos perto-  
nent, immò tam rabidi canes cōtra Christi latrant disci-

S. Chrysost. ho-  
mil. de S. Babyl.

pulos. Sic D. Chrysostom. de Iuliano Parabate  
Ioquens, In cœlum respiciens vixit ut nūc my-

roposeat rūs nūdū, rabidorum more canum allatrabat.

Sic caninam exercere facundiam dixit Lactantius.

Est lepidum Epigramma poëtae Græci de Mar-  
co Sophista, quem demortuum minimè ab in-  
feris exceptum fuisse canit, quod ijs Cerberus  
vnuus sufficeret, nec altero cane foret opus.

In Antholog.

*De inuidia Sophistarum in Condoctores. Hesiodi versus, Καὶ κερμαὶ κερμαῖ, &c. è mente sapientum explicantur. Οὐράνιοι quomo-  
do αἰλίπται. Fatalis Sophistis inuidia. Ea de re quid viri grauissimi censuerint.*

## C A P. XIII.

**N**OTATUM est à doctissimis hominibus, Sophistas haud obscura semper inuidia in οὐράνιοι αε- mulosque arfisse: unde opinor factum, ut qui primū diceban-  
tur οὐράνιοι, postea nominarentur αἰλίπται. Tatianus or.  
Tatianus Alfryius hoc cōmune vitium Sophistis contr. Græc.  
Græciæ obijcit: μωροὶ μὲν τὸ ἔπειρος πέντε ἔπειρον, αἰλί-  
δοζοῦσι δὲ ἐκτεῖς, διὰ τὴν σγαλοειαν τόποις ὀπιλεγόμενοι  
τοῖς θεούχοις. Alter odit alterū, & gloriæ causa æ-  
mulus est, & propter insolentem arrogantiam quisque  
locum præstantiorem querit. Themistius in eo So- Themist. or. 1.  
phistarum vitio exagitando, summa copia &  
orationis varietate vtitur: vocat autem illud  
χαλεπώπερ τῆς λυχῆς νόσημα, aliâs κῆρε pestem, item  
χαλεπώπερ λθυκῆς νόσημα, morbum vitilagine molesto-  
rem. Sic D. Gregorius Nazianz. de Sextis & S. Greg. Naz.  
Pyrrhonibus loquens qui Sophistarum more  
iherinḡ genere delectabantur, eorum αἰλίπται  
γλῶσσαι vocat νόσημα σγιον & κακόντες, grauem quen-  
dam & malignum morbum. Pindarus item ἐλκος Pindar. Od. 2.  
inuidiam dixit, nam in Pythijs de inuido, εὐτα- Pyth.  
ξετ ἐλκος ὁδωματοὶ ἐξ κερδία, suo cordi triste inflxit

vlcus. Præterea eo nomine Themistius arcer à Philosophia & humanitate Sophistas, quod φθόνος & βασιλεία labes sit, à Musarum dulci concordia, & sapientum consociatione alienissima. Nam Musæ quidem, inquit, cùm novem sint, ἀδεμία αὐτῶν αἰγαλεῖται ταῦτα ἀλλα, nulla tamen aduersus cæteras commouetur, quod neque sola sapiens sit, neque sola à Poëtis imploretur. Quin neque Calliope citharam sibi vendicat, nec Thalia tibiq[ue], neque lyram Terpsichore, sed unaquæque quod suum est in communem chorum amat contribuere, canuntique sese inuicem excipientes, ait Poëta, nusquam impedientes symphoniam, & βασιλεύσου, nusquam inuidentes. Non sic adulterini isti, falòque nomine dicti Philosophi, &c. Profert & Hesiodeum oraculum de minitorum opificum & poëtarum inuidentia, ut fatale id Sophistis quoque fuisse videatur.

Hesiodus illustratus ex veterum Sapientum doctrina.

Quem etiam versum alij eruditissimi viri protulerunt, ad Sophisticum hunc morbum illustrandum. Cùm Secundus Atheniensis Sophista Herodem Atticum discipulum videret summa gloria & hominum existimatione florentem, dissimulare inuidiam minimè potuit. Vnde Herodes cauillabatur ipsum, ait Philostratus, Hesiodeum illud proferens,

*Kαὶ κερεμεῖς κερεμεῖ, &c.*

Plutarch. l. i. Plutarchus in simili re, σοφιστὴ δὲ καλύπτωσι τὸν φίλον τοῦ οὐρανοῦ σοφιστὴν, &c. Sophistam vero assidere Sophistæ, aut poëtam poëta nolo :

*Πτωχός τορ πτωχῷ ποτέ τῇ δοϊδος αἰοιδῷ.*

Vbi monere clarissimus ille philosophiae magister videtur, fieri non posse, ut Sophista concilietur benevolentia & amore cum alio So-

phista, cùm inter eiusdem artis & opificij homines flamma inuidiæ facile exuscitetur. Certe negat S. Chrysostomus amicitiam inter ὄμο-  
νήσους esse ἀληφίνη, puram & sinceram: reddit rationem, ἐχει πάντα καὶ ζῆντας εἰς βασιλικάς. Docet idem Magnus Basilius: Non Aegyptio, inquit, vir S. Basil. homil. Scytha inuidebit, sed suæ genti quilibet: & in eadem de inuid. gente, non ignotis, sed familiaribus & viciniis καὶ ὄμο-  
νήσους, & eiusdem artis hominibus, aut alia de causa coniunctis, & his denique coœuis, cognatis & fratribus. Sic Plutarchus l. de fraterno amore, ratiō cau- Plutarch. de  
fidicis inuidere Sophistas ait, sicut militū duci am. frat., oratorem: sed eandem artem factitantes, si mali sint atque vitiosi, perinde se habere, ac si duo aliqui eandem amantes mulierem, se in omnibus superiores esse contendant. Itaque Philostratus ex eo probat Phauorinum in So- Devit. Soph. phistis numerādum, quod aliquando cum So- l. i. phista inuidiosè certauerit. Subdit, πότε φιλό- πυρον δηλῶ τοὺς αὐτοτέχνους φοιτᾶ, etenim ambitio eiusdem artis emulatores inuidit.

Sed eloquentissimus Gregorius Nazianz. S. Greg. Naz. dictum illud Hesiodi minimè probat: nam in ep. 44. epistola quadam ad Præsidem prouinciae, ἐπαγγελτὸν Ησίοδον, ὅποις ὁμοτέχνους αὐτοτέχνους ἀρώματες, Καὶ κεραμεὺς κεραμεῦ ποτε, λέγων, εἰ τέκνον τέκνων. Neque enim, inquit, mea quidem sententia magu inuidet, quād accurrit & exosculatur, ac velut familiarem & necessarium complectitur: αὐτοῖς vero eo magis αὐτῶν adiungitur, quod eorum opera circa vocem & sermonem versatur. Vult igitur causam esse, cur se poëtæ & homines literati potius ament, quād ut obirent sibi mutuò atque inui-

Dion. Prus. or. 77. deant. Et quidem Dion Prusaeus distinctione adhibita sic Hesiodi versum explicat, ut de minoribus & vilioribus artibus verum esse conce-

Themist. or. 1. dat, neget de maioribus. Quem secutus Themistius, Concedamus, inquit, si ita lubet, Poetas, ceterosque artifices si quis dixerit a se inuicem disside-re, et inuidiosè in se mutuo inuehi. Etenim artium illis præmia, harum quidem pecunia est, illarum vero præter pecuniam laus, quibus peræquè qui inferior in ijs sit perfui minimè potest, &c. Addit in maioribus scientijs id minimè euenire, in quibus intenta mens in cognitionis delitias, quibus nimium quantum recreatur, ad eas quoque perfruendas inuitat alios. Itaque Aristides orator in

Aristid. to. 1. or. funebr. Rhetorum artificio, id poëtæ acroama, etiam falsum aliquando esse contredit. Nam expolita & extorta oratione commendans Sophistam Alexandrum, μόνος οὐδὲ τὸν Ησίδον ἔλεγχον ἐργάζεται, &c. solus præterea Hesiodum mendacij conuicit, qui poëtam poëtæ inuidere dixerat: τοῦτο δὲ τὸν οὐρανόν οὐ πατέρα κοιτῶς, erat enim eorum qui eandem colebat artem, tanquam pater communis, nec minorem in illo omnes, quam in se quisque spem positam habebat. Magna sanè laus in Sophista, caruisse illo vitio, quod per illam hominū nationem gra-sabatur, ut eloquentissimus ille Rhetor summo iudicio mihi dixisse videatur, μόνον solum cum Sophistam hoc præstitisse. Constat enim vulgo illos omni ratione molitos, ut οὐρανόν, si quomodo possent, & a schola, & docendi munere exigerent, quò soli hominum commédatione, & mercedibus adolescentium fruerentur. Id Aristides in eadem laudatione declarat, εἰ τούτη

αἰσθέτης τῷ πεποιηθέντι, ἀλλὰ συμφάσιον ἔκαστοις,  
 &c. Quare Synesius in arte Sophistica dixit in- Synes. in Dion.  
 uidiam penitus insitam & inustam videri: quod  
 sit necesse, nomen ut suum & autoritatem  
 tueantur, de alijs in docendo occupatis, male  
 & loqui & sentire, & cum nota aliorum con-  
 tentione laudem suam coniungere.

Quām latē ea contagio patuerit, tum annalium monumēta significant, tum excellentium hominum reprehensiones. S. Gregorius Nazianz. literis ad Eustochium Sophistam datis, in ep. eum modestè, & non sine diuina quadam & sapienti grauitate reprehendit, quōd αἰσθέτοις multis conuicijs onerauisset: *Coroplathos illos tuos, inquit, & Telchinas* (his vocabulis ad contumeliam Sophista erat usus) *minimè laudo, quibus insectaris τὸν αἰσθέτον.* επειδὴν νεώντες τοὺς οὐρανούς αἰσθέτοις καλεῖν, quandoquidem usus obtinuit, ut eiusdem artis professores, αἰσθέτοι, æmuli & aduersarij nominentur. Quos vocat αἰσθέτοις, Fabius, Suetonius, aliique dicunt antisophistas, B. August. l. 1. gustinus condotores, lib. i. Confess. vbi de suo conf. c. 9. præceptore: Qui si in aliqua quæstiuncula à condotore suo vicitus esset, magis bile atque inuidia torqueretur, quām ego cùm in certamine pilæ à collusore meo superabar. Vbi apertè Sophisticam inuidiam depingit. Plato in libris de repub. autor est, de Sophistis olim dici propriè consueuisse αἰσθέτοις, sic enim scribit: Εἴκαστον τὸ μαθητουούστων ιδίων, θεοὶ δὴ οἱ φίσαις καλοῦσι, οὐ αἰσθέτοις ήγειρπι, &c. Quisque eorum qui priuatum accepta mercede homines eruditunt, quos quidem sophistas & æmulos artium appellant. Sed hæc de nomine obiter; rem

Gregor. Naz.

autem ipsam loco citato magnus ille Theologus deprimit, & grauissime pronunciat, esse quiddam αὐτεπίς καὶ παντάς αἰγάλευτος, in honestum planè atque sordidum. Eadem mente S. Chrysostomus inuidiae maculam ab amatore sapientiae remouet. Scribens enim in Epist. ad Ephesios quærit, πότερον εἴπε μοι φιλοσόφος; inter alia respondet, φεύγεις καὶ παντὸς πάθους αἰγάλευτος οὗ, inuidia atque omni animi perturbatione superiorē esse.

Hactenus de vitijs, quæ multorum communia fuere Sophistarum, non omnium: sed fecit eorum multitudo, qui ad eos scopulos adhæserant, ut propè omnes in eadem fuisse nauicredenserentur. Quod intelligendum maximè est de ijs temporibus, quibus nondum Christiana lux magnas urbes, & doctrinarum ea columnæ illustrauerat. Nam post legem & religionem Seruatoris, per omnium oras terrarum felicissimè dissipatam, iij Rethores eloquentiæque magistri suam vitam composuerunt, quibus ut cum S. Gregorio Nazianzeno loquar, ἦν τοις λέγοντις πολλὴ πενια, & non modò suæ dictiōnis, verū etiam vitæ ornamenta Scholis reliquerunt.

F I N I S.

Soli Deo honor &amp; gloria.

# INDEX RERUM ET VERBORVM.

## A

- Bolla philosophorum. 246  
Acclamatio aduersa. 275  
acclamabant vsque ad rauim laudantes. 283. 284  
acclamationum ad laudem duo genera. 285  
ἀκμάζειν dicendo. 255  
ἀκόλουθοι Sophistarum discipuli. 432. 433  
ἀκρόστον ἐπαγγέλλειν, indicere declamationem. 170  
ἀκρόστος quid. 177. duo eius genera. ibid. ἀκρόστος ὑπερίπητος &c σοφιστής. ibid.  
ἀκροστος ἐρασιναι. 178. ἐμμιθοι. ibid. ab ijs abhorabant sapientes. 179  
ἀκρωτατι qui. 377. ijs data pecunia. 462  
actio declamantium qualis. 253. 254.
- admirabilia Sophistarum. 101  
Adrian. Imperat. Athenas instaurauit. 31. Sophista dictus. ibid.  
adulteri philosophi. 492  
Ægyptij callidi & veteratores. 28  
Æolus Sophista. 27  
Ærumnæ pueroru in Scholis. 479. ærumnosæ viæ discendi. 480  
Ætates 4. Sophistarum. 26.  
ε deinceps. αγιπει quid. 232  
ἀγόραι unde nominati. 233  
ἀγωνισται τοι λόγοι. 117  
agones anniuersarij ob Marathoniam pugnam. 196  
ἀγων, declamatio. αγροτεῖα, declamare, &c. 256  
Agrippaeum theatrum Athenis, ybi recitationes. 219

INDEX RERUM

- ῳολοῖ, varium & versuum. 27  
αἰνιδίαζεν. 28  
σόφορεια propria nota Sophistarum. 438. ἀλεξόνες qui dicantur. 439. ἀλασθεῖαι exempla. 441  
ἀλεξόνες dicti Sophistæ. 85. 86. 91  
ἀλυτίας artem profitebatur Antipho. 26  
ambages fallaciosæ Sophistarum. 130  
ambigua studiosè consectabatur Sophist. 122. 125. 126  
ambitiosi Sophistæ. 36. & vulgo eloquentes. ibid.  
ambitiosi Sophistæ & gloriæ libidinosi. 85  
ambulatorij Episcopi, θεοδοτοῦ. 167  
amiculæ & scorta Rhetorum. 489  
Amor dictus Sophista à Platone. 76  
amplificare parua vel deprimere magna propriū Rerorum. 83. 84. est utilis ea exercitatio. ibid.  
Anaxagoras irreligious. 72.  
lapidibus appetitus. 73.  
coniectus in carcere. ibid.  
ἀπομητνήσις tributum Sophist. hoc est, non facile posse conuinci. 143  
annuli declamantium. 239  
ansæ, vnci, nodi, de Sophismatis. 126  
αἴπησμοι. 117  
Antipho an primus artis scriptor. 44. dictus Nestor. 45. eius interdīc̄tis ἀκροάσι. ibid. primus scripsit orationem. ibid.  
Antiphontes duo. 45  
Antisophistæ. 380. dicti αἰπηχοι. 521  
ἀπηχοι vocati, qui sunt ὄμοι πεχοι. 525. 527  
Antoninus Pius ζητηθεὶς. 31  
αἰνιδία Sophorum & Sophistarum. 241  
ἀπαγέλια. 313  
ἀπωνετες & απωται dicti Sophistæ. 91  
ἀποει, captiones Sophist. 134  
ἀπομητνήσις μετέντενα quid. 470  
ἀρκει τοι, laquei, de Sophismatis. 126. αἰσχωτοι λόγοι de iisdē. ibid. σγησθεα. 125  
ἀργός λόγος inter captiones. 140  
Aristoteles metu profugit in Chalcidem. 73. è fontibus Gorgiæ hausit. 40  
argumentatio Sophistica,

ET VERBORVM.

- |  |   |
|--|---|
| lorum, frænum, vincula.<br>132. 133. σοφίατα δυσιγγάρα<br>επανούρja.   | attiontos facere proprium<br>eloquentiæ Sophist. 98.<br>ibid. 99                    |
| Arrogantia Sophistarum<br>pingitur. 439. ετ deinceps.<br>arrogantia odiosa. 446  | auaritia Sophistarum viuis<br>coloribus expressa. 450.<br>451. auaritiæ fordes. 465 |
| arrogantia Sophistarum in<br>dicendo. 268. 269   | aucupia verborum. 123   |
| ars Sophistarum φανταστική.<br>113. εἰδωλοποιητική. ibid. μανο-<br>πεχία. 114. κλεπτική. ibid.<br>ψυχοπαιδεία. ibid. μαρτυ-<br>πεχία. 115. ambitiosa. 86.<br>duo quædam complecte-<br>batur. 94. 95. ex quibus<br>confletur. 96. laudata. 49 | auditorij Sophistarum seu<br>Rhetorum modus & de-<br>lineatio. 223                  |
| artigraphi, artium tradito-<br>res & technici. 153   | Aulæ commodatæ ad decla-<br>mationes. 221   |
| artificium rhetoricum sul-<br>peatum. 74   | Aurelius Antonin. Imp. è<br>nimio studio æger. 32                                   |
| artium earūdem æmuli vul-<br>go inuidi. 525  | Autolyci & fures Sophistæ.<br>494   |
| Athenæum Romæ, & Audi-<br>torium Capitolij. 220. in<br>Athenæo Rethores &<br>poetæ sæpe dicebāt. ibid.   | autογένεσι. αὐτοχθόνας, &c. 210   |
| Athenæ euersæ, instauratæ.<br>31. aureæ S. Greg. Naz. 32   | B   |
| Atheniensium propria laus<br>è Marathone. 195  | B Alneator Sophista, de<br>loquaci. 509   |
| ἀθηναῖς olim valde lauda-<br>tum. 334. atticismi affe-<br>ctatio reprehensa. 335   | in Balneis olim perennis lo-<br>quacitas. ibid.                                     |
|  | balnearis pompa Scholasti-<br>corum. 248  |
|  | βανχεύειν in dicendo. 255   |
|  | balbuties delicata. 262   |
|  | βαστευτικῆς cur dicta oratio<br>Themistij. 24                                       |
|  | in Basilicis publicæ decla-<br>mationes. 222  |
|  | βατταεῖσεν & βαττελοῦσσι. 508   |

INDEX RERUM

- βάθρα siue Sedilia in audi-  
 torijs Rhetorum. 223  
 βουβος, concionis admir-  
 muratio. 290  
 βερχης λόγοι Sophistarum  
     qui. 131  
 bracteata dicta. 308  
 Busiridis & Clytemnestrae  
     laudes. 204
- C
- K**ακοδαιμονες, καπτίπλυσοι, κα-  
 τηρια Sophistarum. 92.93  
 κακοτεχνia Sophistarum. 114  
 καροσσωδοι Sophistarum. 101  
 Calendariæ strenæ datæ  
     Rhetori. 463  
 κανινοι, triumphales inter  
     Sophistas vaferimi. 134  
 calumniæ impudetium So-  
     phistarum. 512  
 Cancer Sophista vinctus ab  
     Hercule. 129  
 caniculæ rabiosæ Eristici.  
     145  
 caniculæ contentiosi Rhe-  
     tores. 522  
 canina facundia. ibid.  
 canorum in oratione & ca-  
     norosi sonitus, siue θυφω-  
     νια, θηροι. 354.355  
 cantus in dicendo. 266. re-  
     pudiatus à quibusdā. ibid.
- captatio verborum. 122  
 captiones Sophistarū inuti-  
     les, aranearum telis simi-  
     les. 140.145  
 Carneades in vtrāque par-  
     tem disputans exercebat  
     τὸν ἔπειρα λόγον. 81.205  
 cathedræ velatæ Episcopo-  
     rum, & Sophist. 230.ca-  
     theda Professorum. 227  
 cathedra Sophistarum. ibid.  
 cathedrarii, θημίφειοι qui.  
     ibid.  
 Cauillatrix, Sophistice. 14  
 Cauillatores. 117  
 caupo eruditioonis primus.  
     448  
 causas agere prohibiti So-  
     phistæ. 75  
 causam inferiorem superio-  
     rem reddere exercitatio  
     Sophistarum. 78.79, &c.  
 causas egere Sophistæ. 56  
 κεκαλυμμένοις λόγοις siue Oper-  
     tus, captio. 136. quis eius  
     inuētor. ibid. Zenonis ex-  
     emplū explicatum. ibid.  
 κερολογia Hippia Sophiste. 35  
 Ceratinæ, captio Sophisti-  
     ca. 137  
 chorus Sophistarum ad ex-  
     citandos plausus. 294  
 Cicero Rex oratorum. 52

ET VERBORVM.

- |                                  |         |                                 |
|----------------------------------|---------|---------------------------------|
| circulatores Sophistæ.           | 166     | contentiosorum Sophista-        |
| circumlocutiones Sophista-       |         | rum scopus.                     |
| rum.                             | 130     | 120.121                         |
| civilis scientia tradita à So-   |         | cótéfosi Sophistæ.              |
| phistis.                         | 108.    | 116.519.                        |
| ea dicta veris-                  |         | variè expressi.                 |
| sima philosophia.                | ibid.   | 117.118.119                     |
| civitatibus publicè donati       |         | constricti ferro adolescétes    |
| Sophistæ.                        | 55      | ut melius discerent.            |
| clamores plaudétium olim         |         | 483                             |
| maximi.                          | 283     | cótrouersiam sæpe incipie-      |
| clamor ἄσημος & non articu-      |         | bant à iureiurando.             |
| latus laudantium.                | 289     | 416                             |
| classes & varij ordines in       |         | controuersiæ inter decla-       |
| Scholis Sophistarum.             | 391     | mationes præcipua.              |
| clausula pro elegantia ora-      |         | 406                             |
| tionis.                          | 281.    | conuiciis delectati Rheto-      |
| in clausulis da-                 |         | res & Sophi.                    |
| tus plausus.                     | 281.282 | 516.517                         |
| ἡγοδωρες in oratione.            | 319     | Cornua sæpe in ore vete-        |
| κολοβὸν in oratione.             | 128     | rum Sophistarum.                |
| coloratæ controuersiæ.           | 410     | κορυβάνια in diceando & βακ-    |
| κομπαζοντες dicti Sophistæ.      |         | χνύ.                            |
| 439. hinc κόμποι σοφιστοι. ibid. |         | 257.258                         |
| κόμψια de stylo Sophist.         | 309.    | cothurnus sermonis.             |
| κόμψοι ῥύτορες.                  |         | 355                             |
| κορψὸν τεχνιο.                   |         | χειρὶ μανία.                    |
| κορψα ῥύματα.                    |         | 163                             |
| κορψοι λογοθέτη.                 | 310     | Crocodilus genus argumē-        |
| κορψοι ῥύτορες.                  | 65      | tationis captiosæ.              |
| concertatoriæ declamationes      |         | 135                             |
| Sophistarum.                     | 170.    | crotala, de loquaci.            |
| certamen detrectare in-          |         | 510                             |
| fame.                            | 171     | κρότος, plausus, quid sit.      |
| cōcinnæ orationis vis.           | 344.    | 273.                            |
| concinnitate usi intem-          |         | quomodo fieret.                 |
| perantius Sophistæ.              | 346.    | 274                             |
|                                  |         | κρότος siue ἡχω in oratione     |
|                                  |         | quid.                           |
|                                  |         | 353                             |
|                                  |         | crudelitas Sophistarum in       |
|                                  |         | extorquēda pecunia.             |
|                                  |         | 463.                            |
|                                  |         | εἰ seqq.                        |
|                                  |         | κύβεα Sophistarum, piperie.     |
|                                  |         | 120. Ἀπολογικὴ περιπία, vn-     |
|                                  |         | ien de gobbelets. ibid. præsti- |
|                                  |         | giatorum acetabula &            |
|                                  |         | calculi.                        |
|                                  |         | ibid.                           |

INDEX RERUM

- cunei, siue cuneata subsellia  
in Rhetorum auditorijs. 223
- cultus Sophistarum seu ve-  
stitus. 238
- cultus philosophorum. 240
- Curia aliquādo locus decla-  
mationum celebrium. 222
- swēdor*, Dominans, captio  
Soph. 139
- D
- DÆmon primus Sophi-  
sta. 29
- Damon Sophista Periclis  
magister. 7. Sophisticam  
occultauit. *ib.* ostracismo  
ejectus. 43
- decem millia denariorum  
commune salaryum So-  
phistarum. 387
- declamatio inuenta à Gor-  
gia. 47
- declamationem eandem sæ-  
pius dicere aliquādo irri-  
sum. 209
- declamatores siue decla-  
mandi magistri. 151
- declamationes speciosę siue  
*ēndeīzēs* sāpe in Aulis grā-  
dioribus. 221. in theatris.  
216. 217. &c. in Curiis &  
Basilicis. 222
- declamationes in Schola.  
400. earum formæ quæ-  
dam. 402. vtilitas. 404
- declamationes adolescen-  
tium certis diebus. 404.  
earum varietas. 405
- declamationem indicere.  
170
- declamationis Scholasticæ  
modus & *oīkōropia*. 414. in  
ea quæ probarentur &  
laudarentur. 418. 419. ma-  
teria declamationū mul-  
tiplex. 420
- declamaturi solicitude ma-  
xima. 235
- decreta Technicorum, præ-  
cepta eloquent. 153
- delēzēs* artificum. 174. *delēzēw*  
tempus. *ibid.*
- delōi pūtōpēs* in malam partem  
dicti Sophist. 89
- Demosthenes cur dictus Si-  
syphus. 27
- Demosthenes ambitiore se  
in dicendo attollebat. 268
- Demosthenis æmuli Sophi-  
sta. 337
- deuia iurisperitorum re-  
sponsa. 129
- deuorare ac deglutire dice-  
bantur Sophistę eos ad-  
uersum quos dicebāt. 121

ET VERBORVM.

Dialectica versipellis.	118	ditiores ampliorem merce-
Dialectica murus veritatis.		dem pendebant Rhetori.
144. detegit mendacium, ex Plotino.	ibid.	456 <i>διαθέντας ποιων σόμα, de loqua-</i> <i>ci.</i>
dicendi artifices.	152	
dicere populo, quid.	176	Dodonæum cymbalum. 509
diplois philosophorum.	246	Dominans seu κυριεύων genus
<i>Σίφηρος</i> , sella Rhetorum.	227.	captionis. 140
<i>Επιδίοξις.</i>	ibid.	domum honorificè reducti
discipulos conciliandi modi duo.	428	post declamationem. 270
discipuli dicti sectatores.		dona Imperatorum in So-
431. alia nomina quibus nominati apud Græcos, <i>ἀκόλαθοι, Σάσαι, &amp;c.</i>	432	phistas. 60
discipuli vi & fraude dedu- cti in scholam.	430	<i>δώρα &amp; δωρεά</i> præbita So-
discipuli glorioſi ob prece- ptores.	435	phistis. 60. quomodo dif- ferant. ibid.
discipuli adoptati à Sophi- stis.	432	<i>διδόσσοφοι</i> nominati Sophiste. 112
discipuli pauperes vulgo ni- hil pendebant.	461	<i>δραστήρεος σωματις.</i> 21
discipuli Theophrasti ad duo millia.	426	<i>δυουαγότατοι</i> Rethores, So-
discipulorum multitudinē affectabant Sophistæ. 425.		phist. 143
427		E
discipulorum propriū <i>ἀνα- τὰν &amp; μετέχειν.</i>	433	Cœlesiarum Sophista. 19
disputatrix, Dialectica.	133	<i>Ἐκπληξις</i> finis Sophisticæ.
dithyrambica Rethorum oratio.	325	97. <i>Ἐκπληξις</i> quid sit. 100
		Electra, captio Sophistica.
		135 <i>γιγλα</i> , tortuosa dicta. 126
		<i>εμιτηνοί</i> , deficientes, in Sophi- sticis argument. 128
		Eloquentia libidinosa. 319
		Eloquentes vulgo ambi-
		Ll iiiij

INDEX RERUM

- |                                   |       |                              |
|-----------------------------------|-------|------------------------------|
| tiosi.                            | 36    | θησέμορες dicti Sophistæ. 50 |
| eloquium vocale.                  | 355   | epithalamia inter declama-   |
| εἰδώλων τελεταὶ Sophistæ. 113     |       | tiones Scholasticas. 420     |
| εἴδωλα quæ dicantur apud          |       | ἱεροὺς nominati discipuli    |
| Platon.                           | ibid. | Sophistarum. 431             |
| empti plausus.                    | 292   | Eristici Sophistæ. 96. & fu- |
| εὐπρόγονος de dialecticis         |       | sé 116                       |
| fallaciloquis.                    | 124   | Eristici ab omnibus dam-     |
| ἐννοιαὶ siue conceptus Sophi-     |       | nati. 145                    |
| starum admirabiles. 314.          |       | Eristicorum inuentor quis.   |
| ἐννοιαὶ σφιστικαὶ & παιχνειά.     |       | 141                          |
| 315                               |       | Σύλλεια quid. 3'3. ea in So- |
| ἀθωτιστὸς Rhetorum. 258           |       | phistis qualis. 316          |
| ζῶλα μάρτυρες, declamare ve-      |       | Σωτῆρ ἀφύιλα. 124            |
| tera & pridiana. 209              |       | Σωπὴ Sophismata. 145         |
| ἐπαγγέλματα μάρτυρες vel ἀκροάσι. |       | Σώτηρ est argumentatio.      |
| 170                               |       | 134. Σωπῆ λόγοι argutari.    |
| ἐφοδὸς διαλεκτική.                | 124   | ibid.                        |
| Θηχορρήσιν in dicendo.            | 254   | ἱερωτήματα διαστίλαβα, μητέ, |
| Θηδεῖξεις εἰμισθοι. 178. Prodicī  |       | κομιστικά, ιχθύς, λεπτὰ. 131 |
| Θηδεῖξεις πεντικονταδραχμος.      |       | errones Sophistæ lucri cau-  |
| 178. Θηδεῖξεις olim fre-          |       | sa. 164 vel propter am-      |
| quentes. 179. ab iis ab-          |       | bitioem. 165. erratici.      |
| horruerunt sapiētes. ibid.        |       | 166                          |
| lege prohibitæ. ibid.             |       | ἐπημοποιεῖαι controuersiæ.   |
| Θηδεῖξεις, declamationes ad       |       | 409. 410                     |
| pompam. 175. Θηδεῖξεις ποι-       |       | Euclia templum ob pugnā      |
| εῖδος, Θηδεῖξεις. ibid.           |       | Marathoniam. 196             |
| Θηδεῖξεις siue Panegyrici in      |       | Θειτέλοι λόγοι. 463          |
| olympiis. 180. 181                |       | ἔξω φιλοσοφεῖν. 115          |
| epigonus in os immissus. 485      |       | Eugenius tyran. fuit Sophi-  |
| epistolarum vius pro θη-          |       | sta. 59                      |
| δεῖξει.                           | 207   | exilire, exultare, exurgere, |

ET VERBORVM.

- erumpere in plaudendo. doloris sensum adferat.  
276 *ibid.* quæ partes corporis  
exquisitæ ambiguitates. 126 ferulis verberabantur.  
extemporalis audacia de- 476  
clamatorum. 213  
extemporales declamatio-  
nes Rhetorum. 210. ea-  
rum inuentor. 211. earum  
olim magnum studium.  
213. cut laudatæ. *ibid.* re-  
prehensæ à quibusdam.  
214  
Exercitatio Sophistarum,  
causam inferiorem supe-  
riorem efficere. 80
- F
- Fama docentium Sophi-  
starum latè patens. 380  
fama pallens Oratorum.  
236 fame castigati olim pueri.  
481 fanatici Oratores. 257. 327 febris quartana laudata à  
Phauorino. 203 felicitatem pollicebantur  
Sophistæ. 444 ferula castigati pueri. 475. cur leuis ferula grauem
- fictæ lites in Scholis. . 423  
fictæ controversiæ, figmen-  
ta, fabulæ. 407. falsæ re-  
rum imagines. 408 figurarum nimia affectatio  
Albutio nocuit. 342 figuratæ controversiæ. 409.  
quas ob causas adhibe-  
rentur. 412 figuræ Caussidicorum. fi-  
gurati morsus. 411 figurare, *γραμπέσειν* quid.  
412. quis inuentor. 413 figuræ in dicendo Sophista-  
rum. 338. ex mirificum or-  
natum pariunt. 339 finis Sophisticæ quis. 97 flagellis puniti adolescen-  
tes. 479 flexiloqua verba. 123 florida Apuleij, *Ὀμδύξις*. 206 florida verba in declama-  
tionibus Sophist. 318 fœneratores Sophistæ. 464 frequentia auditorum dele-  
ctabantur Sophist. 234. 235 fractum & emollitum ge-  
nus orationis. 319

INDEX RERUM

- frigus in oratione. 332  
 friuola iactatio, de pomposa  
     declamat. 176  
 Funebres orationes ad ostē-  
     tationem. 190  
 Fures alienorum scripto-  
     rum. 493  
 furatores veritatis & sacra-  
     rum literarum antiqui So-  
     phi. 497  
 furor & insania orationis.  
     327

G

- G**emmae de stylo Sophi-  
     starum. 307  
 gestus Rhetorum in dicen-  
     do plenus arrogantię. 268.  
     269  
 glorioſi Sophistæ & laudis  
     auidissimi. 445  
 ἱωνίᾳ nominati Sophistæ.  
     65  
 ἱωνοπέδη, paxillus, epigrus.  
     485  
 ἱωνὶ τολεμίῃ de contentio-  
     nis Rhetoribus. 520  
 γόνη nominati Sophistæ.  
     90. 114  
 γοτπεύῃ dicti Sophistæ. 76  
 γριασμὸς ἐπῶν.  
     129  
 γριάζει. 333

- Gorgias primus figuræ &  
     lumina dicendi excogita-  
     uit. 338. 342. idem autor  
     concinnitatis. 343. quan-  
     tam mercedem acceperit.  
     457  
 Gorgias primus poeticis vo-  
     cabulis vsus in declam. 320  
 Gorgias inuentor Eristico-  
     rum. 142. eius Panegyri-  
     cus in Olympiis. 181. 182.  
     quo in loco illum habuit.  
     184. 185. laudauit Mara-  
     thonomachos. 197. inuen-  
     tor extemporalis decla-  
     mationis. 212. purpurea  
     veste amiciebatur. 238.  
 primus ornatum oratio-  
     nis eximium induxit. 306.  
 autor ὁρθοξοογίας. 316  
 Gorgias quantus. 39. publi-  
     cè in Olympijs dicit. ibid.  
     aureus in Pythij templo.  
 ibid. eius orationes dictæ  
 Lampades, & dies qui-  
     bus illæ habitæ, Festa. ibid.  
 eum imitati præstantissi-  
     mi. 40. ab eo dicta γέργα.  
 ibid. & γριάζει hoc est φη-  
     μόβει. 41. eius φημοπεία &  
     stilus mirabilis. ibid. inue-  
     nit πίχα. 46. declamandi  
     morem induxit. 47

Grammatica tradita à So-		centauri dicti Catholici
phistis.	398	à Fausto Manichæo. 110
Grammatici Latini in Rhe-		historia pro epidixi & pu-
torū munera inuaserūt. 18		blica declamatione. 209
gratulationes post declama-		historiam docebant Sophi-
tionem.	270	stæ. 398

## H

<b>H</b> Ebrœorum Sophistæ. 9.		
philosophicum pal-		
lium.	247	
hæretici Sophistæ. 29. suc-		
cessu disputationis inso-		
lescant.	120.121	
hæretici lenocinio oratio-		
nis Sophisticæ utuntur.		
369. pulchro sermone te-		
gunt venenum.	ibid.	
hæretici πικροὶ ζυππαὶ, & fal-		
lacibus inuentis abun-		
dantes.	131	
hermæ collocatæ Sophistis.		

55

Heroes antiquissimi Sophi-		
stæ.	28.29	
ῥέες unde nomē habeat.	28	
ἵππων λόγος quis sit. 78.79. Ἑρ.		
Hippiæ Sophistæ κενολογία.		
35. ambitiosa ostentatio		
in olympijs.	36	
hippocentauri cur nomina-		
ti Sophistæ. 109. hippo-		

centauri dicti Catholici		
à Fausto Manichæo. 110		
historia pro epidixi & pu-		
blica declamatione. 209		
historiam docebant Sophi-		
stæ. 398		
Homerus pater Sophista-		
rum. 322		
honoraria qui Sophistis cō-		
stituerint. 384		
honores quibus donati So-		
phistæ. 54		
hordearius orator. 92.93		
horoskopus Sophistarum.		
317		
hymnus de oratione com-		
mendāte Imperatorē. 189		
ἰψιλῶς de suggesto sumitur		
ἀπλῶς. 229. ὑψηλὸν βῆμα Ma-		
gistratuū, Episcoporum		
& Sophist. ibid.		

## I

<b>I</b> ACTATIO friuola, de pom-		
pa declamationis. 176.		
iactare propriè de Soph.		
186		
immunitates attributæ So-		
phistis. 388		
Imperatores admiratores		
Sophistarum. 32		
implicare dicti Sophistæ dia-		

INDEX RERVM

- lectici. 124. implicaturæ.  
125. implicatus sermo.  
*ibid.* implicate oratione.  
*ibid.* implicationes expe-  
ditionum. 131  
impudētes existimati Rhe-  
tores. 515  
impuri Sophi & Sophistæ.  
486. & seqq.  
impuri collocantur in celo  
à Platone. 491  
impurus Socrates. 488. item  
Plato. 490  
inauguratio professorum A-  
thenis. 376. 377  
in clamare de stylo, vel ex-  
clamare, ιασθεντες. 356  
infames materiæ declama-  
tionum. 200. ex dictæ  
ἀριθμοῦ, τοῦ δέκατον, ἀπομνη, &c.,  
ιασθεντες *ibid.* cur eas So-  
phistæ laudarent. 201.  
earum materiarum indi-  
culus. 203. reprehensum  
id studium. 204  
inflare vehementius, μάλιστ  
ιασθεντες de stylo. 355  
initiationes Rhetorum &  
teletæ. 249. 250  
insania orationis & furor.  
327  
interrogationes, id est, ar-  
gumentationes. 134. in-
- terrogatiunculas nocte-  
re. *ibid.*  
inuentiones siue conceptus  
mirabiles & noui in de-  
clamationibus Rheto-  
rum. 314  
inuidentia aliena à Musis.  
524. dedecet Philoso-  
phum. 528  
inuidia Sophistarum. 523.  
& seqq.  
in uitatio ad θησαυρου siue de-  
clamationem. 231. quan-  
do & quomodo inuita-  
tio illa fieret. 233. inuita-  
tio in crastinum aut pe-  
rendinum. 234. in uitatio-  
nis formula. *ibid.* in uitata-  
tio per nuntios. *ibid.*  
Iouis ignis in Sophistis. 259  
Iris imago Sophisticae. 50  
ιστορια de peregrinationi-  
bus. 163  
Isocrates imitator Gorgiæ.  
40  
Isocrates fur alienorū scri-  
ptorum. 496  
Iupiter Sophista princeps.  
26  
iuratum olim Athen. per  
Marathonios. 196  
ius ferendi nominis Sophi-  
starum. 251

inuidia Sophistarū ob dis-	Prus.	241
cipulos.	428 λέξις πολιτική.	22
L	lex olim Dialecticorum in	
	disputando qualis. 138.	
	eiusdem legis exceptio.	
	ibid.	
<b>L</b> Abyrinthi de Sophisma-	Libanij celeberrima decla-	
tis.	matio.	208
lacrimis instillari doctrinas	Libanius prætulit Sophisti-	
in animos puerorum.	cam Præfecturæ.	51
479	λαρυγγίζειν de pronūciatione	
Rhetorū. 264. λαρυγγίσματα.	λαρύγγος Sophistarum.	264
ibid.	linguæ ὑθμός.	261
Iatrate dictum de Rhetori-	locus rhetoricus. 193. locus	
bus contentiosis.	plausibilis, idem.	ibid.
522	λογοδαΐδειοι.	64
laudationes meretricū scri-	Logographi in iure Tabu-	
ptæ à Rhetoribus.	larij.	158
laudes venabantur studio-	λογογράφοι scriptitantes ora-	
sissimè Rethores.	tiones. 154. 155. logo-	
279.	graphus & logopœus an-	
laudibus efferebatur. ibid.	differant. 155. quis pri-	
445	mus Logographus. 156.	
laus rerum vilium usurpata	quæstus Logographorū.	
à Sophistis exercitationis	156. 157. inuidiosi ob-	
vel gloriæ causa. 201 202	eum quæstum.	157
laus Deorum, hominū, ciui-	λόγιοι apud Pindarum qui.	6
tatum, frequens in decla-	λοιδορία Sophistarum acro-	
mationibus Sophistarū.	polis.	514
187	loquacitas Rethorum im-	
Legati lecti Sophistæ. 56. 57	mensa.	507. & seqq.
legendorum Sophistarum	loris castigati olim adoles-	
ratio qui præcessent sug-	centes.	479. 481
gesto eloquentiæ. 375. 376	lorum dictum Sophisma. 132	
Iconis pellem ferebat Dio-		

INDEX RERUM

- Ioti & nitidi accedebant ad dicendum. 237  
 νοῦν verba siue obliqua quæ. 128  
 lucra Sophist. ex scriptitate. 156  
 Lusoria , argumentationes Sophisticæ. 130

M

- M**Aledicentissimi Sophistæ. 512. 513  
 Marathon, campus Rhetorum. 193  
 Marathonij triūphi cur tam s̄epe laudati. 194. proprij illi Atheniēsium. 195. laudarūt poetæ, Philosophi, Sophistæ. 197. ridiculi in ea laude Sophistæ. 198. Ptolomæus Sophista cognominatus Marathon. 199  
 materiæ variæ ἐπιδειξεων re-censemuntur. 207  
 medicio olim dicti Sophistæ. 5 μεγάλα πεπινα τηνα & contrâ, proprium Rhetorum. 83  
 Melanuri. 127  
 μεταπίστοντες inter captiones, 140

- μέτρα Rhetorum siue declamationes scholastice. 401.  
 autor μετρου quis. ibid. carum perquā studiosi Sophistæ. 402. μέτρα discipulorum. 403. μέτρα Christianorum. 423  
 Mendacia Rhetorum. 501.  
 qualia ea fuerint. 505  
 Mentiens inter captiones Sophisticas. 139  
 mercede quis primus docuerit. 448  
 mercedem grandem petebant ab auditoribus. 455.  
 varia illa fuit merces. 456.  
 et seqq.  
 Mercurius olim communis, pōst mercenarius cūm doctrina vendi cœpit. 448  
 meretricia verba in oratione Sophist. 319  
 μεμυνται λόγων, declamatores Soph. 153  
 μεθεια cur dicti Sophistæ. 109  
 metu propè emoriebantur pueri in Scholis. 480  
 μητρολόγος Ερία. 131  
 minutie questionum. 131  
 mineral Protagorę & Gor- gię datum. 457. Isocrati. ibid.

ET VERBORVM.

in mercede petenda mos	gnificant recensentur. 89.
Protagorę laudatus. 466	& deinceps.
minutiloquium apud Iren.	nouatis verbis delectati
quid. 131	Rhetores. 329
<i>μείας</i> commune salaryum	nudis pedibus quidam So-
Rhetorum. 386	phi & Sophist. 241
<i>μετριας</i> , Sophistæ eloquen-	nugæ solertissimæ dialecti-
tes. 153	corum. 129
Monodiæ inter declamatio-	numeri oratorij vis. 351. nu-
nes Scholasticas. 421	merorum varietas. 352
monstra & portenta ver-	numerosa oratio Sophist.
borum. 328	351
Musæ alienæ ab inuidia. 524	nummorum pondus expen-
Musei <i>απόστολος</i> siue publici vi-	debatur diligenter à So-
citus. 59	phistis. 465. 466
Musicæ dicti Sophistæ. 4	nuptiæ Cratetis philosophi
	in Stoa. 487

N

<b>N</b> Hmeris <i>ἀκροίσις</i> , disputa-	
tiones quæ sint amu-	
leta luctus. 27	
<i>νόησις</i> & <i>νόημα</i> , siue conce-	
ptus Sophistarum noui,	
admirabiles, &c. 312. 314.	
315	
nodi artificij veternosissimi,	
de Sophismatis. 126	
<i>τρυπικοὶ φύτορες</i> . 397	
nomina honorata Sophi-	
starum. 61. & deinceps.	
nomina Sophistarum quæ	
corum contemptum si-	

O

<b>O</b> rā, acclamatum in lau-	
de. 286	
obliqua & obliquata, <i>λόγχα</i> ,	
dubia. 129	
obscutitas orationis affe-	
ctata à Sophis. 330	
obsoletis usi Rethores. 327.	
ea irrisa. 328	
obstupefacit auditorē duo-	
bus modis eloquentia. 99	
<i>ῳδη</i> in pronunciando. 265	
odij in Sophistas causæ. i.	
ex religione, 72. 2. cx	

INDEX RERUM

- |  |      |                               |  |    |       |     |   |
|--|------|-------------------------------|--|----|-------|-----|---|
| artificio. 73.                                       | 3.   | causa.                        | <i>ōpos</i> in declamatione quid.<br>78. | 4. | caus. | 85  | 417   |
| ολυμπικοὶ λόγοι.                                     |      |                               |  |    |       | 182 | os damnatorum obturatum<br>varijs rebus. 484  |
| in Olympiis ostentatio om-<br>nium artium.           |      |                               | 183                                      |    |       |     | oscula data victori Soph.<br>aut feliciter declamanti.<br>173                       |
| olympica celebritas sacra &<br>omnium maxima.        |      |                               | 183.                                     |    |       |     | osculis excepti post decla-<br>mationem. 269  |
| olympicæ orationes de<br>Concordia.                  | 184. | locus<br>vbi illæ haberentur. | <i>ibid.</i>                             |    |       |     | ostētatio, οστηταῖς siue pom-<br>posa recitatio. 176. osten-<br>tatio declamatoria. |
| omnia scire se aiebant So-<br>phistæ.                | 444. | 445                           |  |    |       |     | <i>ibid.</i>  |
| ομόποχοι cur vocati ομόποχοι.                        | 525. | 527                           |  |    |       |     | ostentatio vulgaris quæ<br>appelletur in iure. 179                                  |
| Onocephalus in arcanis li-<br>teris quid significet. | 167  |                               |  |    |       |     | ostētatores gloriosi Sophi-<br>stæ. 85-86   |
| opes Sophistarum magnæ.                              |      |                               |  |    |       |     |   |
| 466  |      |                               |  |    |       |     |   |
| opinionem pro veritate sé-<br>tabantur Sophistæ.     | 112. |                               |  |    |       |     | P   |
| 113  |      |                               |  |    |       |     |   |
| oraria mota in plausu.                               | 278  |                               |  |    |       |     |   |
| orbis orationis.                                     | 349  |                               |  |    |       |     |   |
| orationes civiles scriptæ à<br>Sophistis pro alijs.  | 156  |                               |  |    |       |     |   |
| orator qui differat à Sophi-<br>sta.                 | 25   |                               |  |    |       |     |   |
| orchestra pars auditorij<br>Rhetorum.                | 224  |                               |  |    |       |     |   |
| Origenes cur dictus Ada-<br>mantius.                 | 96   |                               |  |    |       |     |   |
| ipmū in dicendo.                                     | 255. | diser-<br>tiūs explicatur.    | 316                                      |    |       |     |   |
- Π Α'χει laquei Sophistarum.  
124  
παρδίναι, discipuli Rhetorum,  
& Sophorum. 433  
παρδίναι est per molestias eru-  
ditio. 479  
palis alligati olim adoles-  
centes castigandi. 481  
pallium philosophicū num  
differret à Sophistico.  
245. pallium Rhetorum  
cuius coloris. 246  
pallij Rhetorum solennis  
concessio. 248  
palmeæ

ET VERBORVM.

- |  |           |                                   |
|--|-----------|-----------------------------------|
| palmeæ virgæ adhibitæ ad castigationem.        | 477       | apud oratores inter captiones.    |
| Panegyrista quis.                              | 6.186     | 140                               |
| panegyrici in olympijs.                        | 181       | peregrinationes eruditæ.          |
| panegyricus quid sit.                          | 186.      | 162.163                           |
| triplex genus panegyric.                       |           | Pericles quomodo perfe-           |
| 187  |           | ctissimus orator.                 |
| Panegyrici dicti Imperatoribus , Consulib. &c. |           | 43. cur dictus Olympius.          |
| à professoribus eloquentiæ.                    | 189.      | ibid. misericordia adiutus ab An- |
| etiam absentibus.                              |           | axagora.                          |
| 188. reieicti à quibusdam                      |           | ibid. audiuit Sophistas.          |
| Imperat.                                       | 190       | 43. 44. autor                     |
| παρεπιδιμοσιων φιλοσοφησιν induc-              |           | οδίου λόγου ex quibusdam.         |
| cta ab antiquis Sophistis.                     |           | 211                               |
| 105  |           | πειθοδευται, circulatores So-     |
| παρηγειλειν, ad pompam ora-                    |           | phistæ.                           |
| tionem instituere siue                         |           | 166. in iure medi-                |
| θητηριωδια.                                    | 175       | ci πειθοδευται qui.               |
| παρεργος Sophista.                             | 29        | ibid. πειθοδευται Episcopi.       |
| πειθοδευτæ Sophistarum &                       |           | ibid.                             |
| πειθοδευτοζια.                                 | 101. 102. | periodos cauponantes.             |
| πειθοδευτοι ερροιαι.                           | 102       | 157 periodi dimensæ & artifi-     |
| πειθομοι Sophistæ.                             | 92        | ciosæ Rhetorum.                   |
| παρειδυρος in oratione.                        | 327       | 347.348.                          |
| pauonum laus in θητηριωδi.                     |           | 349                               |
| 207  |           | phaleræ de ornatu oratio-         |
| pauoni comparati ostenta-                      |           | nis.                              |
| tores Rethores.                                | 268       | 367                               |
| paxillus in os immissus.                       |           | φειδι acclamatum in laude.        |
| 483  |           | 286                               |
| pedibus applodere in plau-                     |           | Philetas mortuus ob ca-           |
| su dando.                                      | 276       | ptionem Sophist.                  |
|  |           | 139                               |
|  |           | φιμος, frænum, de Sophif-         |
|  |           | mate.                             |
|  |           | 133                               |
|  |           | Philosophi nomen olim in-         |
|  |           | uidiosum.                         |
|  |           | 7                                 |
|  |           | Philosophi politici.              |
|  |           | 20                                |
|  |           | philosophi libidinosi.            |
|  |           | 490.                              |
|  |           | adulteri.                         |
|  |           | 492. furati s.                    |

Mm

INDEX RERVM

- eras literas. 497  
 Philosophi mercenarij &  
     φιλοσόφων. 449. 450  
 Philosophi aduersus So-  
     phismata se diligenter  
     exercebant. 144  
 Philosophorum amatoriæ  
     questiones. 146  
 philosophiam præ se tule-  
     runt Sophistæ. 105. 106  
 philosophiæ proprium con-  
     temnere diuitias. 111. 112  
 philosophia mater Sophi-  
     starum. 106  
 Philosophi plausum quæ-  
     rentes vituperantur. 303  
 philosophorum salario. 388  
 philosophus quomodo dif-  
     ferat à Sophista. 24. 25  
 φιλομαθεῖς olim dicti philoso-  
     phi. 107  
 φίλος in os immislus. 484  
 phrasis πλαίσιον. 22  
 φροντιστæ, doctores. 152  
 pescatores dicti Sophiste ob-  
     avaritiam. 451  
 πλαισιον orationis. 129  
 πλαισιαν Rhetorū quæ. 407  
 plasima in pronunciando. 263  
 πλαισια Sophistæ, vagi. 162  
 Plato imitatus Gorgiam. 40  
 Platonis simiæ. 336. 337  
 Plato poetica vocabula
- Gorgiæ imitatione adhi-  
     buit. 323. nimis affectator  
     figuratum. 341  
 Plato impuros locat in cæ-  
     lo. 491  
 Plato ex inuidia carpit So-  
     phistas. 35. quid in uno  
     quoque reprehenderit.  
     ibid.  
 plausus in scholis. 403. 404  
 plausus quid sit. 272. 273.  
 quomodo fieret. 274. in  
 plausu dando quæ alia  
 fiebant. 276. 277. plausu  
 audiissimi Rethores. 278.  
 279. 280 frequentissimos  
 olim fuisse plausus. 281.  
 &c. quæ acclamations  
 fieri solitæ. 285. clamor  
 ἀπομονωμένi plaudentium. 288.  
 289. empti plausus. 292.  
 plausus in theatro, foro,  
 conuiuijs. 295. in scholis.  
 296. in Auditorijs. 298.  
 in templis Christianorū.  
 298. 299. 300. 301. plausus  
 lege prohibitus. 302  
 plausus lingua. 356  
 πλοκæ, implicationes Sophi-  
     starum. 124. πλέκται λόγοι.  
     125. οὐδεκρουστæ de ijs-  
     dem. 125. πλεκταιλæ. 127  
 Pluton Sophista. 27

ET VERBORVM.

pœnæ Sophorum voluntariae.	482	πειραῖς & πειρωτίαις.	416
poetæ vagi & errones.	167	πολεμεῖν veterum Sophistarum εἰπίγεια.	212
poetæ spectant auditorum κατηπληξίη sive stuporem.	99	Predici mirabilis θησαυρός.	178
Poetæ nominati Sophistæ. §		Prodici κανονιών. 36. quantus is fuerit. 37. eius stylus.	42
poeticam docebant Sophistæ.	399	præfatio in Controversia Scholaistica quid.	414.
poetica vocabula in oratione Sophist. 320.321. &c.		vnde præfationes ducentur.	ibid.
φοιτησίαι τού λόγου. 258		professores electi ab Imperatoribus Romanis.	376.
πολιτικοὶ apud Ciceron. quis.		dēinde ab optimatibus.	
19. apud Græcos. 21		ibid. interdum ab ipsis adolescentibus.	381
πολιτικοὶ olim dicti sapientes.		professorum duo genera.	
20		378	
politici generis dicendi autor.	22	professores qui appellentur.	
πολιτικοὶ Spōros Athenis. 23		150	
politici hippocentauri. 109		professio ventosa Rhetorum.	445
pollicitationes arrogantes		Prometheus ambitiosi Sophistæ imago.	86
Sophistarum. 442.443		pronuntiatio Sophistarum qualis.	261
pompa publica excepti in ciuitatibus Sophistæ. 52		propagines quæstionum apud hæreticos.	131
pompa orationis. pompaticus sermo.	367.368	πειραῖς monitores Sophist.	265
πορειαὶ πειρωτίαι. 204		πειραῖς ληψιάτων.	430
principes huius sæculi dicti Sophistæ.	160	Protagoras quantus. 38. maior	
priscis verbis quatenus videndum.	328	M m ij	
præceptorū potestas in discipulos.	480		

INDEX RERUM

- |                                      |              |   |                       |
|--------------------------------------|--------------|---|-----------------------|
| gos Persarum audijt.                 | 38.          | purpura sermonum.                                   | 308                   |
| eius acroama philosophicum.          | <i>ibid.</i> |   |                       |
| quadraginta annos docuit.            | <i>ibid.</i> |   |                       |
| Protagoras atheistus.                | 72.          | Væstionum architecti                                |                       |
| in exilium ejicitur.                 | 73.          | hæretici.   | 131                   |
| scripta eius comburuntur.            |              | quæstionum stolones inutiles.                       | 132                   |
| <i>ibid.</i> naufragio perijt.       | <i>ibid.</i> | quadrata periodus.                                  | 350                   |
| autor ἦθος λόγου.                    | 79.          | quæstiones,   | προσελήνωτα, ζητιῶντα |
| eius imitacione reprehensum.         |              | proponebatur Sophistis à summis viris.              | 424                   |
| 81. eiusdem Communes                 |              | quæstiunculae & λόγων χάρι                          |                       |
| foci de laude &c vituper.            |              | disputantium Sophistarum.                           | 518. & seqq.          |
| 83. dictus θήμυκλος.                 | 110.         |   |                       |
| insincerus philosophus.              |              |   |                       |
| <i>ibid.</i> inuentor Eristicorum.   | 142          |   |                       |
| Protagorion, argumentatio.           | 135          | R   |                       |
| Proteus Sophista.                    | 28           | Adere periodum. rasa                                |                       |
| δημιουρὸς in pronunciando.           | 262          | antitheta.  | 349                   |
| ψυσθλογῆς proprium Rhetorum.         | 502          | recitabant ostentationis causa etiā aliorū scripta. | 209                   |
| Pseudomenon, captio Sophistica.      | 139          | Regium nomen impositum Sophistis.                   | 52                    |
| pueri castigati solea siue sandalio. | 473.         | regnū obtinere inter Rhetores qui dicebantur.       | 379                   |
| allio, porro, ampelopraso.           | 476.         | repentini Sophi in pallium inuolantes.              | 248                   |
| myrto, palma.                        | 477          | retia argumētationum.                               | 127                   |
| puluini Rhetorum.                    | 226.         | rhetoricari.  | 193                   |
| puluinus in supellecili scholastica. | <i>ibid.</i> | πόμπος nomen quomodo sumatur apud Græcos.           | 16.                   |
| puluinus odoctatus Isocratis.        | <i>ibid.</i> | 17. 18  |                       |

ET VERBVM.

- Rhetorum campus de Ma- scalpere orationem. 348  
rathone. 193 scenæ scholasticorum, exe-  
Rethores Latini quantam dræ, scholæ. 390  
mercedem caperent. 460 schemata & *γραμμήν* de  
Rhetorice villæ nomen è controuersia Scholastica.  
Sophistico lucro ædifica- 412  
tæ. 467 Scholæ Sophistarum vel  
Rhetorum proprium men- publicæ, vel priuatæ. 389.  
tiri. 503. eorum μελέτη de  
tuendo mendacio. 502 390. in ijs sedilia. 391  
Rhetor idem quod calum- Scholastici nominati decla-  
niator. 515 matores. 158. scholastici  
Rhetor vulgo habitus im- olim quicunque petiti.  
pudens. ibid. 159. scholastici Theologi.  
Rhetor politicæ eloquen- ibid. id nomen tandem in  
tiæ doctor. 18 contemptum venit. 160  
Rhetorici doctores Sophi. scholastica elegantia. 159.  
10. rhetorice dicere. ibid. scholastico flore depin-  
rhetorissare. ibid. gere. 158  
rixa Sophistica dñatur. 521 σοφικὴ διάποντα Dialecticorū.  
rosa de stylo Sophistarū. 311 125. σοφική ποντικός. ibid.  
rotundus orator. rotun- σοφιστικὴ δογμάτων. 126  
dare orationem. 349 scorta Rhetorum. 489  
  
S

**S**Alaria Sophistis sine elo-  
quentiæ doctoribus  
constituta. 382. et deinceps.  
salislaudatio frequēs apud  
Sophist. 203. 204. 205  
Saturnalitia sportula data  
Rhetori. 463  
οὐδὲ πολὺ θεωρία quæ. 128

- scalpere orationem. 348  
scenæ scholasticorum, exe-  
dræ, scholæ. 390  
schemata & *γραμμήν* de  
controuersia Scholastica.  
412  
Scholæ Sophistarum vel  
publicæ, vel priuatæ. 389.  
390. in ijs sedilia. 391  
Scholastici nominati decla-  
matores. 158. scholastici  
olim quicunque petiti.  
159. scholastici Theologi.  
ibid. id nomen tandem in  
contemptum venit. 160  
scholastica elegantia. 159.  
scholastico flore depin-  
gere. 158  
σοφικὴ διάποντα Dialecticorū.  
125. σοφική ποντικός. ibid.  
σοφιστικὴ δογμάτων. 126  
scorta Rhetorum. 489  
scriptitare orationes ad  
quæstum. 155. 156. qui pri-  
mi id fecerunt. 156. lucra  
ex scriptis. 157. res facta  
contumeliosa. ibid.  
scutica verberati adoles-  
centes. 471. è qua mate-  
ria fuerit. 474  
sedentes vulgò declama-  
bant: in ardore exurge-  
bant. 228

INDEX RERUM

- sedere, inter auditores cen-  
 seri. 224  
 sella Rhetorum, thronus  
 sive cathedra. 227  
 scopia cur dictus Aristoteles.  
 127  
 ἔργα, subitariæ dictiones,  
 schedia. 210  
 Sibili in scholis. 297. in dis-  
 putationibus. 520  
 Sirenes nominati Sophistæ.  
 64. eorum stilus Sireni-  
 bus adumbratus. 307  
 Spongia os damnatis clau-  
 sum. 485  
 Spuma, & spumeus sermo  
 de stylo Sophist. 367  
 σοφικοῖς dicti Sophistæ. 158  
 silentium aliquādo ad lau-  
 dem dicentium. 290. id  
 dictum intentionis silen-  
 tiū, & μυστεῖδες. ibid.  
 οὐεῖσι σπασθεοῦ. 21  
 Silyphus Sophista 27. Sily-  
 phi machinæ. 28  
 σονούσι cur dictus Calchas.  
 27 & Demosthenes Sily-  
 phus. ibid.  
 Socrates doctor libidinis.  
 453  
 Socrates discipulus Sophi-  
 sta um. 36. Sophisticam  
 exercuit. ibid. ρητορόμυλος.
37. Philosophus rhetori-  
 cus. ibid. docere vetitus.  
 ibid. docuit τὸν ἡπορε λόγον.  
 81  
 Socrates obscænus & libi-  
 dinosus. 488  
 solea castigati pueri. 473  
 sollicitudo maxima So-  
 phist. ante declinatio-  
 nem. 235. 236. solebant  
 αγωνῖαι. vigilare de nocte,  
 &c.  
 Solon primus dictus Sophi-  
 sta. 6  
 σοφοὶ dicti Sophistæ in ma-  
 lam partem. 82.114  
 σοφιστικοῦ. 117. Κριτορήπερ.  
 150.  
 Sophisticam artem diffimu-  
 labant antiquissimi alte-  
 riuss artis velamine. 7  
 Sophista apud Latinos cau-  
 po doctrinarum. 9. elo-  
 quentiæ magistri. 10. in  
 iure Græci Rethores. ibid.  
 & 11. professor. 13. pro-  
 gymnas mata tradens.  
 ibid. Philosophus. ibid.  
 Sophistica, ornamenta ora-  
 toria. 13  
 Κριτικὴ & φιλοπ. distincti. 15.  
 unum discrimin explica-  
 tum. 16. uterque iuuentu-

ET VERBORVM.

- tem docuit. 17 in Sophismatis quām exer-  
citati Sophistæ. 143  
Sophista Ecclesiarum. 19 Sophista perhonorificum  
dictus S. Augusti- olim nomen. 49.51.55  
nus. 19  
Sophistæ quæ docuerint. 393.394. CTC.  
Sophistæ eloquentiæ docto- 149.ij pluribus nomi-  
res. 149.ij pluribus nomi-  
nibus vocati, ἀγωνισταὶ λόγων  
ῥητορεῖον. 153. Declamato-  
res. 151. Disertores. ibid. dis-  
dīσκοις αἰσθηταὶ λό-  
γων. 152. Do-  
ctores eloquentiæ. 152. no-  
γόδαις δάσκαλοι. 150. μεμυηταὶ λό-  
γων. 153. Professores. 150.  
τιμοῦ διδάσκαλοι. 151. ῥητο-  
ρεῖον. Rhetorici. 150. π-  
τειμένοι τοῖς τῷ ῥητορεῖον.  
ib. τεχνῖται λόγων siue Tech-  
nici. 152  
Sophista à philosopho quo-  
modo discrepet. 24.25  
Sophistæ heroica proles. 26  
Σοφιστὴς olim quilibet artifex.  
4. dictus de Musicis. ibid.  
de medicis. 5. de poetis. ib.  
eloquentiæ doctor. 9  
Sophismata σοφιστῶν & πα-  
τοῦρχα. 132  
Sophismatum variæ species  
explicantur. 133. et seqq.  
Stoici Sophismatum in-  
uentores. 133
- in Sophismatis quām exer-  
citati Sophistæ. 143  
Sophista perhonorificum  
olim nomen. 49.51.55  
Sophistica cum Iride com-  
parata. 50  
Sophista primus Dæmō. 29  
Sophistæ quando primū  
exorti. 30  
Sophisticæ primi professo-  
res. 34  
spiræ categoricæ de Sophis-  
matis. 125  
Stoici nouatores verborū.  
330  
statuis honorati Sophistæ.  
54.55  
stupor audientium finis So-  
phistæ. 100  
stylus Sophistarum ornatis-  
simus. 305. eius varia sym-  
bola, gemmæ, margaritæ, aurum, purpura,  
Sirenes, luno, CTC. 307.  
308. 309  
stylus Sophistarum in ad-  
miratione apud multos.  
363. repudiatus à mul-  
tis. 365. sancti Patres dam-  
nant ob duas causas. 368  
Sualoriæ inter exercitatio-  
nes scholarum. 406  
Subsellia in Auditorijs

Mm iij

INDEX RERUM

- Rhetorum. 225. qui Sophi nulla subsellia habuerunt. *ibid.*  
 subtilloquentia fallacium. 129  
 suspicio & suspicosa actio in Controversia quid. 411  
 sycophanta ab oratore qui differat. 25
- T
- T**alentum pro salario. 385. 459  
 teletæ Sophisticæ. 249. 250  
 $\pi\chiai$  καλούμεναι. 46.  $\pi\chiai$  περιχών  
 scriptores. *ibid.*  
 $\pi\chiai$  λόγων siue  $\pi\chiikoi$ , Technici. 152. 153  
 tendiculae Dialecticorum. 125  
 tendiculae literarum. 125  
 nictæ in oratione, monstra  
 verborum, &  $\pi\chiai$  λόγων  
 Philosophorum. 329  
 $\deltaaimos$  siue stupor, finis orationis Sophisticæ. 100  
 Saviam Sophistarum. 101.  
 nictæ. 102. Saviam ποίητον τις  
 λόγων. *ibid.* Saviam τε, dis-  
 cere. 103  
 θεātē, theatrum, locus speci-  
 osarum declamationū. 216.  $\theta\epsilon\alpha\tauē$  μονοτελē. 217. Sav-  
 iam de Oratore ornato
- & apto ad pompam. 218.  
 $\theta\epsilon\alpha\tauē$  quāta. *ibid.*  
 theatrum & locum siue au-  
 ditorium, & cōrūm coa-  
 ctūm significat. 218. 219  
 theatra celebria declama-  
 torum numerantur. 219  
 theatra priuata & domesti-  
 ca Rhetorum. 220. 221  
 $\theta\epsilon\alpha\tauē$  Rhetorum. 259  
 thematis expositio ante  
 declamationem Contro-  
 versiæ. 415  
 $\theta\epsilon\tauē$  genus declamatio-  
 nū. 402. 403  
 $\theta\epsilon\tauē$  λίξης, siue  $\theta\epsilon\tauē$  λέξης,  
 &  $\theta\epsilon\tauē$  τιμάσσει. 122  
 Thrasymachus Sophista  
 qualis. 48. eius inuenta.  
*ibid.* fuit Chalcedonius.  
*ibid.*  
 thronus siue suggestū So-  
 phistarum. 214. fuit se-  
 des excelsa. 225. multis  
 alijs nominibus diceba-  
 tur. 226. & seqq.  
 thronus sublimis proprius  
 magistratum, Episcopo-  
 rum, Rhetorum. 225  
 $\theta\epsilon\tauē$  δημοκοπῆς. 230  
 Thucydides emulator Gor-  
 giae. 40. ab eo sumpsit or-  
 namenta. 47.

ET VERBORVM.

tinnulus orator. 266.	tinnula declamatio. <i>ibid.</i>	Sophistis. 58
Tisias sophista. 38.	quid inuenierit ad locupletandā eloquentiam. 47	vagi Sophistæ. 164. 165. 166
tornare periodos. 347	tortuosum disputandi genus. 133.	vanissimi Rhetores & cūpidi laudis. 269
tractatores donatæ Sophistis. 60	tortæ argutiarum strophæ. 126.	vanissimi & mendacissimi Rhetores. 501. &c seqq.
tractatores dicti Sophistæ. 160.	contorta Chrysippi. <i>ibid.</i>	venatores dicti Sophistæ ob auaritiam. 452
ecclesiæ sūt eloquētes. 161	Tragacantha vtebantur Rhetores ad vocem molliendam. 264	venatio de turpitudine & flagitio. 453
tragœdia mater Sophistarum. 323	tribonium Sophisticum & philosophicum. 245	venditatio, <i>θησές</i> , ad pom- pam. 176
tubæ nominati Sophistæ. 67	tympana orationis. <i>τύμπανον</i> <i>ζεν.</i> 359	ventilare syllabas. 122
tumida & insana oratio Rhetorum. 325	tympanis verberati adolescentes. 471	verbosi Sophistæ. 510
victor in contentione Sophist. exultabat. 171. 173.	V	veritas nota Philosophi. 506.
victus mærens & abiectus. 172	<b>V</b> acationes à publicis muneribus concessæ	ea olim arcanis symbolis commendata. 507
viginti annis qui docuissent, publicis honoribus		vesica de oratione. 367
		vestes excussæ in plausu dādo. 277
		vestes initiationum apud Sophos. 250. 251
		vestitus sordidus Sophorum irrisus. 242
		vestitus philosophorū qualis. 240.
		in quibusdam affectatæ sordes. 241

INDEX RERUM ET VERB.

- ornabantur. 58 266  
vincere, suave. 172 vox mellita Sophistarum.  
vincula, οὐρα de Sophis- 261  
matis. 133 Utis captio Sophistica. 136  
vitia odiosos effecere So-  
phistas. 85 X  
vituperationum ὀπιδίξει.  
191  
vinci arte perplexitatis in-  
serti, de Sophismatis. 126  
in vngues se erigere in di-  
cendo. 268  
volubilis oratio, & volui-  
cur dicatur. 349  
voluptatis laus pro ὀπιδίξει.  
207 Z  
vomere de subitaria & ex-  
temporali declamatione.  
214. 215  
vomitus laudatus ὀπιδίξει.  
204  
vocis flexiones in dicendo.
- X Enia seu strenæ Calen-  
dariæ datæ Rhetori-  
bus. 463  
ξέρος ἐπαγνος. 288. ξέραι φωναι.  
286  
ξεριζων λόγος allatus à Gorgia.  
306
- Z Enonis captio dicta κε-  
καλυμμένος λόγος. 136  
ζητήσεις & λογομαχίαι Sophi-  
starum & hæreticorum.  
131

# INDEX AVCTORVM QVI laudantur, emendantur, illustrantur.

## A

- + CCVRSIVS. II. 68. 426.  
+ Aelianus. 43. 71. 129. 203.  
+ Aeschines. 27. 155. 318.  
+ Archylus. 28.  
+ Agellius. 79. 86. 91. 111. 121. 128. 130.  
+ Albinus Flaccus. 131. 135. 137. 138. 152. 166. 177. 1. 4.  
+ Alcinous. 200. 201. 203. 207. 270. 284. 291.  
+ Aluinus. 329. 341. 344. 351. 354. 401. 415. 418.  
+ Alpheus. 432. 439. 454. 457.  
+ Ammianus Marcel. 44. 47. 197.  
+ Ammonius. 155.  
+ Anthologia Græca. 66. 70. 129. 183.  
+ Aphthonius. 198. 242. 246. 329. 336. 337. 494. 522.  
+ Apuleius. 135. 210. 217. 222. 223. 231.  
+ Aristides Sophista. 27. 67. 93. 108.  
+ Aristophanes. 175. 182. 187. 191. 194. 197. 2. 9. 222.  
+ Aristoteles. 96. 125. 129. 199. 225. 227. 250. 262.  
+ Arnobius. 326. 328. 445. 460. 466. 474. 481.  
+ Artianus. 483. 503. 510.  
+ Arsenius. 38. 39. 74. 81. 95. 99. 115.  
+ Arsenius. 117. 121. 125. 128. 131. 142. 143. 153.  
+ Arsenius. 155. 172. 178. 321. 323. 402. 438. 460.  
+ Arsenius. 475.  
+ Arnobius. 119.  
+ Arsenius. 234. 235. 236. 238. 244. 248. 265.  
+ Arsenius. 267. 269. 270. 274. 279. 285. 286.  
+ Arsenius. 309. 355. 365. 380. 427. 435. 521.  
+ Aspes Grammaticus. 401.  
+ Athanasius. 477.  
+ Athenagoras. 444.  
+ Athenaeus. 455. 55. 76. 88. 139. eméd.  
+ Athenaeus. 145. 174. 178. 191. 226. 250. 239.  
+ Athenaeus. 240. 244. 249. 250. 274. 280. 285.  
+ Athenaeus. 332. 333. 386. 430. 452. 460. 464.  
+ Athenaeus. 466. 486. 490. 497. 498.  
+ Augustinus. 13. 99. 110. 116. 117.  
+ Augustinus. 120. 126. 132. 141. 147. 149. 153. 160.  
+ Augustinus. 186. 189. 230. 283. 297. 298. 299. 316.  
+ Ausonius. 344. 355. 367. 370. 410. 445. 455.  
+ Ausonius. 476. 479. 480. 504. 517.  
+ Ausonius. 13. 64. 167. 349. 373. 401.

B

**B** Afilius. 29. 33. 35. 121. 145. 151.  
 152. 153. 154. 208. 232. 256.  
 311. 320. 334. 336. 357. 402. 424. 451.  
 464. 502. 503. 504. 505. 510. 525

**Bernardus.**  
**Boetius.**

**X** Concil. Occum. 161  
 Concil. Sardicense. 159  
 Concil. Trull. 251  
 Curopalates. 299

Cyprianus. 161. 428  
 Cyrillus Alexandrinus. 63. 126. 131.  
 196. 227. 369  
 Cyrus Theod. 310

14

C

**+ C** Allistratus.  
 Cassiodorus. 68. 151. 152. 161.  
 383. 385. 480

**Cebes.**

**X** Chrysostomus. 15. 52. 93. 96. 124.  
 160. 163. 177. 219. 229. 236. 243.  
 272. 273. 274. 275. 277. 282. 283.  
 284. 289. 294. 295. 300. 301. 304.  
 308. 326. 355. 366. 370. 421. 426. 439.  
 449. 453. 479. 480. 481. 484. 485.  
 486. 500. 509. 510. 521. 522. 525. 528

**+ Cicero.** 9. 10. 19. 21. 30. 46. 48. 61.  
 65. 80. 83. 99. 123. 125. 126. 133.  
 134. 139. 140. 151. 152. 156. 176. 193.  
 210. 212. 215. 273. 275. 276. 281. 283.  
 285. 290. 291. 305. 307. 310. 317. 328.  
 338. 343. 347. 349. 350. 354. 393. 397.  
 398. 426. 446. 454

**Claudianus Mamer.** 19. 311  
**+ Claudianus poeta.** 99  
**Clemens Alexandrinus.** 5. 24. 92.  
 94. 97. 100. 112. 113. 117. 122. 123.  
 124. 126. 144. 319. 331. 391. 498. 507  
**Cœlius Rhodiginus.** 152  
**Codex Iustiniani.** 12. 179. 377. 393  
**Codex Theodosij.** 58. 210. 247. 377.  
 435  
**Concilium Constantin.** 167  
**Concil. Laodic.** 166

**D** Amascius. 115. 241  
 Demosthenes. 92. 164  
 Dio Cassius. 31. 220. 272. 283. 286  
 Dio Prusæus. 15. 64. 86. 90. 92.  
 106. 110. 272. 279. 287. 364. 427.  
 444. 452. 453. 515. 520. 526  
 Diodorus Siculus. 16. 111ustratus  
 46. 47. 56. 98. 306. 338. 457  
 Dionyius Halicarnass. 35. 40. 41.  
 84. 98. 105. 107. 108. 142. 151. 180.  
 218. 259. 309. 311. 320. 323. 325. 341.  
 349. 351. 354. 355

**Donatus.**

499

E

**E** Ginhartus. 508  
 Ennodius. 202. 223. 273. 303.  
 308. 310. 368. 401. 441.  
 Epictetus. 179. 215  
 Epiphanius. 53. 211  
 Eumenius. 384. 401  
 Eunapius. 28. 51. 52. 61. 65. 67. 125.  
 128. 151. 163. 172. 173. 198. 217. 221.  
 223. 238. 241. 250. 254. 258. 269.  
 270. 277. 282. 283. 288. 291. 293. 302.  
 307. 308. 309. 319. 328. 330. 353. 361.  
 362. 363. 376. 379. 381. 390. 392. 416.  
 417. 419. 424. 425. 429. 430. 432.  
 441. 489

INDEX AVCTORVM.

- X** Euripides. 63. 64. 75. 82. 115. 126.  
127. 153. 258. 272. 279. 289. 307.  
309
- Eusebius. 73. 105. 227. 232. 277. 295.  
439. 498. 517
- Eustathius. 822. 494
- F**
- Firmicus Matern. 317
- Fulgentius. 127. 308. 367. 466
- G**
- Enescos lib. 29
- Gennadius. 159. 213
- Glossarium vetus. 150. 151. 185
- Gregorius M. 281
- Gregorius Nazianzen. 16. 18. 26.  
51. 52. 65. 68. 69. 76. 80. 110. 115.  
115. 122. 126. 127. 130. 131. 139. 147.  
153. 177. 190. 193. 218. 225. 228. 229.  
246. 248. 262. 264. 268. 27. 289.  
330. 331. 335. 336. 360. 366. 375. 377.  
380. 401. 407. 413. 444. 445. 453. 454.  
463. 488. 504. 515. 517. 521.  
523. 525. 527
- Gregorius Nyssenus. 64. 84. 102.  
109. 124. 129. 180. 186. 214. 247.  
310. 326. 331. 342. 358. 370. 401. 420.  
421. 423. 424. 441. 471. 479. 481.  
494. 501. 510. 514. 517
- Gregorius Palam. 408
- Gregorius Presbyter. 22. 264. 381.  
503
- Gregorius Thelosan. 166
- Gregorius Turonensis. 14. 151. 348.  
356
- H**
- Eliodorus. 226. 229. 272. 274.  
288. 299. 453
- Hermias. 38
- Hermogenes. 22. 23. 25. 45. 63. 92.  
182. 194. 210. 272. 322. 325. 339. 516
- Herodianus. 354
- Helychius. 4. 8. 89. 91. 103
- Hieronymus. 29. 40. 52. 116. 122.  
123. emend. 126. 127. 29. 149. 150.  
158. 181. 189. 193. 227. 236. 262. 266.  
269. 276. 279. 281. 300. 301. 313.
- Hilarius. 243
- Himerius Sophista. 50. 51. 219. 231.
- Hincmarus. 150
- Hippocrates. 364
- Homerus. 26. 126
- Horatius. 226. 262. 499. 509
- Horus AEGYP. 168
- Hyginus. 40. 494
- I**
- Ilustrius. 102. 449. 497
- Irenaeus. 72. 93. 12. 513
- Itaias. 69. 484
- Ildorus Pelusiota. 41. 62. 100. 114.
- Isidori Glosl. 474. 485
- Ilocrates. 6. 22. 46. 63. 81. 83. 87. 92.  
101. 107. 117. 118. 127. 145. 155.  
156. 173. 175. 181. 194. 201. 202.  
204. 210. 248. 270. 284. 309. 321.  
329. 339. 435. 442. 443. 444. 502.  
505. 515
- Julius Firm. 91

INDEX AVCTORVM.

- |                         |   |  |
|-------------------------|---|--|
| <u>Iulius Pollut.</u>   | 19. 152. 378  | M  |
| <u>Iulianus Cæsar.</u>  | 31. 62. 65. 67. 75.<br>83. 97. 101. 102. 109. 125. 159. 179.<br>229. 275. 277. 299. 315   |  |
| <u>Iulian Pomer.</u>    | 483   | <u>Acrobius.</u> 100. 176. 273. 411<br><u>Maldonatus.</u> 473  |
| <u>Iustinus Martyr.</u> | 114. 303. 369. 474<br>502. 510  | <u>Manilius.</u> 317<br><u>Martialis.</u> 125. 211. 227. 269. 285.<br>475. 494   |
| <u>Iuuenalis.</u>       | 13. 216. 222. 224. 227. 232.<br>239. 247. 355. 356. 406. 422. 423.<br>460. 476  | <u>Martianus Capel.</u> 129<br><u>Maximus Tyrius.</u> 7. 8. 25. 35. 36. 77.<br>106. 108. 122. 194. 207. 227. 230.<br>306. 322. 334. 49. 365. 466. 394.<br>401. 402. 409. 422. 423. 444. 451.   |
| L                       |   |  |
| <u>Laetantius.</u>      | 61. 63. 72. 80. 162.<br>189. 231. 232. 341. 403. 404.<br>486. 488. 489. 505   | <u>Maximus Victorinus.</u> 114. 152. 273   |
| <u>Laertius.</u>        | 37. 92. 110. 128. 131. 133. 136.<br>137. 142. 178. 183. 223. 24. 243.<br>247. 308. 310. 329. 426. 433. 434.<br>436. 454   | <u>Minutius Felix.</u> 492<br><u>Muretus.</u> 498  |
| <u>Lampridius.</u>      | 190. 210. 384. 388  | N  |
| <u>Leo Magnus.</u>      | 132   | <u>Nonius.</u> 110   |
| <u>Libanius.</u>        | 52. 62. 65. 73. 84. 70. 98. 12.<br>118. 150. 152. 153. 164. 205. 218. 219.<br>237. 270. 307. 308. 309. 332. 366.<br>398. 399. 451. 472. 473. 474. 480.<br>488   | O  |
| <u>Longinus.</u>        | 99. 101. 75. 19. 258.<br>260. 315. 324. 327. 333. 357. 358.<br>359. 418   | <u>Ecumenius.</u> 9. 63. 114<br><u>Olympiodorus.</u> 95. 381. 463<br><u>Origenes.</u> 7. 115. 140. 234. 368. 3. 9.<br>413. 445. 511  |
| <u>Lucianus.</u>        | 53. 56. 70. 95. 98. 1. 2. 109.<br>113. 118. 126. 127. 129. 131. 134. 135.<br>144. 177. 198. 211. 238. 242. 276.<br>277. 283. 287. 288. 294. 295. 299.<br>315. 327. 328. 329. 331. 334. 376. 386.<br>434. 438. 450. 456. 467. 469. 473.<br>477. 481. 484. 488. 508. 513. 514 | <u>Orosius.</u> 422<br><u>Ouidius.</u> 472   |
| <u>Lucilius.</u>        | 174. 341  | P  |
| <u>Lycophron.</u>       | 27. 119   | <u>Achymeres.</u> 527<br><u>Pacianus.</u> 230<br><u>Pamphil Mart.</u> 516<br><u>Pandectæ.</u> 20. 112. 166. 167<br><u>Paulinus.</u> 159<br><u>S. Paulus.</u> 63. 69. 130. 131. 16. 470<br><u>Paulanias.</u> 31. 36. 39. 47. 62. 65. 105.<br>167. 426 |

INDEX AVCTORVM.

- |                                  |   |                                   |  |
|----------------------------------|---|-----------------------------------|--|
| <del>+ Persius.</del>            | 225. 239. 261. 264. 319. 346.           | <del>Praescianus.</del>           | 354. 401. 493                            |
|                                  | 349. 406. 473                           | <del>Prosper.</del>               | 322. 367. 368                            |
| <del>+ Petronius.</del>          |   | <del>Prudentius.</del>            | 13                                       |
| <del>+ Petrus Chrysologus.</del> | 401. 452                                |                                   |  |
|                                  | 161. 367.                               |                                   |  |
|                                  | 477. 479                                |                                   |  |
| Petrus Damian.                   | 117. 266                                |                                   |  |
| Philo Iudeus.                    | 90. 108. 143. 221. 461                  |                                   |  |
| Philostratus                     | passim laudatur &                       |                                   |  |
|                                  | illustratur, sed maximè his qui         |                                   |  |
|                                  | sequuntur locis emēdatur. 48. 98.       |                                   |  |
|                                  | 184. 255. 263. 312. 313. 360. 361. 387  |                                   |  |
| <del>+ Phocylides.</del>         | 446                                     |                                   |  |
| <del>+ Photius.</del>            | 96. 108. 126. 129. 161. 197.            |                                   |  |
|                                  | 207. 241. 245. 248. 249. 311. 329.      |                                   |  |
|                                  | 335. 341. 346. 357. 381. 401. 408.      |                                   |  |
|                                  | 409. 424. 433. 471. 496. 498. 523       |                                   |  |
| <del>+ Pindarus.</del>           | 5. 6. 150. 447. 523                     |                                   |  |
| <del>+ Plato.</del>              | 7. 26. 28. 36. 43. 47. 50. 74. 76.      |                                   |  |
|                                  | 83. 95. 97. 109. 113. 119. 120. 125.    |                                   |  |
|                                  | 126. 130. 155. 164. 170. 178. 187.      |                                   |  |
|                                  | 190. 212. 224. 234. 250. 258. 272.      |                                   |  |
|                                  | 278. 283. 299. 306. 320. 382. 394.      |                                   |  |
|                                  | 395. 400. 433. 439. 443. 445. 448.      |                                   |  |
|                                  | 452. 457. 459. 463. 466. 498. 506.      |                                   |  |
|                                  | 509. 513. 519. 522. 527                 |                                   |  |
| <del>+ Plautus.</del>            | 126. 295                                |                                   |  |
| <del>+ Plinius maior.</del>      | 66. 176. 239. 435. 493.                 |                                   |  |
| <del>+ Plinius iunior.</del>     | 213. 218. 283. 285.                     |                                   |  |
|                                  | 290. 291. 414. 415. 428                 |                                   |  |
| Plotinus.                        | 144                                     |                                   |  |
| <del>+ Plutarchus.</del>         | 21. 30. 40. 44. 53. 60.                 |                                   |  |
|                                  | 80. 106. 139. 143. 145. 153. 157. 163.  |                                   |  |
|                                  | 171. 172. 179. 186. 188. 192. 196.      |                                   |  |
|                                  | 202. 212. 214. 221. 224. 256. 263.      |                                   |  |
|                                  | 265. 271. 276. 282. 286. 296. 313.      |                                   |  |
|                                  | 314. 318. 348. 349. 363. 364. 387. 391. |                                   |  |
|                                  | 392. 404. 421. 426. 432. 435. 448.      |                                   |  |
|                                  | 458. 461. 465. 466. 475. 489. 514.      |                                   |  |
|                                  | 516. 519. 522. 524. 525                 |                                   |  |
| Pontius Diac.                    | 230                                     |                                   |  |
| Porphyrius.                      | 431                                     |                                   |  |
|                                  |   | <b>V</b> intilianus.              | 13. 21. 58. 79. 114.                     |
|                                  |   |                                   | 137. 151. 153. 156. 176. 187.            |
|                                  |   |                                   | 201. 204. 210. 212. 215. 21. 239.        |
|                                  |   |                                   | 252. 263. 265. 266. 273. 276. 281.       |
|                                  |   |                                   | 282. 283. 284. 290. 295. 297. 319.       |
|                                  |   |                                   | 323. 324. 328. 338. 354. 355. 356. 359.  |
|                                  |   |                                   | 365. 379. 387. 391. 398. 402. 404. 409.  |
|                                  |   |                                   | 415. 416. 418. 425. 439. 487. 516.       |
|                                  |   |                                   |  |
|                                  |   | <b>R</b>                          |  |
|                                  |   | <b>R</b> Abbi Moses Aeg.          | 68                                       |
|                                  |   | Ruffinus.                         | 400                                      |
|                                  |   | Rupertus.                         | 29                                       |
|                                  |   |                                   |  |
|                                  |   | <b>S</b>                          |  |
|                                  |   | <b>S</b> Choliastes Aristophanis. | 9. 28.                                   |
|                                  |   |                                   | 91. 96. 107. 125. 119. 225. 250.         |
|                                  |   |                                   | 439. 446. 461. 474. 467. 488. 489.       |
|                                  |   |                                   | 510. 511. 520                            |
|                                  |   | <b>S</b> choliaxes Euripid.       | 63. 127. 153.                            |
|                                  |   |                                   | 157. 233. 289                            |
|                                  |   | <b>S</b> choliaxt. Iuuenalix.     | 13. 129. 223.                            |
|                                  |   |                                   | 423. 474. 497. 511                       |
|                                  |   | <b>S</b> choliaxt. Lycophron.     | 27                                       |
|                                  |   | <b>S</b> chol. Thucyd.            | 9  |
|                                  |   | <b>S</b> eneca Declam.            | 15. 160. 176. s̄epiūs.                   |
|                                  |   |                                   | 213. 28. 236. 265. 282. 284. 303. 319.   |
|                                  |   |                                   | 3. 6. 327. 328. 342. 344. 355. 410. 412. |
|                                  |   |                                   | 415. 416. 495. 499. 516                  |
|                                  |   | <b>S</b> eneca Philosoph.         | 10. 14. 84. 120.                         |
|                                  |   |                                   | 126. 129. 130. 134. 137. 145. 166. 176.  |
|                                  |   |                                   | 218. 224. 244. 273. 284. 303. 403.       |
|                                  |   |                                   | 442. 482. 485. 492. 519. 521             |

INDEX Auctorum.

- |  |               |   |
|--|---------------|---|
| <u>Serenus Gram.</u>   | 417           | <u>Themistius.</u> 6. 42. 49. 58. 61. 66. 71.<br>77. 91. 92. 100. 106. 109. 117. 118.<br>117. 132. 136. 145. 157. 158. 162. 164.<br>166. 169. 188. 207. 211. 217. 223.<br>225. 227. 239. 232. 234. 235. 249.<br>252. 257. 259. 265. 268. 272. 273.<br>276. 279. 281. 282. 284. 287. 293.<br>300. 306. 307. 310. 327. 335. 373. 389.<br>395. 398. 428. 438. 446. 452. 465.<br>470. 491. 494. 506. 508. 509. 512.<br>523. 524. 526. |
| <u>Serenus Corn.</u>   | 66            | <u>Theon Sophista.</u> 84. 199. 347. 405.   |
| <u>Sextus Aurelius Vict.</u>   | 284           | <u>Theophilus Antioch.</u> 369.   |
| <u>Sextus Empiricus.</u> 30. 73. 88. 105.<br>135. 137. 491   | 284           | <u>Theophrastus.</u> 48. 124. 221. 226.<br>285. 465. 509. 520   |
| <u>Sidonius Apollinatis.</u> 13. 36. 124.<br>127. 150. 186. 194. 203. 223. 227.<br>243. 283. 284. 308. 349. 411. 423   | 135. 137. 491 | <u>Thomas magist.</u> 515   |
| <u>Stephanus.</u>  | 79. 197       | <u>Tzetzes.</u> 28. 46. 78. 79. 93. 127. 150.<br>152. 155. 200. 203. 213. 257. 307.<br>427. 448. 496. 497. 500. 514   |
| <u>Suetonius.</u> 12. 58. 93. 156. 177. 302.<br>371. 384. 390. 411. 431. 441. 516  | 367           | V   |
| <u>Suidas.</u> 5. 9. 43. 45. 48. emendatus<br>48. 61. 67. 83. 86. 105. 121. 142. 155.<br>173. 183. 227. 244. 293. 326. 342. 379.<br>389. 438. 482. 490. 497. 511                     | 36            | <u>Alcianus.</u> 299  |
| <u>Symmachus Pap.</u>  | 367           | <u>Virgilius.</u> 246   |
| <u>Symmachus Conf.</u>   | 36            | <u>Vitruvius.</u> 391   |
| <u>Synesius.</u> 67. 92. 113. 165. 179. 192.<br>204. 207. 209. 214. 217. 219. 232.<br>233. 236. 237. 238. 264. 268. 289.<br>297. 319. 330. 333. 336. 425. 428. 451.<br>494. 521. 527 | 36            | <u>Vlpianus.</u> 108. 112. 151  |
| T  |               | <u>Vopiscus.</u> 383  |
| <u>Tacitus.</u> 158. 213. 218. 222. 233.<br>236. 323. 355. 390. 405. 408.<br>430. 485  | 36            | <u>Vrilius.</u> 512   |
| <u>Tatianus Assyrius.</u> 6. 72. 81. 243. 255.<br>262. 264. 388. 486. 501. 523   | 36            | X   |
| <u>Tertullianus.</u> 12. 13. 19. 85. 91. 118.<br>325. 127. 129. 131. 160. 242. 245.<br>246. 279. 286. 294. 308. 334. 377.<br>445. 489. 491. 492. 497                                 | 36            | <u>Enophon.</u> 241. 333. 445. 449.<br>413. 479   |
| <u>Thucocritus.</u>  | 22            | <u>Xiphilinus.</u> 32. 277. 294. 374. 385   |
| <u>Theodoreetus.</u> 130. 160. 226. 473.<br>479. 487   | 36            | Z   |
| <u>Theognis.</u>   | 446           | <u>Acharias Scholasticus.</u> 225.  |
|  |               | <u>Z</u> 283. 334. 367. 369. 443  |
|  |               | <u>Zenaras.</u> 159. 162. 251. 445  |
|  |               | <u>Zosimus.</u> 59. 230   |

FINIS.







